



1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

ANTVERPIA
CHRISTO
NASCENS ET CRESCENS

SEU

ACTA

Ecclesiam Antverpiensem ejusque Apostolos ac Viros pietate conspicuos concernentia usque ad seculum XVIII.

SECUNDIS CURIS

Collecta & disposita ac in VII. Tomos divisa

Jean Charles A

JOANNE CAROLO DIERCXSENS 1702 79

S. T. L. Pastore ad S. Elizabetham ibidem.

TOMUS VII.

1607. —— 1700.



ANTVERPIÆ,
Apud *Joannem Henricum van Soest*, in plateâ dictâ de Cammer-straet 1773.

[illegible]



AD LECTOREM.

EPocha hæc, quæ inchoatur anno septimo seculi XVII. procedit usque ad finem ejusdem, ingens incrementu dedit ecclesiæ Antwerpiensi: & licèt turbæ belgicæ, int sectæ Induciis duodecim annorum, adhuc duraverint usque annum quadragesimum octavum, pietas tamen civium efferbu Et quidem ante Inducias admissi sunt Augustiniani primævi ordini qui monasterium construxerunt, Ecclesiam ædificarunt & Schol aperuerunt. Tempore Induciarum Episcopi, quod ante non potu rant, Concilia Synodalia celebrarunt tum provincialia tum diœcesar Interim Jesuitæ obtinent domum Anglicanam, ad quam trar ferunt Gymnasium & Collegium; & in priori domo erigunt domu professam, ad quam construunt magnificum templum. Fratres M nimi & Carmelitæ discalceati admissi sunt & Cartusiani fugient ex Sylvaducis cœperunt advenire & post Inducias hi ambo m nasteria & templa construxerunt. Similiter è femineo sexu adver runt & admissi sunt moniales Annuntiatæ, quæ & cœnobium templum construxerunt, ita ut eodem tempore templa tria erig rentur in suo genere splendida. Similiter advenerunt & admissæ su Teresianæ Hispanicæ & Anglæ. Finitis induciis, cum recrudes ret bellum, pleræque Moniales ruri degentes ad civitates con gerunt. Antverpiam confugerunt moniales de Luythagen, Dom nicanæ ex Thamisio ac Canonicæ regulares de Oostmal; duæ pri res brevì admissæ sunt & pedem fixerunt, tertiæ multis ann hæserunt in refugio & tandem admissæ etiam pedem fixeru Similiter moniales Capucinæ fugientes ex Bourborg huc adveneru & admissæ sunt. Quo populis meliùs institueretur Plebania Cath dralis divisa est & divisâ parochiâ duo instituti sunt Plebani, q simul forent Canonici. Tandem pax, ad quam multis annis i ratis vicibus actum fuerat, conclusa est Monasterii post turb octoginta-duorum annorum. Post quam Ecclesia Antverpiensis iteru notabile incrementum cepit. Pro splendore cultus divini erectu est Capitulum collegiale in S. Jacobi, Prioratus S. Salvatoris erect est in Abbatiam sine mitra, quam seculo subsequenti obtinu Erecta est nova Parochia in Marckgravelye pro toto suburbio m ridion

ridionali, erecta est capella B. Catharinæ in Kiel, B. Mariæ in Beerſchot, Capella S. Joſephi in facons, Capella Venerabilis in S. Andreæ cum principio chori, qui demùm nuper completus ſtetit. Inſuper inſtitutæ ſunt plures piæ Confraternitates. Dein huc confugerunt Norbertinæ ex Ooſterhout, & acceſſerunt Marollæ pia congregatio filiarum devotarum. Moniales Urſulinæ, quæ inſtituunt puellas ex Ruremunda huc advenerunt & poſt obſtacula ex parte Ludimagiſtrorum admiſſæ ſunt & pedem fixerunt. Inſtitutum Apoſtolinarum, quæ etiam inſtituunt puellas, cœpit in hac civitate & habent hic duas domus, unde in aliis civitatibus derivatæ ſunt Domus. Tandem advenerunt Leeuwis Sorores Griſeæ & admiſſæ ſunt ob ſervitium præſtitum tempore morbi dicti Antverpienſis. Hæc & plura latiùs patebunt in decurſu hujus tomi.





ANTVERPIA CHRISTO NASCENS ET CRESCENS

SECUNDIS CURIS

TOMUS VII.

Anno 1607.

Induciæ octo mensium.



Nno 1607. *Wittenhorstio* & *Gevartio* missis Hagam-comitis, ad agendum cum Ordinibus fœderatis de pace aut longioribus induciis, additus fuit *Joannes Najus* Antverpiæ natus Franciscanæ familiæ Commissarius generalis, homo eloquens & industrius. Hi tantum egerunt, ut procurarent Inducias octo mensium, quæ publicatæ fuerunt 13. aprilis; intrà quod tempus ulteriùs ageretur de pace, quod sedulò factum est. Interim seditiosi milites Archiducales sinistra multa moliti sunt.

Anno 1607.

Synodi provinciales omissæ ob turbas.

Cum jam per dictas inducias Belgium utcumque pacatum esset & viæ liberæ, *Mathias Hovius* Archiepiscopus Mechliniensis mox indixit Concilium provinciale celebrandum in civitate Mechliniensi. Decreverat Concilium Trid. Concilia provincialia celebranda singulis trienniis : sed decretum illud hic observari non potuerat ob bellum intestinum & oppressiones hæreticorum, prout Archiepiscopus illud indicat in epistola convocatoria his verbis.

„ Sacro decreto mox . . . anno scilicet septuagesimo Mechliniæ obedire voluit Illustrissimus „ ac Reverendissimus D. Cardinalis Granvellanus . . ac deinde rursùm anno septuagesimo- „ quarto Lovanii. Sed cum anno septuagesimo- „ octavo ingravesceret bellum civile & mox „ tota hæc regio ferro flammâque tradita videretur, sic ut septem civitatum episcopalium „ hujus provinciæ duæ tantùm immunes manerent ab oppressione hæreticorum ; ac proinde omnia passim Capitula dispergerentur, „ monasteria exterminarentur, Parochiales ecclesiæ devastarentur, itinera denique omnia latronibus infestarentur, totusque clerus proscriberetur profligareturque, necessariò intermitti „ debuit sanctum hoc opus cogendorum Conciliorum provincialium ; cum tamen iis alioqui „ maximè opus videri posset ob effusam ubique „ hæresim ac morum corruptelam."

Indicitur Synodus & celebratur Mechliniæ.

Litteræ hæ convocatoriæ datæ sunt Mechliniæ ult. aprilis 1607., ipso eodem mense, quo publicatæ fuerant Induciæ. Inchoata est autem Synodus ista 26. junii & terminata 20. julii.

Archiep. describit afflictionem Patriæ.

Archiepiscopus in Oratione exhortatoria ad universum Clerum ob oculos ponit afflictionem hujus patriæ : „ Quot, inquit, nunc templa „ exusta ; quot monasteria passim vastata ; „ quot altaria eversa, quot polluta videmus ?

„ atque

„ atque utinam non multò plura viva Dei templa Anno
„ præteriti temporis tempestate, non tantùm in 1607.
„ Hollandia, Geldria, Frisia ac Transisulania;
„ verùm etiam in multis Brabantiæ locis dia-
„ bolo cessissent! Quot infaustis hisce tempori-
„ bus abusus, quot scandala subnata sunt! Dei
„ ministrorum numerus, quomodo imminutus
„ est, ut cum in singulis pænè parochiis plu-
„ res esse soleant, qui laudes Dei personarent;
„ cultum divinum & sacrificia ad Deum populo
„ placandum concelebrarent; nec non verbo
„ Dei sanctissimisque Sacramentis populum pas-
„ cerent, nunc in oppidis quidem pauci sint;
„ in pagorum multis ecclesiis nulli: & inter eos
„ ipsos, quos populi necessitatibus divina cle-
„ mentia reliquit, eheu! quam multi adhuc
„ necessariis vitæ destituti! quàm multi deni-
„ que morum correctione indigent! Scholæ
„ grammaticales pleræque omnes defecêre; Ca-
„ techistæ pauci sunt, pauca seminaria sacer-
„ dotum; eaque ipsa parùm dotata. Et quod
„ omnium maximè deplorandum est, quàm
„ multis in locis officium divinum Deum po-
„ pulo irritat magis quàm conciliat ob id cele-
„ brantium nauseam ac præcipitantiam, ob
„ paramentorum sordes & contemptibilem vilita-
„ tem, atque ob veterem sanctarum augusta-
„ rumque cæremoniarum neglectum & contemp-
„ tum! Quantum in multorum animis ex con-
„ versatione cum hæreticis, hìc multis annis
„ dominantibus, pravi fermenti hæsit, imò &
„ hæret etiamnum! Quot in populi manibus
„ perniciosi relicti sunt libri, seu quædam gen-
„ tium idola! Et ut mala cuncta breviter re-
„ censeam; quantus denique numerus fratrum,
„ consanguineorum, & amicorum nostrorum ad-
„ huc sub diro illorum jugo in vicinis provin-
„ ciis detinetur cum gravissimo periculo animarum

Anno 1607. „ suarum ! Quae quidem omnia in vindicta„ tam peccatorum nostrorum indubiè patimur „ &c. "

decernitur ut eidem catechismo. Inter alia plurima salutaria decreta in hac Synodo edita, hoc legitur tit. XI. cap. V. „ Diversitas libellorum doctrinae christianae sive catechismi magnam in discendo & docendo parit difficultatem. Ideoque mandat haec Synodus, ut Parochi aliique, ad quos spectat, a festo Nativitatis Domini proxime venturo, unum & eundem modum in docendo & discendo doctrinam christianam ubique teneant, teneri que faciant; eum scilicet, qui in libello, auctoritate hujus Concilii, ad eum finem breviandos, continetur. "

varii in usu. Hinc habemus, Catechismum Petri Canisii Societatis Jesu, qui tunc [illegible] assumptus fuerat pro toto Belgio & decreto Regis firmatus, sic ut Ludimagistris, paedagogis &c. alium juventuti proponere non liceret, prout infra ad dictum annum videmus, jam non amplius solum in usu fuisse, sed varios fuisse in usu.

Habemus, quod Synodus, ad evitandam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & ad [illegible] [illegible], post editum Catechismum P. Canisii introductis, [illegible] fieri novum Catechismum, qui solus in tota provincia Mechliniensi in usu foret ad discendum & docendum.

Catechismus ille [illegible] tempore vulgatus fuit. [illegible] [illegible] [illegible] illius editionem [illegible] [illegible] [illegible] CATECHISMUS [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Mechliniae [illegible] [illegible] Concilio [illegible] [illegible] [illegible] anno [illegible].

Quod

Quod hæc editio non fuerit prima satis patet ex privilegio Principum eidem subjuncto, quod datum erat Bruxellis 1. octobris 1609. Et credendum, primam editionem factam fuisse Mechliniæ, ubi celebrata fuerat synodus, in qua editio ista decreta fuerat. Anno 1607.

Interim huic editioni subjungitur approbatio Archiepiscopi, sed omissa est *data*, quod sepiùs observatur in reimpressionibus, sic sonans: *WY onderschreven hebben desen CATECHISMUM wel doorlesen, ende vinden den selven goedt ende profytich, om ghedruckt te worden ende aller der jonckheyt van de Provincie des Arts-bisdoms van Mechelen voor te houden ende te doen leeren, naer d'ordonnantie van het Concilie provinciael van Mechelen. MATTHIAS Arts-bischop van Mechelen.*

De hoc Catechismo fit mentio in synodo dioecesana Antverpiensi celebrata anno 1610. P. LUDOVICUS MAKEBLEYDE S. J. se illius Catechismi Auctorem fuisse videtur insinuare in epistola dedicatoria libelli sui intitulati *den Schat der christelijcke leeringe &c.* editi an. 1610., in qua alloquens prædictum Archiepiscopum MATTHIAM sic fatur: *hebt ... seer loffelijck over twee jaren oft daer ontrent ... een Concilie der Provincie ... ingestelt, ende aldaer ... onder andere deugdelijcke Ordonnantien gesloten, dat men eenen CATECHISMUM, dat is, begryp der christelijcke leeringe maken soude, die het gansch Arts-bisdom, om de jonckheyt ter salicheyt te onderwysen, soude dienen. Dit als seer noodelijck behertende, hebt hier toe eenighen dienst van onse Societeyt versocht. Ende want my desen last bevolen is geweest van myne Overste, hebbe ick ... gewilliglijck den arbyt aenveert, om nae de begheerte van U. D. E. eenen cleynen Catechismum voor de jonckheyt, ende eenen grooten* Auctor illiu[s]

Anno 1607.

voor de Leeraers der selve onderwysinge te maken. Ende want den minsten ghedeylt in negen-en-veertich Lessen uwer D. E. behaeght heeft, nu door Godts hulpe ... &c. Wt Gendt 24. julii in't jaer ons Heeren MDCX.

Interim Haventius *de erectione Episcopatuum*, quem librum vulgavit an. 1609., agens de Cuyckio Episcopo Ruremundensi hæc dicit: „scripsit præterea hoc anno 1608. reverendissi-„mus D. Cuyckius ex commissione Concilii „Provincialis Mechliniensis insignem Catechis-„mum, plebi juxtà ac juventuti comprimis „utilem. Qui, si pro tota Provincia accepte-„tur, typis promulgabitur; vel adminùs toti „saltem Ruremundanæ Diœcesi proficuus erit." Ita scribit Haventius eo anno, quo Cuyckius obiit. An ergo Synodus pluribus commiserit conscriptionem Catechismi? id satis credibile est, & fortè Catechismus P. Makeblyde citiùs paratus erat & pro tempore assumptus, ut sic statuto à Synodo tempore vulgaretur.

Sedecim tantùm annis in usu fuit.

Foppens *Bibl. Belg. pag.* 834. adscribit Patri *L. Makeblyde Catechismum ad usum Provinciæ & suffraganearum Ecclesiarum Provinciæ Mechliniensis*, qui, inquit, puerorum manibus teritur & memoriæ mandatur, ac plusquàm centies prœlum subiit. Similiter D. Paquot *Mem. litt. tom. V. pag.* 28. refert, eum jàm anno 1642. ferè centies prœlum subiisse. Si Auctores isti agant de Catechismo vulgato ex decreto Synodi, certò errant, quia is sedecim ad summum annis in usu fuit, nec dein manibus puerorum tritus est aut memoriæ mandatus, nec brevi isto tempore centies prœlum subiit.

Dico, tantùm sedecim annis in usu fuit, quia anno 1623. Archiepiscopus Mechliniensis de consensu Episcoporum comprovincialium novum edidit, Catechismum Provincialem planè diver-

diversum à priore; ille autem usque in hodiernum diem in tota Provincia Mechliniensi in usu est, & manibus puerorum teritur. De isto novo Catechismo infrà agetur ad prædictum annum. Anno 1607.

In hac Synodo Tit. XXV. cap. V. ex singulis diœcesibus nominati sunt viri qualificati, quibus præter Ordinarios locorum committerentur causæ ecclesiasticæ. Ex diœcesi Antverpiensi nominati sunt sequentes hoc modo & ordine. Judices Synodales nominati.

D. Joannes del Rio U. J. Licentiatus, Decanus Ecclesiæ Cathedralis Antverpiensis & Vicarius Episcopalis ejusdem & Protonotarius apostolicus.

Reverendus Pater D. Dionysius Feyten Abbas monasterii S. Michaëlis.

D. Cornelius de Witte S. Theolog. Licentiatus, Archidiaconus & Canonicus dictæ Cathedralis Ecclesiæ.

D. Joannes Gevaerts J. U. Licentiatus ejusdem ecclesiæ Canonicus & Officialis.

D. Antonius Heylweghen J. U. Licentiatus ejusdem ecclesiæ Canonicus & Thesaurarius.

D. ac M. Aubertus Miræus S. Theol. Baccalaureus Canonicus & Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Urbis Eleëmosynarii, inquit Scribanius, anno 1607. octodecim feminis, quæ aut fortunâ aut hominum malignitate aut invaletudine varia oppressæ majoris calamitatis effugium statuerunt. In margine ponit *in de Lepelstraet.* Suprà ad an. 1598. ex alio chronico vidimus Eleëmosynarios tunc in dicta platea instituisse domum pro sedecim feminis. Gerontocomium in de Lepelstraet.

Jesuitæ, cum hactenus in hac civitate non nisi domum unam haberent, nempè Domum Aquensem, in qua Collegium & scholæ jam aliquo Jesuitæ intendunt transferre scholas.

nno 607.

aliquo tempore intenderant Scholas aliò transferre. Rationem hanc profert *Scribanius*, quòd ſcholarum anguſtiis juventus excluderetur. Sed mira videri poteſt hæc ratio hoc tempore, quo vix à duobus annis FF. Prædicatores Scholas aperuerant, & jam ageretur de admittendis Auguſtinianis, qui & ipſi Scholas aperirent. Solidior fortè ratio erit, quod ſociorum numero creſcente domus arcta nimis eſſet, aut quòd intenderent in domo ſua tradere theologiam moralem.

nent do- 1.

Tandem hoc anno 1607. pro transferendis Scholis commodam domum Patres obtinuerunt. Non anno 1608. prout ſcribit Auctor *Chor. Coll. S. Jeſu Antv.* apud Sanderum, & legitur *Act. SS. Tom. I. martii pag.* 24. *n.* 1., & quod magis mirandum, prout refert Scribanius, qui hoc ipſo tempore ſcribebat. *Orig. Antv. pag.* 105. : nam Grammayus in ſua Antverpia *Lib. II. cap. VI.* dum hæc, inquit, ſcribimus anno, inſignem ædificiis Anglicanæ Nationis vulgò dictam domum, decreto Senatûs ingreſſi adaptant &c. Hic autem Grammayi libellus à Senatu approbatus eſt 10. aprilis 1607. : unde conſequens eſt, Patres domum iſtam obtinuiſſe intrà tres primos anni 1607. menſes, ſi non antè: quod magis patebit ex ſubſequentibus.

licanam.

Obtinuerunt autem domum Anglicanam, *het Engels-huys*, ſic dictam à Natione Anglicana, cujus mercatoribus hæc domus uſui fuerat. Cum autem ob turbas ceſſaret mercatura, ceſſabant mercatores illi adventare: hinc domus iſta jam vacabat. Obtinuerunt itaque domum iſtam, & quidem munificentiâ & largitione Senatûs, & prout ſcribit Auctor *Prim. ſec. Lib. VI. cap.* 2. adnitente in primis *Henrico van Etten* jam ſecundò & ſecundo anno Burgimagiſtro ſecundario hujus civitatis.

no Sena-

Domum

Domum hanc aptârunt Patres hoc ipso anno, non tantùm ut commodas Scholas haberent, sed &, ut juventus commoditatem haberet audiendi divina, Capellam in ea cœperunt construere, idque sine requisito consensu Capituli cathedralis, quod Pastor erat & jus Archidiaconale habebat in toto Antverpiensi districtu.

Anno 1607.

Domum aptant & Capellam construunt.

Capitulum id resciens, reputans jus suum per erectionem istam lædi, sese quantùm potuit opposuit. Et inde ulteriùs patebit Patres domum istam possedisse ab initio hujus anni. Itaque jam inde mense julio hujus anni Capitulum Patres scripto monuit, nè in constructione Capellæ procederent ante obtentum consensum. Quo super hæc leguntur in Actis Capituli.

Huic opponit se Capitulum.

„Die 13. julii 1607. Dñi de Capitulo scripto „requisierunt & monuerunt Patres Societatis „Jesu, nè ad ulteriorem exstructionem Sacelli „novi procederent, priusquam cum Dominis, „prout juris & consuetudinis est, convenissent, „consensumque eorum habuissent."

Scripto requirit ut cessent à constructione Capellæ.

Cum autem Patres, non obstante hâc monitione, ultrà procederent in constructione Capellæ, Capitulum mense sequente deputatos ad eos mittit in eundem finem: quo super hæc leguntur in Actis Capituli.

„Item die 9. augusti 1607. per Deputatos „Capituli fuerunt prædicti Patres requisiti, „absolutè responderent, utrum cuperent debitè observare concordata an. 1575. inter Capitulum & Patres prædecessores ipsorum inita „ratione Sacelli, quod hactenùs possident; & „eadem curari per eorum Generalem approbari „(prout Art. 10. in eisdem Concordatis erat „conventum) tam quoad antiquum quàm

Deputatos mittit.

Anno 1607. » quod in novum Sacellum, quod in domo Ar-
» gentea extruere incipiunt."

Cum nec ad hanc requisitionem Patres ullam satisfactionem dedissent, Domini de Capitulo protestati sunt se jus suum velle illaesum, seque illud tempore & loco prosecuturos, idque per Actum notarialem, quem ex originali subjungo.

Protestatio [illegible] » Anno Domini MDC. septimo, mensis augusti die ultima, Coram me Notario & testibus infrascriptis reverendi ac venerabiles Domini Decanus & Capitulum Cathedralis ecclesiae Antverpiensis, in eorumdem loco capitulari personaliter constituti, declaraverunt, quod simul atque intellexerunt reverendos Patres *Societatis nominis Jesu* construere Capellam in Archidiaconatu ac suo districtu curae pastoralis ipsorum, absque praevio eorumdem reverendorum Dominorum consensu seu conventione semper habita, non solum contra dispositionem juris communis, sed & adversus dictorum Dominorum comparentium jura & privilegia, nec non immemorialem hactenus observatam consuetudinem, [illegible] nemini quantumvis exempto licuit extruere Sacellum, nec aliud in dicto districtu hactenus sit extructum absque consensu & gratia cum dictis reverendis Dominis comparentibus conventione: itemque & a praedecessoribus dictorum Patrum in extructione Sacelli, [illegible] multis [illegible], [illegible] observatum.

» Et de juris dispositione, privilegiis dictorum Dominorum comparentium, nec non dicta immemoriali hactenus observata consuetudine in [illegible] [illegible] comparentibus per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

» [illegible]

„ 1607. desuper factam) requiri curârunt , nè „ ad ulteriorem dicti novi Sacelli ædificationem „ procederent , donec juxtà dictam immemo- „ rialem consuetudinem , ac dictorum Domi- „ norum comparentium jura & privilegia (prout „ à prædecessoribus dictorum Patrum etiam „ observatum fuit) , cum dictis Dominis compa- „ rentibus primò convenissent. Anno 1607.

„ Quodque postmodum die 9. præsentis men- „ sis augusti capitulariter denuò ordinatum fue- „ rit , ut per Dominorum comparentium depu- „ tatos iteratò requirerentur dicti Patres , prout „ requisiti fuerunt & iteratò requiruntur , ut „ concordata & conventiones anno 1575. initas „ in extructione prioris dictorum Patrum Sa- „ celli , signaturâ superioris tunc temporis Col- „ legii Societatis eorum ac sigillo ejusdem „ Collegii comprobatas , exactè observent , „ curentque easdem conventiones & concordata „ per eorum Generalem debitè approbari (prout „ Articulo 10. in ejusdem concordatis fuit con- „ ventum) ; idque tam quoad antiquum quàm „ quoad novum Sacellum , quod construere „ inceperunt. Vide suprà ad istum annum

„ Cumque prædicti Patres Societatis desuper „ requisiti nullam hactenùs dederint satisfactio- „ nem , aut eandem se daturos promiserint , „ & nihilominùs in extructione novi Sacelli ad „ ulteriora procedant : hinc est , quod dicti „ Domini comparentes volentes jus suum illæ- „ sum & integrum conservari , nè alioquin „ dictis juribus , privilegiis nec non immemo- „ rabili hactenùs consuetudini , tàm per præde- „ cessores dictorum Patrum quàm per quos- „ cumque alios Religiosos quamtumvis exemp- „ tos observatæ , in aliquo præjudicium con- „ tingeret , expressè protestati fuerunt , prout „ per præsentes protestantur , quod per dicto-

„ rum

Anno 1607. „rum Patrum contraventionem nullum sibi
„posterisque suis velint præjudicium generari,
„tam quoad pacta jam olim cum eorumdem
„prædecessoribus inita, quibus omnino inhæ-
„rent, quàm quoad actionem, quam habent
„ratione Sacelli de novo ædificari cœpti, nisi
„prævio consensu seu conventione initâ cum
„dictis Dominis comparentibus: in quam pro-
„inde extructionem sese non consentire protes-
„tantur, nisi sub conditionibus initis cum
„eorumdem prædecessoribus ratione antiqui
„eorum Sacelli prædicti anno 1575. Quodque
„in omnibus jus suum integrum & illæsum
„velint conservari, quod suis loco & tempore
„prosequi intendunt. Ac in illum effectum
„hanc protestationem dictis Patribus seu eorum-
„dem Rectori insinuari curaverunt. Quæ om-
„nia sunt sic in loco capitulari dictæ cathe-
„dralis ecclesiæ acta coram me & Ludovico
„de Huelden & Joanne Hermans testibus ad
„hoc vocatis. Testor *signatum* Moerfell."

In originali harum litterarum infrà testabatur Notarius, insinuationem Patribus factam eâdem die.

Patres cessant à constructione. Ex modo dicendi in his litteris clarè habetur, quod Patres in domo Anglicana extruerent ædificium, quod formam ordinariam Capellæ haberet. Verùm tale ædificium hactenùs ibidem non habetur: unde consequens est, Patres post hanc protestationem cessasse ab ulteriori constructione, & extructa destruxisse.

Hactenùs in illa domo non habetur Capella. Dico, quod tale ædificium hactenùs ibidem non habeatur: & equidem anno 1619. à Capitulo per novum Concordatum obtinuerunt Patres plenam licentiam construendi in domo Anglicana Capellam seu templum; sed tunc aliud impedimentum obvenit: alii nempè in

civitate

civitate Religiosorum Ordines sese constructioni oppofuerunt, idque in vim Bullæ Pontificiæ nuper emanatæ, ut. infrà suo loco dicetur. Hinc hactenùs in illa domo, licèt in Collegium erectâ, non habetur nisi aula antiquæ domûs, in qua divina peraguntur pro studiosis. Unde Auctor *Chor. Coll. Soc. Jesu* apud Sanderum, qui mediante seculo XVII. scripsit, candidè dicit: Templum hìc intereà etiamnum nullum est, sed exiguum Sacellum vix tertiæ simul studiosorum partis capax. Sacellum exiguum dicit aulam istam cultui divino accommodatam. Anno 1607.

Cum verò domus usibus scholarum aptata esset, Scholæ è domo Aquensi eò translatæ sunt mense octobris hujus anni; quando domui isti, sub nomine GYMNASII, datus est primus Superior *Joannes Riserius*, idque 19. ejusdem mensis octobris.

Ad illam domum sub nomine gymnasii transferuntur Scholæ.

An autem ad domum istam tunc etiam translata sit Lectio Theologiæ moralis, non liquet. Auctor Chorographiæ apud Sanderum hæc refert: „Eò se intendit Reverendissimi D. *Jo-* „*annis Mirki* inter cæteras maximè laudabiles „cura, ut Societati demandaret moralis Theo- „logiæ aperiendas scholas, ut quàm fieri posset „celerrimè resarciretur idoneorum pastorum in „sua ubique diœcesi penuria: quod & anno „1605. factum est." Id est duobus annis ante translationem Scholarum, quando Episcopus instituit Seminarium Theologorum.

An etiam lectio Theologica.

Si verùm sit, Patres instituisse Lectionem Theologicam occasione erecti Seminarii, credendum est eam institutionem occasionem dedisse translationi aliarum Scholarum, ut locus commodus haberetur pro lectione Theologica. Dico *si verum sit*, quia non satis convenit cum iis, quæ de Seminario leguntur in Synodo Diœce-

Anno 1607.

Diœcesana anni 1610., ut infrà suo loco dicetur. Credendum insuper lectionem Theologicam demum translatam esse ; dum domus Anglicana anno 1616. erecta est in Collegium. Interim Henschenius *Act. SS. tom. II. febr. pag.* 489. *n.* 26. desuper indistinctè loquitur, dicens; Unicum erat Societati domicilium Antverpiæ usque ad annum 1607., quando aliud accessit, deinceps futurum sub nomine Collegii, politioris litteraturæ *Gymnasium* & Theologiæ moralis aliarumque scientiarum palæstra.

Augustinianis Saxonicis pulsis

Augustiniani Congregationis Saxonicæ, dicti *de Observantia*, qui anno 1497. deflexerant à corpore seu primævo Eremitarum S. Augustini ordine, adm[illegible]ssi fuerant in hac civitate anno 1514. & m[illegible]nasterium ecclesiamque construxerant in loco, ubi nunc est Parochialis Ecclesia S. Andreæ. Verùm cùm erroribus Lutheranis infecti essent; & errores istos pertinaciter & seditiosè divulgarent, post octo annos, anno nempè 1522. pulsi & fugati sunt, ut suprà ad illum annum dictum est.

Primævi Ordinis Augustiniani agunt pro admissione.

Ab eo tempore Augustiniani primævi Ordinis intenderant in hac civitate obtinere domicilium: Pater *Christophorus Patavinus* Generalis ordinis negotium hoc Patribus Provinciæ belgicæ commendaverat anno 1557. litteris datis 22. junii, ut asserit P. Tombeur *Prov. Belg. Ord. S. Aug. pag.* 175. Unde non dubitandum quin tunc desuper actum sit. Sed supervenientibus turbis belgicis res infecta mansit. Reductis autem civitatibus agendum non erat de novis plantationibus, sed de restituendis & populandis veteribus desolatis monasteriis.

Tandem magis serio hoc seculo.

Initio hujus seculi restitutis veteribus in Belgio monasteriis seriò negotium istud resumptum est, &, ut refert idem P. Tombeur, *Aubertus Miræus* Canonicus & Scholaster; dein

dein Decanus Capituli Antverpiensis, anno 1604. Patres stimulaverat iteratis litteris ad Priorem Bruxellensem, & modum sollicitandi & impetrandi consensus requisitos suggesserat. Tandem, inquit idem, anno 1607. P. *Hippolitus Ravennas* Prior generalis setiò monuit, ut Belgii Patres omnem impenderent operam, pro obtinendâ Ordinis nostri in celeberrimo Belgii Emporio admissione & impetrando ibidem domicilio primo; hactenùs desiderato. Anno 1607.

Itaque in generali Ordinis Capitulo celebrato hoc anno Mechliniæ desuper actum est: & *Cornelius Lancelottus* S. T. L. Provinciæ Prior provincialis eo fine ad se vocatum fratrem germanum *Henricum Lancelottum* S. T. L. Priorem Trevirensem Antverpiam destinavit; quo ipse advenit mense septembris, & intentum opus sollicitando exorsus est. Brevi eum secutus est P. Provincialis; qui 6. octobris Antverpiam venit cum Carolo Philippo de Croy Marchione Havræo Ordinis mœcenate. Hic plurimum collaboravit & Ordinis admissionem Senatui multis verbis commendavit. Veniunt Antverpiam.

Hi autem tam strenuè rem egerunt; & Senatum, qui, ut indicat Grammaye in suâ *Antverpia*, jam ab initio hujus anni dispositus erat ad eos admittendos, sic moverunt; ut 3. decembris admissio in Senatu peracta sit, Burgimagistris *Blasio de Bejar* & *Henrico van Etten*, promovente comprimis *Henrico Varyck* urbis supremo Prætore. Ita Auctor *Chor. Cænob. S. Aug. Antv.* apud Sanderum. Verùm P. Tombeur admissionem illam differt ad 15. decembris. Fortè tertiâ decembris admissio peracta fuit in Collegio & 15. ejusdem mensis completa in concilio nationali, quod *Latum concilium* dicitur. Admittuntur à Senatu.

Quid

Anno 1607.

Quare.

Quid autem præcipuè moverit Senatum in- dicat *Grammaye*, qui initio hujus anni *Antverpiam* suam edidit; dicens *Lib. II. cap. 7.* „ Senatus de fructu, quem in erudienda juven- „ tute Bruxellis faciunt... Augustiniani, edoc- „ tus, incipit de Cœnobio Gymnasioque eri- „ gendis cogitare." Unde non est dubium, quin hæc in primis conditio in admissione fuerit adjecta.

Ab Episcopo & Capitulo.

Interim, dum hæc agebantur in Senatu, non cessabant Patres agere apud Episcopum & Capitulum ad obtinendam ab eis necessariam admissionem & privilegia ecclesiastica. Et patres ab eis admissionem obtinuisse 29. decembris hujus anni scribit P. Tombeur *loco citato*. Verùm si tunc admissionem obtinuerint, eam non obtinuerunt nisi verbotenùs: in scriptis enim demùm admissionem obtinuerunt mense februarii anni sequentis, ut constat ex apostilla Libello ab eis Capitulo desuper oblato adscriptâ, quam infrà suo loco dabo.

Car. Mäsius Decanus fit Epis. Iprensis

CAROLUS MAES Bruxellensis J. U. L. qui anno 1590. avunculo suo Rogerio de Tassis viventi successerat in Decanatu Cathedralis Antverpiensis, hoc anno promotus est ad Episcopatum Iprensem, consecratus mense junii. Successit ei in Decanatu *Joannes del Rio* Brugensis J. U. L., qui anteà in eodem Capitulo fuerat Officialis & Archidiaconus.

Henricus Adriani Pastor.

HENRICUS ADRIAENSENS dictus *Adriani* Antverpiensis mortuâ conjuge statum ecclesiasticum amplexus, factus est Pastor Hospitalis S. Elisabethæ ibidem mense martio anno 1586. septimo mense post reductam civitatem, & munus illud obivit usque ad annum 1601., quo resignavit; ac deinceps ut privatus vixit usque ad annum 1607., quo obiit relinquens filium Melchiorem & filiam Mariam Religiosam pro- fessam

fessam in eodem hospitali. Constant hæc ex schedis ejusdem hospitalis. Prelo vulgaverat *Conciones Catholicas in Epistolas & Evangelia totius anni*, primam partem anno 1591. alteram anno 1592. Antv. 4., utramque dicatam Burgimagistris & Scabinis Antverpiensibus. Opus hoc sic placuit ut anno 1599. jam tertio impressum esset & distracta essent ultrà sex millia exemplaria: quare Auctor eo anno quartam editionem curavit correctam & auctam Antv. fol. iterum dicatam Senatui, in cujus præfatione prædictum asseritur. Anno 1607.

Anno 1593. dederat *Legendam seu vitas Christi & Sanctorum* Antv. fol., quod Opus ante obitum iterum prelo dedit auctum vitâ B. Mariæ, & post obitum pro tertia vice impressum fuit anno 1609. curâ *Auberti Miræi* tunc Canonici & Scholastici Antverpiensis, ut in facie illius editionis legitur.

Anno 1594. dedit *Conciones catholicas in omnes Epistolas & Evangelia Quadragesimæ* Antv. 4. dicatas Senatui Antverpiensi. Tandem anno 1600. dedit *Martyrologium romanum* Antv. 4. Flandricè; sicut & omnia prædicta.

Prodiit hoc anno typis Plantinianis opus intitulatum *Fasti Sanctorum*, quorum vitæ Mss. in Belgio; Auctore HERIBERTO ROSWEYDO S.J. Auctor in hoc opusculo exhibet specimen & delineationem Operis, quod moliebatur; *De vita Christi ac B. M. Virginis sanctorumque in Ecclesia catholicâ* tomis omnino XIV. At Heriberto anno 1629. huic molitioni immortuo, operi manum admovit *Joannes Bollandus*, cujus & adjunctorum & successorum operâ jam prodierunt tomi XXXIX. fol. sub titulo *Acta Sanctorum*; compleveruntque jam diem 7. octobris. Vitam autem seu mysteria Christi & vitam ac festivitates B. Mariæ hactenùs distulerunt danda in opere particulari. Origo Operis Acta Sanctorum.

Anno 1607. CORNELIUS KILIANUS ex Duffela inter Mechliniam & Liram, constantis laboris & perennis industriæ laude quinquaginta annis Plantinianæ Typographiæ correctorem egit, latinitate disertus, versificatu felix; plura edidit, quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 210. & apud D. Paquot *Mem. Litt. tom. I. pag.* 112. Obiit hoc anno 15. aprilis ipso Paschatis festo, sepultus in cemeterio B. M.

Corn. Kilianus moritur.

1608. Jactis præcedenti anno, inquit Haræus, à P. Najo & Verreyckio magnis laboribus futuræ tractationi fundamentis, Archidux fine januarii hujus anni 1608. Hagam-Comitis ablegavit *Ambrosium Spinolam* supremum in Belgio exercituum ducem, cui adjuncti sunt *Joan. de Mencicidor* Regi in rebus bellicis à secretis, *Joan. Richardot* Præses Concilii privati, dictus P. *Joannes Najus* Commissarius generalis Franciscanorum & *Lud. Verreyckius* Audientiarius. Hi in Hollandia splendidè excepti sunt. Ordines fœderati è suis elegerunt, qui cum dictis delegatis de pace tractarent, *Guilielmum Nassovium*, *D. à Loen* è Geldria, *Walravum Brederodium* & *Joannem Oldenberneveli* ex Hollandia, *D. à Malderen* ex Zelandia, *Nicolaum à Berck* è ditione Ultrajectina, *D. Gilman* ex Frisia, *D. Slotium* ex Transisulania, *Abelem Conderum* ex urbe & agro Groeningensi, unà cum Graphiario Concilii Status *Brokio* Syndico Dordraceno. Prima sessio seu actio habita fuit 6. febr., & sic continuatum negotium per viginti-sex sessiones, quarum ultima habita fuit 20. augusti. Actitata in illis sessionibus breviter perstringit Haræus *Annal. Tumult. Belgicorum*. Verùm mense septembri totum negotium abruptum fuit, & non tantùm hoc anno non est sancita pax, sed nec longiores induciæ: & interim induciæ de mense in mensem protrahebantur

Actitata pro pace.

bantur, spe fore, ut de longioribus induciis cum effectu tractaretur, quod demùm factum est anno sequenti. Anno 1608.

Intereà dum hæc agebantur pro terminando bello civili, quædam agebantur in hac civitate pro terminando bello ecclesiastico. Institutum enim est & habitum publicum Colloquium seu disputationes inter catholicos & calvinistas, præsertim de SS. Eucharistia contrà Franciscum Lansbergium prædicutium Rotterodamensem ejusque filium Samuelem theologum calvinianum. His disputationibus intervenerunt *Cornelius Cornelii A Lapide* Societatis Jesu famosus S. Scripturæ interpres & P. *Mangotius* ejusdem Societatis, *Monitis sacris* seu concionibus editis notus. Sed nullus ex hoc Colloquio fructus evenit, uti nec ex tot aliis alibi eandem ob causam habitis. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 196. ad art. Corn. à Lapide. Colloquium Antverpiæ inter catholicos & calvinistas.

Patres Augustiniani, quos anno præcedenti à Senatu admissos vidimus, mox egerunt Bruxellis ad obtinendum consensum Principum Belgii ALBERTI & ISABELLÆ, quem & brevi obtinuerunt, datis desuper litteris ad Senatum 3. januarii hujus anni, per quas admissionem laudant & sibi admodùm placere testantur. Ita P. *Tombeur*, qui dicit litteras istas asservari in loco. PP. Augustiniani obtinent consensum Principis

Post obtentum consensum & approbationem Principum, Senatus expediri jussit litteras admissionis, urbis sigillo munitas, easque 5. januarii tradi jussit in manus P. *Henrici Lancelotz*, ut tradit Auctor *Chor.* apud Sanderum, qui dicit litteras desuper servari in loco. Et Senatûs inscriptis.

Ad obtinendùm consensum Capituli obtulerunt Patres libellum supplicem. Verùm consensus iste non tam citò obtentus fuit, quia priùs agendùm erat de conditionibus & privilegiis Petunt consensum Capituli.

Anno 1608.

eis concedendis quoad exercitium functionum ecclesiasticarum. De quibus cum satis actum esset & convenissent, apostillam ad libellum suum obtinuerunt 23. febr. Libellum istum cum apostilla subjungo ex originali.

Per libellum supplicem.

Ex Archivis Capituli.

„ ADMODUM R. Domino D. Decano & Capitu-„lo Antverpiensi.

„ Dum ad majorem Dei opt. maximi ejus-„que Deiparæ genitricis honorem, proximi „verò salutem, sacrum Ordinem fratrum Ere-„mitarum D. Augustini Episcopi & ecclesiæ „Doctoris eximii, in urbem, adeoque sub „alas protectionis suæ civilis Senatus-consul-„tum unà cum plebiscito communi admise-„rit.

„ Reverendis Dominationibus vestris supplicem „se sistit F. *Cornelius Lancelotz* ejusdem Ordi-„nis per Belgium Provincialis, quatenùs suum „identidem ecclesiasticum assensum &, quan-„tum suà interest, benevolum favorem ejus-„dem negotii promotioni & definitioni imper-„tire non graventur. Quod si gratanter an-„nuerint, erit quo insolubili gratitudinis vin-„culo Provinciam nostram sibi obstringant, & „participationem suffragiorum Ordinis Augusti-„niani in ævum sibi vindicent."

Libello huic adscripta erat hæc apostilla.

Apostilla favorabilis.

„ Auditâ relatione deputatorum & eis, quæ „cum Reverendissimo Dño Epis. & Magistra-„tu hujus civitatis de admissione fratrum Or-„dinis S. Augustini acta fuêre, & diligenter exa-„minatis articulis admissionis eorumdem per „dictos nostros deputatos conceptis, sub „iisdem articulis & conditionibus per Ordina-„rium & Illustrissimum (*Nuntium apostolicum*) „hisce in partibus degentem comprobandis, „dictos Fratres admittendos Domini censuerunt,

„prout

„ prout eosdem, etiam juxtà publicum instru- Anno
„ mentum desuper conficiendum, admittunt. 1608.
„ Actum in Capitulo ad hoc specialiter indicto
„ 13. februarii 1608. DEL RIO Decanus."

Publicum instrumentum circà conditiones, de quo hic fit mentio, & quod confirmandum erat per Episcopum & Nuntium apostolicum, eodem die confectum fuit & utrimque signatum. Subjungo illud ex originali. Concordatū inter Capitulum & Patres.

„ IN NOMINE Domini amen. Tenore præ-
„ sentis publici instrumenti cunctis pateat evi- Ex Archivio Capituli.
„ denter & sit notum, quod anno à nativitate
„ ejusdem Domini millesimo sexcentesimo-octavo,
„ indictione sextâ, mensis verò februarii die
„ decimâ-tertiâ, Pontificatûs SS. in Christo Patris
„ ac Domini nostri Domini PAULI divinâ pro-
„ videntiâ Papæ quinti anno suo tertio, in mei
„ Notarii publici ac testium infrascriptorum
„ præsentiâ, ea quæ in hoc instrumento con-
„ tinentur, eadem omnia & singula, prout
„ in eodem narrantur, contigisse.

„ NOS JOANNES DEL RIO Pbr., Pro-
„ thonotarius Apostolicus J. U. L. Decanus &
„ CAPITULUM ecclesiæ cath. B. Mariæ Ant-
„ verpiensis Universis & singulis præsentes lec-
„ turis & legi audituris salutem in Domino
„ sempiternam.

„ Pro parte R. Patris F. CORNELII LANCE-
„ LOTZ sacri Ordinis fratrum Eremitarum D.
„ Augustini Ep. & Ecclesiæ Doctoris eximii
„ per Belgium Provincialis nobis fuit exposi-
„ tum, quod Senatus populusque Antverpien-
„ sis, ad majorem Dei gloriam & proximi
„ salutem, dictum sacrum Ordinem sub alas
„ civilis suæ protectionis admiserit: ac proin-
„ de per eundem nobis fuit supplicatum pro
„ ecclesiastico nostro consensu, utque dicti
„ Ordinis Religiosos admittere & in patrocinium

 „ nostrum

Anno 1608. „ noſtrum ſuſcipere, ac erectioni & conſecra-
„ tioni monaſterii reſpectivè ac eccleſiæ eorun-
„ dem conſentire vellemus & dignaremur.

Vide ſuprà ad an. 1514. „ Et habitâ deſuper inter nos maturâ delibe-
„ ratione præviâ, per Deputatos noſtros cum
„ Reverendiſſimo Dño noſtro Epiſcopo & Se-
„ natu hujus civitatis communicatione, exami-
„ natiſque diligenter omnibus iis, quæ in ad-
„ miſſione cujuſdam congregationis Saxonicæ,
„ ſub Regula D. Auguſtini anno 1497. noviter
„ inſtitutæ, atque à capite & corpore fratrum
„ Eremitarum tunc divulſæ, atque in hanc
„ civitatem ſub LEONE X. receptæ anno 1514.,
„ per prædeceſſores noſtros fuêre acta, &
„ conditionibus ac articulis per dictæ Congre-
„ gationis ſuperiorem ac etiam Sedem apoſto-
„ licam tunc temporis approbatis, ſub quibus
„ tunc Religioſi dicti Ordinis fuêre admiſſi,
„ ad inſtantiam etiam tunc temporis ipſius Se-
„ natûs cum promiſſione, quod nec populus
„ eo nomine gravaretur, nec nos etiam aut
„ noſtra Eccleſia, vel Parochiales hujus civi-
„ tatis, dictæ noſtræ Eccleſiæ tamquam ma-
„ trici ſubjectæ, præjudicium aliquod pate-
„ rentur; prout nunc temporis etiam Sena-
„ tus præſentem ſacrum Ordinem, reverendiſſi-
„ mo Patri Generali fratrum Eremitarum D.
„ Auguſtini ſubjectum, non aliter ſub alas
„ civilis ſuæ protectionis ſuſcepit quàm ſalvo
„ in omnibus jure noſtro, noſtræ Eccleſiæ ac
„ aliarum Parochialium Eccleſiarum nobis ſub-
„ ditarum.

Admittuntur à Capitulo. „ Deſiderantes, quantum in nobis eſt, Dei
„ gloriam promovere, ac proximorum ſaluti
„ conſulere, & jus eccleſiæ noſtræ aliarumque
„ Parochialium eccleſiarum dictæ noſtræ ec-
„ cleſiæ tamquam Matrici ſubjectarum, prout
„ ſub juramento etiam tenemur, tueri, in

„ locum

„ locum eorumdem monasterio & ecclesiæ „ (nostro tamen cum consensu) designandum „ & in admissionem dictorum Religiosorum, „ monasterii exstructionem ac ecclesiæ consecrationem, sub conditionibus & pactis infrascriptis, cum supplicante, tamquam dicti „ Ordinis Provinciali nomine totius futuri in „ hac civitate Conventûs ejusdem Ordinis, initis, cum promissione quod eadem pacta „ omnia, sic inter nos transacta, per loci Ordinarium ac insuper per Nuntium apostolicum, pro tempore hisce in partibus degentem, approbari & confirmari curabit, & „ antequam ad extructionem monasterii ac ecclesiæ progredietur omnium etiam istorum confirmationem à Reverendissimo Patre Generali „ eorumdem, in debita forma expeditam, nobis exhibere tenebitur; non aliter, aliàs, „ nec alio modo consentiendum duximus, prout „ & consentimus per præsentes.

Anno 1608.

Sub conditionibus subjunctis.

„ Ut pax & concordia inter ecclesiasticas „ præsertim personas foveatur & conservetur, „ nec futuris temporibus ratione juris parochialis, jurium funeralium, administratione sacramentorum, aliave de causa lis seu controversia aliqua exoriatur, & ut nos perpetuis futuris temporibus unà cum reverendis „ Patribus ac fratribus Ordinis D. Augustini „ eâ quâ decet perpetuâ charitate conjungamur, „ conventum est inter nos in eum qui sequitur „ modum.

„ In primis quod Fratres ordinis S. Augustini & eorum successores non habebunt „ in ullis festis aut dominicis aut rogationum „ diebus conciones publicas pro populo in ipsorum ecclesia, conventu aut alibi per totam civitatem toto tempore antemeridiano, „ exceptis diebus stationum, illis per Reveren-

Quoad tempus concionum.

Anno 1608.

„ diſſimum & nos aſſignandis , & diebus in„ veſtituræ ac emiſſionis profeſſionis dictorum „ Fratrum , ac feſtivitatum B. Auguſtini , B. „ Monicæ & B. Nicolai de Tolentino & Oc„ tavis eorumdem , quibus verbum Dei pote„ runt prædicare , non tamen eâdem horâ „ quâ Paſtores , & in eorum tantùm Con„ ventu ; in quo etiam poſt prandium ab hora „ prima uſque ſecundam debebunt prædicare „ feſtivis & dominicis diebus.

Quoad moniliones circà frequentationem Parochiæ.

„ 2. Tenebuntur etiam iidem fratres in ſuis „ ſermonibus & in populorum confeſſionibus „ ac aliàs, quantum eis fuerit poſſibile , exhor„ tari & informare populum ad frequentationem „ Matricis Eccleſiæ & Parochiarum , ut in iiſ„ dem reſpectivè divina officia & prædicationes „ ſuorum Paſtorum audire ſtudeant ; nec po„ terunt illud omittere quotieſcumque ad id à „ nobis fuerint requiſiti.

Et alia.

„ 3. Item tenebuntur fratres prædicti aſſu„ mere & eligere ex eis viros litteratos, doc„ tos & idoneos ad officium prædicationis exer„ cendum temporibus ad prædicandum iis con„ cedendis : qui ſic electi tenebuntur in ſermo„ nibus eorum , toties quoties pro parte noſtra „ fuerint requiſiti , informare & inſtruere po„ pulum ad ſolvendum matrici noſtræ Eccleſiæ „ decimas & oblationes , de jure vel conſue„ tudine eidem debitas , juxtà formam conſti„ tutionis *Cupientes* de pœnis in Clementinis : „ quam ſi non ſervaverint & iterum requiſiti in „ proximo ſermone negligentiam ſuam non „ purgaverint , incurrent pœnas in dicta con„ ſtitutione contentas.

Quoad Sacramenta.

„ 4. Item quoad adminiſtrationem ſacramen„ torum præſertim Euchariſtiæ & extremæ „ Unctionis infirmis adminiſtranda (domeſticis „ Ordinis dumtaxàt exceptis) nullatenùs ſe in-

„ tromit-

„ tromittent, & servabunt Constitutionem Clement. *Religiosi* de Privilegiis. Nec illi quovis „ modo in suis prædicationibus contravenient, „ Prælatis, Nobis Curatis vel aliis nobis subjectis quomodolibet detrahendo, juxtà omnem dictæ Constitutionis tenorem, sub pœnis in eadem contentis Anno 1608.

„ 5. Prætereà circà articulum de audiendis „ confessionibus sint ipsi fratres attenti, ad hoc „ officium & salubre ministerium exercendum, „ ut deputent seu eligant viros doctos & idoneos pro confessionibus ejusmodi audiendis „ juxtà tenorem dictæ Constitutionis: ac illos „ sic electos Episcopo præsentent & ab eodem „ admissi in confessionibus ejusmodi audiendis „ servabunt dictam Constitutionem *Religiosi*: „ & tenebuntur iidem electi, præsentati & admissi aut eorum superior fidem Episcopo facere de potestate absolvendi in casibus reservatis eis concessâ, priusquàm officium ejusmodi exercebunt.

Circà confessarios præsentandos Episcopo.

„ 6. Tenebuntur etiam prædicti fratres singulis annis in principio Quadragesimæ nobis, „ in Capitulo existentibus, eorumdem Confessariorum nomina in scriptis exhibere. Et „ si contingat aliquem ipsorum decedere vel à „ loco recedere aut aliàs legitimè præpediri, „ tunc in locum illius, si Fratres ipsi alium „ velint habere, debebunt eundem nobis de „ novo præscripto tempore nominare: nemo „ tamen eorum absque nostro etiam consensu „ in ecclesiis parochialibus nobis subditis confessionem poterit audire.

Et Capitulo.

„ 7. Item quod iidem electi & ut præfertur „ admissi in confessionibus dictos parochianos „ pro viribus inducent, instruent & informabunt juxtà formam dictæ Constitutionis *Cupientes*, ut ecclesiis præfatis de omnibus & „ singulis

Et ab illis observanda.

Anno 1608.

„ singulis juribus, decimis & oblationibus inte-
„ grè satisfaciant, nec non legata ecclesiis &
„ personis ecclesiasticis relicta persolvant, nec
„ illa aut aliàs injustè ablata in suos vel dictas
„ eorum domûs usus ipsi Fratres quovis modo
„ convertent, aut converti facere procurabunt
„ juxtà Constitutionem *Religiosi* superiùs allega-
„ tam.

Quoad sepulturam.

„ 8. Subsequenter verò circà articulum de
„ corporibus defunctorum parochianorum, pe-
„ regrinorum & advenarum, infra limites seu
„ terminos Matricis & aliarum Ecclesiarum filia-
„ rum ejus prædictarum, pro tempore dece-
„ dentium, ea non admittent ad sepulturam,
„ in ipsorum ecclesia aut monasterio, nisi dece-
„ dentes ipsi in vita sepulturam ejusmodi apud
„ eos vel eorum monasterium legitimè elegerint,
„ de qua electione plenam fidem nobis facere
„ tenebunur per legitimum publicum instru-
„ mentum, aut saltem duos testes fide dignos,
„ omnique exceptione majores, aut nostro
„ pro tempore deputato.

Et sollicitationem ad eandem.

„ Nec aliquem ad eligendum apud eos sepul-
„ turam ejusmodi inducent, aut per alium aut
„ alios induci quomodolibet procurabunt, pu-
„ blicè vel occultè, directè vel indirectè quo-
„ vis quæsito ingenio vel colore; ipsique Fra-
„ tres ejusmodi corpora aliàs sepelientes, absque
„ nostra licentia desuper petita & obtenta,
„ tenebuntur corpora ipsa exhumare eaque no-
„ bis sepelienda restituere, si id petierimus,
„ cum omnibus emolumentis ex tali sepultura
„ ipsis obvenientibus, & insuper solvere sum-
„ mam centum florenorum de Florentia nostris
„ usibus irremissibiliter applicandam, toties quo-
„ ties contravenerint.

Quomodo sepeliendi, qui apud eos eligunt sepulturam.

„ 9. Item si contigerit aliquem juxtà prædicta
„ apud eos eligere sepulturam, conformabunt

„ se in omnibus religiosis D. Francisci in hac „ civitate degentibus ; & deferetur tunc funus „ immediatè ad matricem nostram Ecclesiam, „ Clero dictæ nostræ Ecclesiæ funus associante: „ & in eadem matrice Ecclesia exequiæ, sep- „ tenarium, tricenarium celebrabuntur ; & ce- „ dent nobis integraliter omnia jura funeralia, „ tam oblationum, ceræ, vestium seu panno- „ rum sericorum & non sericorum equorum, „ quàm omnium aliorum & quarumcumque „ aliarum rerum, quibuscumque nominibus „ nuncupentur, in exequiis, septenariis, tri- „ cenariis ejusmodi ratione funeris, tam in „ prædicta nostra Matrice quàm dictorum fra- „ trum ecclesia, quomodocumque vel quali- „ tercumque obvenientium. Et fabricæ nostræ „ Ecclesiæ cedent integra jura sepulturæ. Anno 1608.

„ Nec licebit dictis fratribus ullo modo de „ & super juribus & emolumentis funeralibus „ ejusmodi cum hæredibus talis defuncti vel „ ejus testamenti executoribus, componere : „ quod id nobis dumtaxat competat & sic „ nobis etiam velimus reservatum.

„ 10. Et si forsan contingeret, aliquem ex „ hæredibus vel executoribus prædictis, eorum, „ qui apud dictos fratres elegerint sepulturam, „ exequias, septenarium & tricenarium ejus- „ modi fieri facere negligeret vel non curate, „ eo casu statim id ipsum tempestivè signifi- „ cabunt nobis, ut eosdem ad ea facienda „ compellere & cogere viis & remediis juris „ possimus.

„ 11. Item iidem fratres factioni seu ordina- „ tioni quorumcumque testamentorum, codi- „ cillorum seu ultimarum voluntatum quorum- „ cumque testantium, decedentiumve vel in- „ firmorum, quos eos continget in futurum

Confection testamentorũ non se immiscêant.

„ visitare

Anno 1608. „ visitare ; nullatenùs se intromittent, intererunt seu interesse poterunt.

„ 12. Et casu, quo contingat dictos Fratres instituere juventutem, tam Scholæ quàm juventus suberunt nobis & Scholastico nostro pro tempore existenti ; sic ut eidem liceat juventutem per eosdem instituendam visitare & examinare, an etiam proficiant : & Ludimagistri antequam juventutem instituent, tenebuntur dicto Scholastico nostro in scriptis attestationem Superiorum suorum ostendere, quâ eidem constet de admissione & idoneitate dictorum Ludimagistrorum ; prout etiam catalogum librorum singulis annis prælegendorum eidem etiam exhibere tenebuntur ; nec Auctorem aliquem prælegere poterunt, cujus ipse non sit conscius.

Circà scholas aperiendas.

„ 13. Item Fratres prædicti non instituent aut facient ullas Processiones extrà cepta dicti eorum monasterii absque speciali nostra licentia, desuper petita & obtenta. Quam etiam requirere & obtinere tenebuntur, quotiescumque Processionem aliquam etiam intrà cepta monasterii Dominicis aut festivis diebus instituere desiderabunt.

Circà Processiones.

„ 14. Vocati autem per nos ad Processiones pro tempore in matrice nostra ecclesia faciendas antedicti fratres illis interesse tenebuntur & erunt adstricti.

„ 15. Item si ex domibus seu fundis, eorumdem monasterio aut Ecclesiæ applicandis, decimæ, census aliqui seu redditus nobis aut capellanis nostris solvi hactenùs consueverint, easdem seu eosdem dicti fratres more consueto debitè persolvent.

„ 16. Et in recognitionem jurium parochialium solvent dict. fratres nobis vel nostro receptori,

Census annuè pendendus.

„ singulis

„ singulis annis in festo Paschæ unam unciam „ argenti. Anno 1608.

„ 17. Et ut mutua charitas inter nos & fra- „ tres præfatos perpetuò servetur, peragent „ singulis annis solemne anniversarium cum vi- „ giliis & missâ defunctorum, quemadmodum „ pro Priore alicujus ex monasteriis eorum pera- „ gere soliti sunt, pro omnibus prædecessori- „ bus nostris defunctis & in futurum deceden- „ dis, anno quolibet feriâ secundâ post octavam „ omnium Sanctorum. Anniversarium Perpetuò celebrandum.

„ Impeditâ verò dictâ die feriâ secundâ, tunc „ die immediatè sequenti non impeditâ dictum „ officium supplebunt, & de eo tempestivè nos „ memores reddent; ut si nobis placuerit, per „ deputatos saltem nostros possimus eidem inter- „ esse.

„ 18. Defuncto etiam Episcopo, Decano „ aut Canonico tenebuntur dicti fratres funus „ eorumdem comitari & vigiliis & missæ, pro „ eisdem in matrici nostra ecclesia celebrandis, „ collegialiter à principio usque ad finem inter- „ esse, & Deum pro anima defuncti de- „ precari. Exequiis Canonicorum intersint collegialiter.

„ 19. Denique nos omnes participes facient „ omnium suffragiorum Ordinis. Participatio suffragiorum.

„ Quæ omnia & singula; speciali ad hoc „ in dicto Capitulo in loco nostro capitulari „ nobiscum congregati, R. admodum Dominus „ Pater Fr. *Cornelius Lancelotz* supplicans, tam- „ quàm dicti Ordinis per Belgium Provincialis, „ & R. Pater Fr. *Henricus Lancelotz* Prior Tre- „ virensis nomine totius futuri in hac civitate „ Conventûs dicti Ordinis, in præsentia mei „ Notarii publici & testium infrascriptorum „ specialiter ad hoc vocatorum, sub obliga- „ tione omnium bonorum mobilium & immobilium Ratificatio Præmissorum

„ dicti

Anno 1608. „ dicti futuri in hac civitate Conventûs dicti „ Ordinis, omni dolo & fraude seclusis, pro „ se & suis successoribus nomine dicti Conventûs inviolabiliter semper observare promiserunt & promittunt per præsentes, cum renunciatione cujuscumque beneficii seu privilegii restitutionis in integrum, rescissionis & aliorum quorumcumque in contrarium facientium, „ quibus præmissa impediri aut aliquâ ratione in „ futurum annullari possent.

Subscriptiones. „ In quorum omnium & singulorum fidem „ ac testimonium binis instrumentis inde per „ me Notarium, ac scribam nostrum juratum „ infrascriptum factis & expeditis, subscripsimus ac sigilla nostra respective eisdem subimprimi, nec non illa per dictum nostrum Notarium simul nobiscum subsignari mandavimus, & singuli unum instrumentum recepimus & nobis reservavimus. Acta fuerunt hæc „ omnia dictis reverendis Dominis Decano ac „ Capitulo & reverendis Dominis Patre fratre Cornelio Lancelotz & R. Patre F. Henrico Lancelotz Priore Trevirensi in loco eorumdem „ capitulari congregatis, anno, mense, die „ & Pontificatu, quibus supra; præsentibus „ discretis viris Ludovico de Huldere Virgario „ & Nicolao Rognet testibus fide dignis ad „ præmissa vocatis & rogatis. *Subsignatum:* „ *J. Del. Rio.* Decanus, *Maximilianus ab Eynatten* Can. & Actuarius Capituli, Fr. *Cornelius Lancelotus* Provincialis immeritus, Fr. „ *Henricus Lancelotus* Prior Trevirensis... *A.* „ *Verdonck.* Nots publicus."

Confirmant hæc Episc. & Nuntius. Huic instrumento innexæ erant Litteræ Episcopi Antverpiensis & Nuntii apostolici, quibus admissionem & pacta hæc approbant & confirmant.

Cum

Anno 1608.

Cum in initio præmissi Concordati & in litteris confirmatoriis Episcopi mentio fieret Congregationis Saxonicæ sub regula S. Augustini, olim in hac urbe receptæ, anno scilicet 1514. ut suprà dictum est, quasi, inquit Auctor *Chorographiæ* apud Sanderum, hunc Ordinem aliquatenùs contingeret : ad hanc notam ab Ordine Eremitano avertendam, comparuit, inquit, coram Capituli deputatis in domo D. Decani Del Rio P. *Henricus Lancelotus*, evidenter partim ex Josepho Pamphilo, partim ex antiquioribus ipsius Capituli super admissa quondam congregatione Saxonica documentis demonstrans, dictam Congregationem non fuisse umquam Ordinis sui Eremitani membrum, eosque dictos quidem fuisse *Augustinianos* non simpliciter, sed cum addito *de Observantia*. Paulò post, inquit idem Auctor, Antverpiam venit P. *Joannes Cools* Prior Gandensis, habiturus concionem in Cathedrali feriâ 2. & 3. Pentecostes & in S. Jacobi festo SS. Trinitatis, qui de hâc re in concionibus tractans hos à Congregatione Saxonica sic distinxit, ut incredibilem totius rei-publicæ favorem eis conciliârit. Ita Auctor ille.

Augustiniani se distinguunt à congregatione Saxonica.

Cum Senatus Patres Augustinianos admisisset, non diu post assignavit illis domum commodam sitam viâ *de Everick-straet*; in cujus possessionem solemniter introducti sunt 3. aprilis hujus anni 1608. per D. Henricum Varick Markgravium aliosque è Senatu viros.

Obtinent domum.

Domum istam Patres cœperunt aptare usibus suis, reduxeruntque ad formam monasterii, designantes singulas monasterii officinas ac Oratorium pro tempore aptum & Scholas pro instituenda juventute. Dein 14. augusti munificentiâ Magistratûs ejusdem domûs proprietatem obtinuerunt, ut asserit P. Tombeur.

Eam aptant & obtinent proprietatem.

Tunc

Anno 1608. Primus Prior. Tunc indubiè domui sic paratæ primus datus est Prior P. *Henricus Lancelotus* S. T. L. frater *Cornelii* Provincialis, qui hanc plantationem eò perduxerat.

Capella benedicitur. Oratorio qualicumque jam parato die 28. ejusdem mensis augusti benedixit JOANNES MIRÆUS Episcopus noster, in eoque decantavit Sacrum præsente Senatu.

Quoto instituti Ordinis anno. Itaque FF. Augustiniani hic admissi sunt & monasterium obtinuerunt in hac civitate anno octuagesimo sexto post pulsos Augustinianos Saxonicæ congregationis, & trecentesimo quinquagesimo-secundo postquam ALEXANDER PP. IV. dispersos Eremitas congregavit & coadunavit in unum corpus; ac anno 1178. post obitum S. Augustini, cujus Regulam sequuntur & quem ut patronum & institutorem suum colunt.

Scholæ aperiuntur. Scholis autem pro instituenda juventute brevi etiam paratis, aperuerunt Patres ludum litterarium 30. septembris 1608., datusque est verosimiliter primus Rector scholarum P. *Nicasius Baxius* Antverpiæ natus, de quo refertur (Fop. *Bibl. Belg. pag.* 898.) quod litteras politiores græcasque Antverpiæ apud suos multos annos tradidit.

Docent litteras latinas & græcas. Hinc habemus; Augustinianos in scholis suis ultrà latinas etiam docuisse litteras græcas. Et hoc non mirum: solebant enim olim communiter tradi in Scholis parochialibus; quandò notitia illarum litterarum certò communior erat quàm nunc. Cessant hodiè illas tradere Augustiniani, & soli nunc in hac civitate Jesuitæ eas docent.

Tres scholæ in hac civitate. Tres itaque, collapsis per tumultus belgicos scholis parochialibus, scholæ hoc tempore erant in hac civitate, in quibus apertus erat ludus litterarius & tradebantur linguæ sacræ, dispositæ in

in triangulo commodo juventuti totius civitatis; Prædicatorum ad septentrionem, Jesuitarum in domo Anglicana ad orientem & Augustinianorum ad meridiem. Nunc autem postquam Prædicatores scholas suas clauserunt, duæ tantum supersunt. Anno 1608.

Ordo Annuntiatarum B. M. institutus per B. JOANNAM VALESIAM Reginam Franciæ, & approbatus anno 1502. per ALEXANDRUM PP. VI., & confirmatus anno 1514. & 1517. per LEONEM PP. X. brevi propagatus est per varias regiones, & notanter per Belgium. Cœnobium jam inde habebant Brugis, unde jam derivatum erat cœnobium Lovaniense; & ex Lovaniensi derivatum Antverpiense hoc anno centesimo-septimo post approbatum Ordinem. Annuntiatæ Antverpiæ admittuntur.

Obtinuerunt autem Religiosæ istæ Antverpiæ monasterium curâ & sollicitudine R. P. *Henrici Seduli* Provincialis FF. Minorum, sub cujus cura & jurisdictione degebant Religiosæ Annunciatæ. Is prudenter & rectâ viâ procedens, antequam Religiosas aduceret, procuravit undique requisitum consensum. Cumque eum obtinuisset à Senatu & populo, petivit etiam à Capitulo & obtinuit consensum, super quo factum est publicum instrumentum, quod ex originali subjungo. Agente Provinciali Minoritarum. A Senatu. A Capitulo.

„IN NOMINE Domini Amen. Tenore præ„sentis publici instrumenti cunctis pateat eviden„ter & sit notum, quod anno à nativitate „ejusdem Domini millesimo sexcentesimo-octa„vo, Indictione sextâ, mensis verò Julii die „vigesimâ-octavâ, Pontificatûs SS. in Christo Pa„tris ac Domini nostri Domini PAULI divinâ „providentiâ Papæ quinti, anno ejus quinto, „in mei Notarii publici ac testium infrascrip„torum præsentiâ, ea, quæ in hoc publico „instrumento continentur & narrantur, eadem „omnia & singula prout in eodem sic contigisse. Litteræ hujus desuper. *Ex Archivis Capituli.*

Anno 1608.

„ Nos JOANNES DEL RIO Prothonota-
„ rius apoſtolicus J. U. L. Decanus eccleſiæ
„ cathedralis B. Mariæ virginis Antverpienſis &
„ CAPITULUM ejuſdem eccleſiæ, Univerſis &
„ ſingulis præſentes lecturis & legi audituris
„ ſalutem in Domino ſempiternam.

„ Pro parte MATRIS ANCILLÆ & ſororum B. Mariæ virginis, vulgariter *van de Annunciaten*, per R. patrem fratrem *Henricum Sedulium* Ordinis minorum Provinciæ inferioris Germaniæ Miniſtrum, cui dictæ Religioſæ ſubſunt, Nobis fuit expoſitum, quod Senatus populuſque Antverpienſis dictis Religioſis conceſſerit veniam, ad hanc civitatem Antverpienſem ex Lovanienſi monaſterio commigrandi, ac proinde nobis extitit ſupplicatum, ut, ſalvis cunctis juribus tam eccleſiæ noſtræ quàm aliarum ſubalternarum, quæ noſtræ tamquam Matrici eccleſiæ ſubſunt, eaſdem Religioſas admittere earumque monaſterium in patrocinium noſtrum ſuſcipere, ac erectioni & conſecrationi monaſterii & ſacelli conſentire vellemus & dignaremur.

„ Et habitâ deſuper inter Nos mutuâ deliberatione prævià cum Reverendiſſimo Domino noſtro EPISCOPO & SENATU hujus civitatis Antverpienſis communicatione, attendentes zelum religionis, quo dictæ Religioſæ moventur, & quod in clauſtralibus anguſtiis Deum ſint perpetuò pro noſtra, totius Cleri, Senatûs & populi ſalute deprecaturæ; ut tam pium deſiderium, quantùm in nobis eſt, promoveamus, & ſaluti incolarum hujus civitatis conſulamus, adventum dictarum Religioſarum cum omni charitate ſuſcipientes, in monaſterii & ſacelli earumdem erectionem & conſecrationem, quantum de jure poſſumus, ſub

„ condi-

„ conditionibus tamen sequentibus consentiendum „ duximus & consentimus per præsentes. Anno 1608.

„ In primis quod præter matrem Ancillam ; „ Sorores conversas ac Novitias , infra annum „ probationis existentes & infrà septa monaste-„ rii decedentes , neminem ad sepulturam admit-„ tent ; nisi semotâ omni inductione , directâ „ vel indirectâ , apud easdem contingeret eligi „ sepulturam , & de dicta electione nobis aut „ deputato nostro legitimam fecerint fidem per „ legitimum publicum instrumentum aut saltem „ per duos testes fide dignos ac omni exceptio-„ ne majores. Et tunc non aliter poterunt sepe-„ lire , quàm adinstar Fratrum religiosorum „ Ordinis S. Francisci hujus civitatis , & quem-„ admodum illis , qui apud eos eligunt sepul-„ turam , concessum fuit à Nobis eosdem sepelire ; „ facto nimirùm officio exequiarum , septenarii „ & tricenarii in Matrice nostra ecclesia & deduc-„ to per Nos seu ecclesiæ nostræ ministros „ corpore ad earumdem monasterium , omni-„ bus juribus nostris ac etiam fabricæ ecclesiæ „ nostræ integraliter salvis , acsi in nostra eccle-„ sia eadem corpora fuissent sepulta. Circà sepulturam.

„ Oblationes etiam funeralium & exequiarum ; „ si quas in Missis apud eas offeri contingeret ; „ nobis etiam integraliter reservamus : quas „ receptori nostro oblationum seu nostro depu-„ tato fideliter tradere tenebuntur. Oblationes in iisdem.

„ Item si ex domibus seu fundis ; earum-„ dem monasterio aut ecclesiæ applicandis , de-„ cimæ , census aut redditus aliqui nobis aut „ ministris nostris solvi hactenùs consueverint ; „ easdem seu eosdem dictæ Religiosæ more „ consueto persolvent.

„ Et in recognitionem jurium parochialium „ promittent Mater Ancilla & Sorores dicti „ monasterii , unà cum ordinis minorum Mi- Circà recognitionem juris pastoralis

Anno 1608.

„ nistro & Mamburnis pro tempore existentibus, pro se & suis successoribus singulis annis pridie Paschæ Nobis quindecim solidos monetæ Brabantiæ & curati loci parochiæ, quam eas inhabitare continget, quinque solidos ejusdem monetæ perpetuis futuris temporibus solvere, & perpetuò solvere manebunt obligatæ.

Circà Conciones.

„ Tempore matutino ante prandium non habebitur apud eas concio, nisi in vestitura aut professione Sororum; & tunc non nisi eâ horâ, quâ non impedientur consuetæ conciones in Matrice nostra seu aliis Parochialibus nostris ecclesiis; nè à dictis matrice & parochialibus ecclesiis populus aliquà ratione retrahatur.

„ Et si (quod absit) contingeret dictas Sorores locum Deo dicatum per mortem aut alias vacuum relinquere, quod ex tunc dictus locus remanebit in dispositione juris communis.

Mutua charitas.

„ Ut autem perpetua charitas inter nos ac Matrem Ancillam & Sorores prædictas ad Dei laudem servetur, Nos Decanum & alios de Capitulo, omnesque beneficiatos matricis ecclesiæ inter benefactores suos suique monasterii nominabunt, & in eorumdem libro, in quo benefactores earum descripti sunt, etiam describi curabunt.

Anniversariũ celebrandum

„ Et singulis annis primâ die non impeditâ post Octavam Ven. Sacramenti pro Nobis Decano, Canonicis, beneficiatis & officiariis dictæ ecclesiæ defunctis Anniversarium cum Vigiliis & Missa solemniter earum more celebrari curabunt, orando præcipuè pro Nobis & aliis benefactoribus: & tempestivè nobis id insinuari curabunt, ut per nostros deputatos dictis Vigiliis & officio Missæ possimus interesse.

„ Et

„ Et ut præmissa omnia & singula inviolabiliter observentur præfatæ Sorores unà cum „ Matre Ancilla earumdem, promittent fide „ mediâ, hæc omnia firmiter observare; & „ quod prædictos articulos, in linguam vernaculam translatos, coram omnibus Sororibus, „ cum Matre Ancilla simul congregatis publicè „ singulis annis semel legi curabunt, nè quis „ earumdem ignorantiam possit aliquâ ratione „ prætendere. Et tempore insinuationis suprascripti Anniversarii, singulis annis apud eas „ fiendi, significabunt etiam Nobis, dictos Articulos, sic, ut præfertur in linguam vernaculam translatos, publicè coram omnibus „ simul congregatis tali tempore fuisse prælectos. Postremò si ratione suprascriptorum dubium aliquod suboriri contingeret, quod omnem interpretationem Nobis perpetuò reservamus. Anno 1608. Hæc quotannis prælegenda in communitate.

„ In quorum omnium & singulorum fidem „ R. Pater Fr. *Henricus Sedulius* ordinis minorum Provinciæ inferioris Germaniæ Minister, „ cui dictæ Religiosæ subsunt, nomine earumdem Religiosarum in præsentia Notarii & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, omnes præscriptas conditiones acceptavit &, omni dolo & fraude „ seclusis, easdem illas adimpleturas promisit. Horum approbatio procuranda ab Epis. & Nuntio apost.

„ Et in majorem omnium confirmationem promisit, quod præmissorum etiam approbationem & confirmationem *Ordinarii* & insuper „ etiam *Nuntii apostolici*, pro tempore in Belgio degentis, impetrabit &, litteris ac sigillis „ eorumdem debitè expeditis, nobis tradet „ ante dictaram Religiosarum in hanc civitatem „ adventum. Et binis instrumentis desuper per „ nostrum Notarium infrascriptum expeditis, „ singuli sigilla nostra respectivè eisdem subimprimi

Anno 1608. „ primi nec non illa per dictum nostrum No„ tarium simul nobiscum subsignari curavimus „ & singuli unum instrumentum recepimus & „ nobis reservavimus.

„ Acta fuêre hæc omnia Nobis ac R. Patre „ Fr. Henrico Sedulio & R. Patre Fr. Gerardo „ Jaceano in loco nostro Capitulari specialiter „ congregatis anno, indictione, mense, die, „ & pontificatu quibus suprà, præsentibus ibi„ dem honestis & discretis viris Ludovico de „ Heuldre dicti Capituli Virgario & Nicolao „ Coignet testibus fide dignis ad præmissa spe„ cialiter vocatis & rogatis."

Infrà legebatur.

„ *J. Del Rio* Decanus.

„ *Maximilianus ab Eynatten* Canonicus & „ Capituli Actuarius.

„ Fr. *Henricus Sedulius* provinciæ FF. Mi„ norum inferioris Germaniæ Minister.

„ Fr. *Gerardus Jaceanus* Conventus Antverp. „ Guardianus.

„ Et ego.... *A. Verdonc* Not. public.

Pater *Sedulius*, cum obtinuisset has litteras, non distulit agere apud Episcopum & Nuncium apostolicum ad obtinendam præmissorum approbationem & confirmationem: quibus obtentis & Capitulo exhibitis Religiosas adduxit ex monasterio Lovaniensi, & obtentâ domo in loco dicto *den Cauwen-berg*, eâque utcumque usibus earum in *Cauwen-berg* aptatâ, eas in Claustrum introduxit hoc ipso anno 1608. Sic autem moniales illæ domum istam inhabitârunt usque ad annum 1614., quo novum monasterium & ecclesiam construere cœperunt, ut infrà dicetur.

Lovanio adducuntur Antverpiam. *Locantur in Cauwenberg*

Inter religiosas autem, quæ Lovanio advenerant, indubiè præcipua fuit *Josina de Smidt*, quæ sororibus præfuit usque ad annum 1638., quo obii

Fundatrix.

obiit : eam enim Auctor *Chor. FF. Minor. Antv.* apud Sanderum nominat hujus cœnobii *primicerium Fundatricem.* Anno 1608.

Hoc anno JOAN. MIRÆUS Episcopus noster hospitale Turnhoutanum de consensu communicatis & Principis convertit in monasterium monialium, quæ ægros curarent ad normam aliorum hospitalium in Belgio, evocatis Religiosis ex hospitali Lirensi. Opus hoc quod *Miræus* incepit, successor ejus JOANNES MALDERUS perfecit anno 1611. Hujus litteras desuper refert Baro Le Roy *Not. March. pag.* 393. Episcopus format hospitale Turnhoutanum

Obiit hoc anno 15. febr. REINERUS BERVOETS DE BRAKEL ex vice-plebano, Canonico, Scholastico, Archipresbytero Antverpiensi nominatus Episcopus Ruræmondensis. Ita Auctor *Hist. Epis. Antv. pag.* 208. Verùm *Henricus Cuyckius* Episcopus Ruræmondensis demùm obiit 7. octobris 1609., nec *Reinerus* in veteribus catalogis Episcoporum Ruræmondensium inter Nominatos notatur. Equidem Illustr. De Castillon in nuper edita *Cronologia S. Belgii* refert sedem Ruremondensem ante promotionem *Cuyckii* vacasse octo annis, eoque tempore duos viros ad dictum Episcopatum nominatos fuisse; primum *Joannem Langecruys* Hilvare-becanum, alterum hunc *Reynerum*, qui consequenter onus hoc recusavit. Interim hic Reinerus existens Canonicus anno 1579. cum aliis ecclesiasticis secularibus exulare debuit, ut suprà ad illum annum refertur. Reinerus Brakel Archipresbyter moritur.

MARTINUS ANTONIUS DEL RIO Antverpiæ natus anno 1551, cum Lovanii Jurisprudentiæ operam dedisset, Salamanticæ gradum obtinuit anno 1574. Inde reversus anno sequenti, Concilii Brabantiæ Senator & mox Regii exercitûs supremus judex fuit constitutus, Fiscoque regio Mart. Ant. Del Rio S.

[illegible]ntractos. Dein in Hispaniam tendit, ubi anno
[illegible] 1586. Vallisoleti ingressus Societatem Jesu post quinquennium reversus Theologiæ incubuit: [illegible] variis in locis Philosophiam, Theologiam, græcas hæbraicasque litteras docuit. Obiit Lovanii 19. octobris hoc anno 1608. Ultra *Disquisitiones magicas* plura edidit, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg. pag.* 847.

[illegible] J. C. Obiit etiam hoc anno 26. decembris & sepultus in D. Jacobi *Gevartius [illegible]* Patricius Antverpiensis J. C. Philosophus ac poëta. Scripsit *De [illegible] sive Sacra [illegible] natura & [illegible]* L. III. Antv. 1604. 4. vide Fop. *Bibl. Belg.* pag. 4[illegible].

Induciæ in [illegible] annos. Licet anno præcedenti pacis negotiatio in totum abrupta esset; non cessatum est tamen privatim agere pro longioribus Induciis, idque præcipuè per Legatos Regum Angliæ & Franciæ. [illegible] anno 1608. [illegible] febr. in eam rem venerunt Antverpiam, quo [illegible] venerunt Spinola, Richardotus & Verreykenus, de conditionibus [illegible] extremùm disceptaturi. Con[illegible] prædicti Legati in [illegible] Ordinum Con[illegible] placuerunt, ut in [illegible] Bergopzomi 22. [illegible] amplissima po[illegible] & [illegible] de longi tem[illegible] commodis rei fore [illegible] Tractationi [illegible] Qui cum rediissent 23. [illegible] & Angliæ Legati, die [illegible] venerunt depu[illegible] Ordinum. Qui cum aliquo[illegible] Legatis Regis Hisp. & Archiducum [illegible] Curiam convenient, [illegible] pepigerunt in Induci-

cias

cim annos, quæ decimâ quartâ ejusdem mensis publicatæ sunt Antverpiæ. Anno 1609.

Conditiones pacti refert *Haræus*. Ratificavit eas Rex Hispaniarum 7. julii ejusdem anni.

In qua Retificatione hæc : „Nos quantum „ad nos attinet, prædictas inducias laudamus, „approbamus & confirmamus. Mandamus in„super, ut toto illo constituto tempore perfectè „& plenè eæ serventur. Speramus autem vicis„sim à præfatis Ordinibus, durantibus his „Induciis, catholicos, qui inter ipsos sunt, „benè tractatum iri ; promittentes & assecu„rantes in fide & verbo Regio omnia nos „punctualiter facturos. In cujus rei ... Quidam Articuli.

Harum Induciarum Articulus VII. sic sonat. „Erit etiam iisdem incolis & subditis Ordi„num eadem libertas & securitas in terris catho„lici Regis & Archiducum, quæ concessa est „Regis majoris Britanniæ subditis postremo „pacis fœdere & conditionibus arcanis cum „Præfecto equitum Castilliæ transactis.

Memorati hic Articuli arcani publicati sunt deinceps mense majo, & subjungit eas *Haræus pag.* 677. sub isto titulo. „Moderatio quoad „rationem procedendi per Inquisitionem contrà „subditos Regis Angliæ in Hispania.

„Primo si forte in re aliqua antè ingressum „suum in Hispaniam deliquerint, pro ea ab „Inquisitione contra eos Actio non institua„tur.

„Secundo quod si ingredi ecclesiam nolint, „nemo eos cogat ; si vero eas ingrediantur, „debitas & consuetas reverentias sacro Altaris „Sacramento ibi præsenti exhibento. Ac simi„liter si venerabile Sacramentum in platea sibi „occurrere viderint, reverentiam genuum „flectione impendant, aut aliàs in plateam „aliam vel in domum aliquam secedant.

„Ter-

Anno 1609.

„ Tertio. In his si aliquis deliquerit, Inquisitio, „ contrà talem procedendo non poterit sequestrare, nisi ipsius solius delinquentis propria „ bona : liberam autem dimittet navem & quæcumque delinquentem non concernunt."

Princeps non admittit Judæos.

Notandum hic, quod legimus *Dipl. Belg. tom. IV. pag.* 700. Principem nempe nostrum ALBERTUM in hoc tractatu sic inhæsisse decretis Prædecessorum suorum circa judæos, ut adduci non potuerit, licèt instanter rogatus, ut uni cuidam judæo faceret facultatem Amstelodamo in Brabantiam transeundi. Sciebat religiosissimus Princeps periculosam multum esse catholicis cum personis gentis judaicæ conversationem; & tangentem picem citò ab ea inquinari.

Sic tandem cœpit respirare regio hæc nostra, jam plusquam quinquaginta annis continuis turbis & bellis agitata.

Judocus de Weerdt Poëta.

JUDOCUS DE WEERDT S. P. Q. Antverpiensi à Consiliis (Pensionarium vocant) subtili vir ingenio & in versibus condendis facili atque amœno edidit hoc anno de his belli belgici Induciis typis Plant. 4. *Concordiæ Belgicæ panegyricum parnassicum*, in quo varia anagrammata, acrostichides & alii ingenii lusus. Supervixit Auctor usque ad annum 1625., quo obiit & sepultus est apud Minores in monumento parentum.

Principes nostri prohibent disputationes de Religione &c.

Nè autem negotium pacis, quod sperabatur perficiendum ante expirationem Induciarum, impediretur, Principes nostri varia prohibent, ad præveniendas dissensiones inter populares: nempè nè quis verbis vel factis moveat quæstiones de Religione aut de peractis tempore tumultuum: ut latiùs patet ex ipso eorum diplomate desuper edito 13. julii 1609, quod refertur *Ediç. Brab. L. I. tit. II. c. 6.* & in

Collectio-

Collectione synodalium edita typis Plantinianis an. Anno
1680. *pag.* 410., unde illud hic jubjungo. 1609.

ALBERT ende ISABEL-CLARA-EUGENIA Infante van Spaignien by der gratien Godts Artsch-hertoghen van Oostenryck, Hertoghen van Bourgoingnien, van Lotryck, van Brabant, van Limborgh, van Luxemborgh ende van Gelre &c.

Edictum de super.

ALSOO om t'onderhouden het BESTANT, by Ons mette Provincien van Hollandt, Zeelandt ende andere ghemaeckt, ende des te gevoeghelijcker de ghemeyne saecken te voorderen ende te schicken tot eenen vasten ende gheduerighen VREDE, van noode is tusschen d'ondersaten van d'eene ende d'andere zyde te voeden alle goede eendrachtigheyt ende correspondentie: ende dat men nochtans verstaet, dat ter contrarien van dien somtydts tusschen de selve, soo in schepen, waghens, herberghen, maeltyden, als in andere plaetsen ende vergaederinghen komen te ghebeuren propoosten, questien ende gheschillen ter oorsaecken van de Religie, oft van t'ghene des ghepasseert is gheduerende de voorleden oorloogen ende andersins, t'welck soude moghen veroorsaecken eene nieuwe dissensie, tweedracht ende brekinghe van de voorschreven begonste eenigheyt.

SOO IST, dat Wy, willende daer teghen versien, hebben geinterdineert ende verboden, interdiceren ende verbieden by desen wel scherpelijck aen alle, soo onse ondersaeten als andere, dese Landen hanterende ofte aldaer wesende, van wat staet, qualityt oft conditie sy zyn, voortaen d'eene teghen den anderen op te worpen ofte te moveren eenighe disputatien oft debatten ter oorsake van de Religie, oft van t'ghene gedeurende de voorschreven voorleden troublen magh gepasseert zijn; noch ter oor-

16 *[illegible] van dien eenighe injurieuse oft afdragheude*
09. *woorden oft wercken te gebruycken. Maer dat sy sullen schuldigh zyn met malcanderen hun te dragen in alle [illegible], vrede ende eendrachtigheyt, sonder voorts te stellen eenigh [illegible] in Kercken, Processien, [illegible] oft andere soo publycke als particuliere plaetsen ende vergaederinghen, [illegible] met woorden oft met wercken, op pene van ter oorsaecken van dien [illegible] gestraft te worden ten exemple van andere, [illegible] de gheleghentheyt ende circumstantien van de [illegible] bevonden sal worden te behooren.*

Ende [illegible] hebben Wy onsen seghel hier aen doen hanghen. Ghegheven binnen onse stadt van [illegible] den [illegible] dagh der maent van Julio, [illegible] Heeren [illegible] negen. By [illegible] binnen Raede. P. [illegible].

IOANNES B[illegible] natus anno 1555.
[illegible] [illegible]iam, Poloniam, Russiam, Li-
[illegible] [illegible] orbis partes pera-
[illegible] [illegible]. Urbique à
[illegible] excelluit, ut Se[illegible]
[illegible] idib. Ianuarii
[illegible] meridiem,
[illegible] [illegible]. Vana, quæ prelo
[illegible] pag. [illegible], &
[illegible]
[illegible]

[illegible] J. U. Doctor,
[illegible] Capituli Antverpiensis &
[illegible] præfuisset,
[illegible] Episcopus Gandavensis,
[illegible] annorum obiit
[illegible] [illegible]

Anno

Anno 1610. Mœnia, quæ contingunt Abbatiam S. Michaëlis, ab ea separata sunt, & datus est civibus per ea liber transitus. Fundus usque ad scaldim spectaverat ad Abbatiam ab origine sua: verùm dum civitas circà annum 1314. dilatabatur & Abbatia ei incorporabatur, mœnia ducta sunt per fundum Abbatiæ, quà contingebat schaldim; & pars mœniorum, quæ erat in fundo Abbatiæ, mansit in possessione illius, sic ut cura & refectio illius incumberet Abbati. Hoc habemus ex testimonio Senatûs Antverpiensis in epistola scripta anno 1477. (suprà ad illum annum relata) ad Pontificem pro abolitione Commendæ. In ea enim Senatus inter rationes, ob quas deprecabatur Commendam, hanc ponit: „Ita ut quoniam mœ„niûm in parte Abbati pro tempore, cura in„cumbit & refectio, non satis tutum arbitre„mur Extero nos esse commissos. Anno 1610. Mœnia sejunguntur Abbatia S. Michaëlis.

Itaque cùm pars ista mœniorum jam per annos 296. fuisset in possessione & sub cura Abbatiæ, hoc anno ab ea sejuncta fuit per conventionem inter Abbatem & Senatum, quod sic describit Papebrochius *Act. SS. Tom. I. junii pag. 941. n. 34.*

Sub annum, inquit, MDCX. convenit inter civitatem & abbatiam, ut hæc illi tantum de suo fundo cederet, quantum satis esset educendo ex terra aggesta vallo; ad quod ascensus liber esset in capite viæ jam quidem rectæ, sed *a triervo-cubito* nomen vetus retinentis, de sub una domorum ad Abbatiam spectantium, usque ad Oratorium divini amoris; eo pacto ut istic educendam maceriam, quà fundus monasterii à mœnibus secluderetur, civitas curaret sumptu suo, & futuris temporibus conservaret. Ita *Papeb.* Ex iconismo ibidem relato patet, tunc mœnia novis muris & fortalitio fuisse instructa.

Per

Anno 1610.

Heterodoxi turbant Religionem.

Per factas anno præcedenti duodennales inducias cessabant utrimque hostilitates; verùm necdum cessabant dissensiones inter populares. Principes nostri mox post factas inducias dissensiones illas prævenire conati sunt, per Edictum suprà relatum inhibentes, nè quis ex morantibus in regionibus sibi subjectis disputationes institueret de Religione aut loqueretur de peractis tempore tumultuum. Verùm heterodoxi se non continebant, sed variis modis conabantur contrà pacta Induciarum turbare religionem orthodoxam in Diœcesi Antverpiensi. Episcopus noster MIRÆUS, ut tempestive conatibus eorum occurreret, hoc anno 1610. secretarium suum & nepotem *Aubertum Miræum* primò in Bataviam deîn in Galliam misit. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 108. Non est tamen dubitandum, quin *Aubertus* ex legatione sua bonum tulerit effectum.

Miræus Episc. indicit Synodum diœcesanam.

Jam tertius annus ad finem vergebat post celebratam Mechliniæ Synodum provincialem; in qua statutum fuerat, ut Decreta illius in singulis diœcesibus in Synodo diœcesana publicarentur intrà annum. Verum id hactenus executioni mandari in hac diœcesi non potuerat, ob continuatos nonnunquam in hac diœcesi tumultus & bella, unde viæ liberæ non fuerunt. Cessantibus autem jam turbis per factas anno præcedenti inducias Miræus Episcopus noster mox Synodum diœcesanam indixit ad 11. maii hujus anni, tum ut Decreta Synodi provincialis publicaret, tum ut nova convenientia in sua diœcesi statueret: convocavitque omnes ecclesiasticos utriusque sexus, qui de jure aut consuetudine interesse tenentur, iisque per litteras datas 22. martii 1610. quas subjungo.

Litteræ ejus [illegible]

"JOANNES MIRÆUS Dei & apostolicæ "Sedis gratiâ Episcopus Antverpiensis, uni-

versis

,, verso Clero & Populo civitatis & diœcesis Anno
,, nostræ salutem in Domino. 1616.

,, Cum ex sacrorum Canonum & Concil.
,, Trid. instituto quotannis Synodum diœcesa-
,, nam, ad moderandos mores, corrigendos
,, excessus, aliaque ab iisdem Canonibus præ-
,, scripta ritè peragenda, celebrari oporteat,
,, idque vel tum maximè non negligi deceat,
,, cum Concilii provincialis ante habiti decreta
,, publicationem executionemque desiderant: pro
,, Episcopalis nostri officii munere, de consi-
,, lio Capituli nostri Cathedralis, Synodi diœ-
,, cesanæ indictionem, quam hactenùs & tem-
,, porum injuria & inconstans rerum publicarum
,, status, aliæque causæ remoratæ sunt,
,, ulteriùs differendam non esse arbitrati su-
,, mus.

,, Decernimus itaque Concilium diœcesanum Vocati ad Synodum.
,, celebrandum esse feriâ tertiâ post Dominicam
,, quartam post Pascha, quæ erit dies undeci-
,, ma mensis maii anni præsentis: dictumque
,, Capitulum nostrum Cathedrale, RR. DD.
,, Abbates, Abbatissas, Præpositos, Capitula
,, ecclesiarum collegiatarum, Archipresbyteros
,, rurales, Priores, Priorissas, Pastores,
,, Pastoratuumque deservitores, cæterosque om-
,, nes, qui Canonum jure, ecclesiasticis sanc-
,, tionibus, Trident. Conc. decreto vel con-
,, suetudine aliâve ratione Synodo prædictæ in-
,, teresse debent, monemus & in virtute S.
,, obedientiæ, ac sub pœnis à sacris canonibus
,, statutis, districtè jubemus, ut statutâ die,
,, horâ septimâ matutinâ ad Synodum in eccle-
,, sia Cathedrali celebrandam, in habitu de-
,, centi conveniant, audituri legitimam publica-
,, tionem Decretorum Concilii provincialis Mech-
,, liniensis anno millesimo sexcentesimo septimo
,, habiti; decisionemque eorum, quæ insuper

,, ad

Anno 1610. „ad animarum salutem, Cleri disciplinam; „totiusque nostræ Diœcesis reformationem sta- „tuenda existimabimus.

„Intimantes eisdem, quod sive absentes sive „præsentes fuerint, die, horâque præscriptis, „Nos nihilominùs ad Synodi celebrationem „procedemus, eorum absentiâ non obstante; „quam juris pœnis prosequemur emendarique „curabimus.

„Declarantes insuper, absentes ad decreto- „rum hujusmodi observationem, perinde atque „præsentes, fore obligatos.

„Quo autem faciliùs hæ nostræ litteræ ad „omnium, ad quos ea res spectat, notitiam „perveniant; earum exempla sigillo nostro mu- „nita & à Secretario nostro subscripta, valvis „Ecclesiæ nostræ Cathedralis, nec non Col- „legiatarum sancti Gummari Liræ, sancti „Petri Turnauti; & S. Catharinæ Hooghstrati „affigi volumus; ac eos quos concernunt, „sic arctari declaramus; acsi ipsismet coram „lectæ forent hæ litteræ ac insinuatæ.

„Datum Antverpiæ in aula nostra Episco- „pali anno Domini millesimo sexcentesimo de- „cimo mensis martii die vigesimâ nonâ.

„*De mandato Reverendissimi Domini Epis- „copi Antverpiensis F. van den Zype Se- „cret.*"

Synodus celebratur xi. maii. Advenientibus autem die & horâ præfixis convenerunt in Cathedrali omnes convocati, & Episcopus Synodum aperuit prolixâ, quam ad congregatum Clerum dixit, Oratione. In ea cum enarrâsset deplorandum statum catholicorum & diœcesis tempore præcedentium tumultuum, præcipuosque casus ordine commemorâsset, eaque adscripsisset ultioni divinæ ob negligentiam & inordinationem Cleri, prosequitur hoc modo:

„Respi-

„ Respirare, „ inquit, nunc aliquantulum, Anno
„ & à nuperis induciis solatium aliquod impe- 1610.
„ trâsse videmur: patent enim liberi in finiti-
„ mos agros egressus; quæque à narrantibus
„ tantùm discere cogebamur, coram licet in-
„ tueri, ut collapsa instaurare, integra exornare,
„ ac labefactatam disciplinam curare meliùs
„ tutiùsque valeamus.

„ Verùm etsi spes aliqua affulgeat, quæ me-
„ liora omnia, securiora & tranquilliora polli-
„ ceatur; nè tamen in utramque aurem dor-
„ miamus, tranquilitatem hanc divina bonitas
„ ita temperavit, ut unâ manu olivam, alterâ
„ gladium ostentare videatur. Olivam si imita-
„ tores Apostolorum ecclesiam Dei, dum pa-
„ cem habet, in timore Domini ædificemus,
„ gladium verò, dum nos exteris domesticis-
„ que hostibus cinctos reliquit, ut habeamus
„ perpetuò quod metuamus, virgâ furoris,
„ quâ suos castigare solet, velut ad terrorem
„ nobis ante oculos positâ.

„ Si, quæ nos quotidie circumstant, inspi-
„ ciamus, est sanè quod eum timore cautiùs
„ vigilemus: nam ut vulgatissima prætercam &
„ antiqui vulneris cicatrices novâ recordatione
„ non exulcerem, quis pater lacrymarum imbre
„ non madeat & recentibus semper doloribus
„ lancinetur, dum è gremio suo ereptas proles
„ meretricio sinu videt confoveri & adulterino
„ lacte pasci filios electionis in vicinis urbibus,
„ *Bredâ*, *Berghizomâ*, *Guillielmopoli* & *Steen-*
„ *bergâ*, eosque sub calvinianæ perfidiæ jugo
„ audit gemere? liberèque per totam istorum
„ oppidorum viciniam hæreseos venena incautis
„ animis cernit instillari?

„ An non adsunt indies in urbis nostræ vis-
„ ceribus, qui variis libellis, verborumque
„ de veritate digladiationibus, falsæ doctrinæ
 „ virus

Anno 1610.

„ virus passim diffundunt? qui curiosis obtutibus actus moresque observent, ut si vel „ nævum in Sacerdote conspexerint, de parricidio accusent? Sudant sub illorum prelis „ chartæ blasphemiarum testes & impietatis nutrimenta: nihil denique omittunt, quo hæresim propagent, Religionem orthodoxam „ excisam faciant & ejusdem propagatores infament.

„ Magna profectò ex his omnibus videmus „ nobis imminere pericula: contrà quæ & alios „ omnes nefarios hostium Ecclesiæ conatus, ut „ muris & stabiles persistamus, imitemur veteris testamenti sacerdotum vestigia &c."

Hæc Miræus Episcopus in Oratione præliminari ad Clerum congregatum in Synodo: unde satis liquet Religionem catholicam per Independentes non mox in tuto fuisse.

Post dictam Orationem promulgata sunt decreta Synodi provincialis Mechliniensis celebratæ à triennio. Et post hæc prælecta sunt Decreta concernentia bonum hujus diœcesis, quæ cum Oratione Episcopi & litteris convocatoriis prelo vulgata sunt typis Plantinianis, distincta viginti quinque titulis.

Promulgantur decreta Syn. Mechliniensis.

Titulus primus est *De fidei restituenda, conservanda et propaganda doctrina.* Sub quo *Cap. II.* sic habet: „ Fides cum sit ex auditu, Pastores animarum ominant per se, aut impediti „ legitimè per alium, diebus Dominicis & Festivis solemnioribus populo suo prædicare „ verbum Dei." *Cap. III. IV. & V.* agitur de catechismis & catechisatione in scholis, parochiis & capellis. *Cap. VI. & VII.* agitur de instituenda in singulis parochiis Confraternitate doctrinæ christianæ. *Cap. IX. X. XI. & XII.* de vitandis hæreticis. *Cap. XIII.* de conversis ab hæresi. *Cap. XIV.* de facienda quàm primùm professio-

professione fidei per omnem Clerum, Ludimagistros & obstetrices. *Cap. XV. &c.* de libris prohibitis & Typographis. Anno 1610.

Tituli II. & seqq. sunt de Sacramentis in genere & specie, ubi *Tit. VI. de Indulgentiis Cap. II.* „Quandò in aliquo festò concessæ sunt Indulgentiæ, illudque juxtà Rubricas transfertur, „promulgentur promerendæ eo die, quo illud „festum à populo celebrabitur." Tit. IX. *De Ordine*; in quo *Cap. IV.* „Primitias celebraturus „Sacerdos sæcularis in civitate Antverpiensi aut „locis ubi ecclesiæ Collegiatæ sunt, sistet se cum „suo instructore Decano & Capitulo, etiamsi „ipsis subditus non sit: in pagis verò Decano „christianitatis exhibebit litteras sacerdotii suscepti, & instructor ejus fidem faciet de sufficienti „in cæremoniis Missæ institutione." De indulgentiis. De celebrandis Primitiis.

Titulus XI. est *De Prædicatione verbi Dei.* sub quo *Cap. I.* „Conciones... habeant utiles, captui auditorum accommodatas, solidas „atque elaboratas: easque teneantur describere „descriptasque requisiti Nobis, aut Decano „rurali visitanti, seu alii cui mandaverimus, „exhibere." *Cap. III.* „Consultum omninò fuerit, adeoque id requirimus, Concionem „pastoralem perpetuò esse divisam in duas „partes; quarum prior sit doctrinalis ordine „prosequens materias Catechismi; posterior agat „de Evangelio, de Epistola vel de solemnitate diei." *Cap. VI.* „Ut autem in omnibus „ecclesiis nostræ diœcesis sit conformitas in recitandis Evangeliis, servetur ordo Missalis „romani." Hinc habemus, quod ordo romanus, qui jam à duodecim annis, ut suprà vidimus, in hac civitate receptus erat, necdum per totam diœcesim fuerit in usu. De Concionibus. De ritu romano.

Cap. VIII. „Cum juxtà Concilii Tridentini „decretum ad audiendum verbum Dei, quisque De frequentandis parochiis.

Anno 1610. „ que suæ parochiæ interesse teneatur ; nemo „ in civitate nostra & oppidis Dominicis & „ festis diebus ante meridiem extrà ecclesiam „ parochialem linguâ vernaculâ concionetur , „ nè quidem sub prætextu Indulgentiarum aut „ confraternitatum : linguâ verò externâ non „ fiat concio ante horam decimam." *Cap. XII.* „ . . . hortamur omnes sacerdotes , ut „ lectiones theologicas , quæ in hac civitate „ quotidie satis frequenter habentur , visitent , „ quando id sine detrimento . . . functionum . . . „ licebit. "

De officio divino. Titulus XII. est *de Officio divino* , sub quo *Cap. II.* „ Ut districtiùs servetur decretum Con„ cilii Trid. , quo omnes jubentur divinum „ officium per se facere , atque in choro ad „ psallendum instituto hymnis & canticis Dei „ nomen reverenter , distinctè , devotèque lau„ dare : idcircò mandamus omnibus beneficia„ tis . . . ut decretum illud observent &c. " Comprehenduntur hìc tam Capellani quàm Canonici.

Cap. III. „ Decantationes vesperarum passim „ in pagis intermissæ paulatim restituantur , unà „ cum Laudibus , quarum initium *Salve Regi„ na* , aut alia pro temporis conditione Anti„ phona de Deipara : quæ Laudes concludan„ tur trinâ repetitione salutationis angelicæ *Ave* „ *Maria . . .* "

Cap. XIII. „ Altare tegatur cum mappis de„ bitè . . . & honestè : & frontispicio ejus toti „ præpendeat decens aliquod aulæum , quod „ Antipendium vulgò dicitur . . . " Usus Antipendiorum jam incipit exolescere : plura enim jam videmus Altaria fabricata & exornata ad formam sepulchri vulgò *tumba* , quibus nihil antependitur.

Cap. XVI. „ . . . Primo quoque tempore in Cathedrali

„ Cathedrali & Collegiatis Capellani æstate superpelliceo cum almutio, hieme verò cappis „ suo ordini congruentibus induantur." Usus iste hodieque perseverat in multis Belgii capitulis : verùm Capellani Antverpiæ nec almutio nec cappâ utuntur ; sed dumtaxàt superpelliceo induti comparent tam in hieme quàm in æstate. Anno 1610.

Tit. XIII. *De festis & jejuniis* Tit. XIV. *De imaginibus.* Tit. XV. *De superstitione.* Tit. XVI. *De Archipresbyteris, Pastoribus, Capellanis, & Custodibus.* Sub quo *Cap. I.* „ Archipresbyteri seu Decani rurales in visitatione inquirant, „ an observentur ea, quæ in Synodo provinciali & hâc diœcesanâ statuta sunt . . . cæteraque omnia, quæ in particulari Instructione à Nobis subsignata habent ; cui fidem adhiberi volumus tamquam hujus Synodi decretis . . ." Quænam aut qualis fuerit particularis ista Instructio ab Episcopo subsignata, non liquet. De Archipresbyteris, Pastoribus &c.

Cap. IX. „ Ut, quod à sacrosancto Concilio Trid. & primo provinciali Mechliniensi „ salubriter, quo Pastores faciliùs agnoscerent „ vultum pecoris sui, statutum est, ut ubi „ in una ecclesia plures pastores toti populo „ pro indiviso præsunt, certæ singulis assignentur parochiarum regiones, executioni mandetur ; præcipimus ut ante trimestre proximum, ubi parochiæ indivisæ sunt, per „ deputandos à Nobis hujusmodi partitio fiat . . ." Parochia Cathedralis in hac civitate hoc tempore indivisa erat inter duos, qui, licèt sub uno Plebano, nomen Pastoris gerebant. Apparenter autem in vim horum decretorum parochia ista inter duos istos pastores divisa fuit post quatuor annos, anno nempè 1614. ut infrà dicetur. De dividendis parochiis indivisis.

Anno 1610.

De domibus pastoralibus.

Cap. XVI. „ Ubi presbyteria seu domus pastorales non sunt, provideat Pastor cum suis parochianis, ut, quantò citiùs fieri potest, aliqua domus ipsi ecclesiæ propinqua, in fundo ipsius pastoratus, si quis sit, ædificetur. Quam ubi constructa fuerit deinceps Pastor sartam-tectam servare tenetur." Jurisprudentia hodierna aliter circa domus pastorales disponit.

Cæterùm sub hoc Titulo nulla fit mentio eorum, quos nunc vice-pastores dicimus. An forte tunc nullum [illegible] ipsorum officium?

De vita & honestate Clericorum.

Titulus XVII. *De vita & honestate Clericorum.* Sub quo *Cap. I.* „ Cum Clerus in hac nostra diœcesi in medio [illegible] versetur hæreticorum ... ita studeant vivere, ut obmutescere faciant adversarios ..." *Cap. III.*

De tonsura & barba.

„ Quamquam laudabilis consuetudo in Belgio circà formā tondendi capillorum & barbam... [illegible] apud multos intermissa sit, volumus tamen omnes beneficiatos & in sacris ordinibus constitutos semper gestare tonsuram clericalem [illegible] gradui suo convenientem, & crines non habere [illegible] (quæ juvenilis est vanitas laicorum) [illegible], neque barbam [illegible] ab utroque oris latere [illegible] more [illegible] ..." Usus gestandi barbam non ita [illegible] exolevit in Belgio, exceptis Capucinis.

[illegible]

Cap. V. .... districtè observari volumus [illegible] ... D. [illegible], ut quicumque ecclesiastici, nisi peregrinationis aut alià necessitatis causâ corporis, tabernam bibendi causâ intraverint, incurrat pœnam unum florenorum prima vice, secunda duplâ, tertiâ quadruplum ..." Cap. VI. Decernitur pœna 12. florenorum

norum primâ vice, secundâ dupli, tertiâ arbitraria in ecclesiasticum, qui per ebrietatem scandalum dederit. *Cap. VI.* præcavetur vitium incontinentiæ. *Cap. VII.* Inhibetur clericis negotiatio &c. *Cap. IX.* „ Choreas non agitent ; „ aleis nè ludant aut pilâ palmariâ in platea „ locove alio publico diebus dominicis & festis ; „ neque arcubus, balistis aut bombardis instructi „ incedant. " Anno 1610. De choreis lusu.

Titulus XVIII. *De beneficiis & officiis ecclesiasticis* &c. Titulus XIX. *De scholis.* sub quo *Cap. V.* „ . . . in omnibus scholis, potissimùm „ latinis, designetur bis terve in hebdommada „ una hora aut saltem pars temporis pomeri„ diani sabbatis & profestis, quando discere „ cantum idonei doceantur : idemque ut in „ religiosorum, qui juventutem docent, scho„ lis observetur, in Domino hortamur & requi„ rimus. " De Schol

Titulus XX. *De Seminariis.* Sub quo *Cap. I.* „ Institutum Seminarii, à nobis ante annos „ quinque erecti, ipsa rei evidentia abundè „ commendat ac probat . . . : formantur enim „ in eo provectiores bonæ spei juvenes, qui . . . „ idonei sunt ad theologiæ studium capescen„ dum : in quo per tres quotidianas lectiones, „ quarum duæ in theologia morali, tertia in „ controversiis, per frequentes disputationes, „ item per conferentias in casibus conscientiæ, „ conciones domesticas privatasque examinatio„ nes, exercitia in cantu, ceremoniis eccle„ siasticis, similibusque aliis brevissimo tempore „ redduntur capaces . . . " De Seminario.

Hic videmus Seminarium Theologorum completum, necessariis omnibus exercitiis instructum, in quo quotidie tres Lectiones in Theologia & controversiis. Ad quid igitur schola Theologiæ moralis apud Jesuitas, quasi requi- In quo tres Lectiones in dies.

Anno 1610. sita ab hoc Episcopo ; de qua sic Auctor *Chorographiæ Soc. Jesu Antv.* apud Sanderum. „ Eo se „ intendit RR. D. Joannis Miræi... cura, ut „ Societati demandaret moralis Theologiæ aperiendas scholas, ut quàm fieri posset celerrimè resarciretur idoneorum Pastorum in sua „ ubique diœcesi penuria, quod & anno 1605. „ factum est. " Vide suprà ad an. 1607., ubi hoc assertum suo loco retuli.

De Templis. Titulus XXI. *De conservatione &c. bonorum Ecclesiasticorum* Titulus XXII. *De templis*, sub quo *Cap.* IX. „... Clerus profana colloquia „ etiam in sacristia non habeat sub pœna sex „ stuferorum toties quoties ... " Titulus XXIII. *De regularibus.* Titulus XXIV. *De Visitatione.* sub quo *Cap. I.* „ Cum à triginta quinque annis " (id est à morte Episcopi Sonnii an. 1576.) „ nullus Episcopus in pagis nostræ diœcesis ecclesias visitaverit ... " hinc patet nec hunc Episcopum hactenùs Visitationem instituisse.

Titulus XXV. & ultimus *De foro & jurisdictione ecclesiastica.* Sub quo *Cap. I.* „ Ut de-

De foro ecclesiastico. „ creta hujus Synodi executioni mandentur, „ eorumque transgressores aliique criminosi corrigantur & coërceantur, singulis septimanis „ feriâ sextâ post meridiem in ædibus nostris, „ aut Vicarii nostri generalis Nobis absentibus, „ fiat congregatio Vicariatûs, in qua de commodiori ratione executionis Decretorum Concilii Tridentini, Provincialis Mechliniensis & „ hujus diœcesani, aliisque, quæ ad rectam „ directionem totius episcopatûs spectant, tractetur, & excessus & difficultates, quæ possunt, sine strepitu judicii puniantur & componantur... " *Cap. II.* „ Officialis, qui hujusmodi congregationis membrum est, habeat „ penès se syllabum seu catalogum omnium causarum criminalium, quæ coram eo vertuntur. "

Cap.

 „ Quæ viâ amicabili definiri non possunt & in judicio contradictorio terminanda sunt, curet Officialis, ut ea quàm brevissimè absolvantur. . . " Anno 1610.

Hæc sunt, de quibus agitur in hac Synodo. Post hanc autem Synodum in hac diœcesi hactenùs alia celebrata non fuit.

Oliverius van Hatten Medicus.

Obiit hoc anno 1610. 23. decembris OLIVERIUS VAN HATTEN Medicus Antverpiæ, natus ultrajecti anno 1572. & enutritus in religione prætensè reformata. Humaniora didicit partim in patria, partim Lugduni batavorum, ubi audivit Justum Lipsium; dein Theologiæ operam dedit & factus est Predicutius anno 1593. quam functionem obivit per annos XIV., post quos Deus illi oculos aperuit & conversus est ad religionem propatrum ad catholicam fidem, abjurans cum tota familia calvinismum 1607. Obtinuit gradum Licentiæ in Medicina Lovanii, quam artem exercebat Antverpiæ, dum illic obiit & sepultus est apud Minoritas, ubi legitur ejus Epitaphium, quod vide apud Sweertium *pag.* 589. & D. Paquot *Mem. litt. tom. IX. pag.* 98., ubi & referuntur opera apologetica ab ipso vulgata.

Joan. Moretus Typographus.

Obiit etiam hoc anno 22. septembris JOANNES MORETUS Typographus, *Christophori Plantini* famosissimi Typographi gener, & typographiæ ejus Antverpiensis hæres & propagator, quam & ad posteros masculos transmisit usque in hodiernum diem. Sepultus est in Cathedrali è regione tumuli Plantini, ubi legitur ejus epitaphium, quod refert Foppens *Bibl. Belg. pag* 698.

Car. Scribanii S. J. Antverpia vulgatur.

Typis hujus Typographi vulgavit hoc anno opus suum, suprà sæpius laudatum, CAROLUS SCRIBANIUS S. J. intitulatum *Antverpia* & *Origines Antverpiensium*, in quo Auctor Ant-

Anno 1610. Antverpienses summis attollit laudibus; si laudes dicere fas sit, quas qui tamquam Censor ordinarius opus approbavit *Egbertus Spitholdius* S. T. L. Canonicus & Plebanus *monitiones* intellexit, dicens in approbatione ad calcem adjuncta, *quin multis, quales esse debeant, insinuent.*

Dominicus Custos chalcographus. Vivebat adhuc hoc anno Augustæ Vindelicorum DOMINICUS CUSTOS Antverpiensis, Chalcographus famosus, quam artem didicerat à patre. Ante finem seculi præcedentis illic sedem fixerat & jus civium obtinuerat. Vulgavit ibidem *Sanctos Augustanos cum explicationibus* & alia multa æri incisa cum annotationibus, quæ recenset D. Paquot *Mem. litt. VIII. pag.* 164.

Vix octo mensibus post celebratam Synodum
1611. dioecesanam eripitur ex hac vita Episcopus nos-
Moritur Episc. Miræus. ter JOANNES MIRÆUS. Initio anni 1611. ad magna negotia Bruxellas vocatus, vix triduum in ea urbe exegit, cum 12. januarii celebratâ missâ sub noctis medium improvisò catarrhâ suffocatus obiit. Inde Antverpiam delatus ad primariam D. Virginis ædem solemni pompâ sepultus est. Pro funere eum laudârunt Antverpiæ D. *Joannes del Rio* J. U. L. Decanus Cathedralis ac Vicarius, & D. *Laurentius Beyerlinck* primus Seminarii Præses; Duaci verò *Joan. à S. Laurentio* Duacenas ecclesiæ collegiatæ B. Mariæ Lensiensis Decanus, orationibus disertissimis, utrobique in lucem editis.

Epitaphium. Tumbam habet marmoream in choro ad partem meridionalem, quæ præsulem quiescentem exhibet adiuncto hoc Epitaphio.

D. O. M. S.

JOANNES MIRÆUS Episcopus Antverpiensis quartus H. S. E., qui oblatam sibi famâ virtutis dignitatem, cum diu recusâsset, sic ut cogendus foret, eâ vigilantiâ, magnanimitate

ximitate, integritate, benignitate ac prudentia gessit, ut virum muneri, non munus viro datum appareret. Sed heu fidem sortis humanæ! vixdum septimam turbidis tempestatibus messem hoc colono perindustrio Antverpia gustaveras, cum serenato per Inducias tandem Reip. cœlo infelice catarrhosæ guttulæ defluxu, tu spe uberioris frugis, ipse vitâ excidistis, januarii die XII. anno sal. MDCXI. suo LII. ineunte, omnibus etiam hostibus luctuosus. Piis ut manibus sit quies, quisquis hæc legis Deum venerans precare. Anno 1611.

Cæteras hujus præsulis laudes complectitur inscriptio, quæ in Seminario Antverpiensi olim legebatur sub ejus ad vivum depicta effigie, confecta per L. Beyerlinck ejusdem Seminarii primum Præsidem, quæ ita habet. Elogium sub ejus picta effigie.

JOANNIS MIRÆI Bruxellensis, IV. Antverpiensium Episcopi, vultum hic vides spectator: neque enim heroïcam ipsius mentem, quâ semper alta complexus, exigua tabella ceperit. Ille, ille est, cujus in Deum religio & pietas, ergà homines affectus & benignitas, in privata vita candor & integritas, in publica splendor & dignitas, in agendo prudentia & sedulitas, morum felicitas domi forisque (quæ virtutes una cum eruditione summa in illo fuerunt) apud nos posterosque perenni elogio celebrabitur. Hujus industriâ & labore diœcesis Antverp. multum collapsa pristinum & pristino ampliorem splendorem recepit. Surrexit ejus auspiciis hoc Seminarium clericorum, quod vivens fovit & moriens opibus cumulavit; è quo mox missi in omnem vineam operarii. Ecclesiarum visitationes hoc speculatore resumptæ; virginum cœnobia optimis institutis stabilita, & ceremoniarum sacrarum introducta formula. Summa est, quod olim Urbi æternæ Octavianus cæsar, id præstitisse

Anno 1611.

tiffe Antverpiensi ecclesia jure quis hunc dixerit; Lateritiam priùs eam invenisse & non integro septennio, quo præfuit, marmoream reliquisse. Sed heu! meditantem majora catarrhi defluxus rapuit in patria anno salutis humanæ CIↃ. IↃ. C. XI. *die xij. Januarii; postquam vixisset annos LII. meritorum plenus.* Laurentius Beyerlinck *S. T. L. Canonicus & Archipresbyter ecclesiæ cathedralis Antverpiensis ac primus hujus Seminarii Præsidens Antistiti opt. de se merito pos.*

Fundatio Bursarum.

In hac inscripsione videmus Episcopum MIRÆUM per testamentum Seminarium theologorum opibus cumulâsse. Auctor *Hist. Episc. Antv. pag.* 74. asserit, eum in Academia Duacena fundationem amplam sex bursarum reliquisse, trium pro Philosophia ac totidem pro theologia, quarum unam continuò, alteram alternatim Religiosi D. Bernardi ad Schaldim possiderent: cæteræ verò vel suis consanguineis vel aliis idoneis juvenibus conferrentur. Verùm Auctor *Chor. S. Bernardi* apud Sanderum *pag.* 469. de hac fundatione hæc refert: „ cum, inquit, testamento Bursas, ut vocant, aliquot „ pro philosophica & theologica scientia fundâsset, „ motaque quæstio fuisset de illis annis, qui fine „ pacto taxaque dotis lapsi erant, quasi non con„sumpta à defuncto in dominio monasterii man„sissent; inter monasterium & testamenti execu„tores consanguineosque conventum fuit, ut „ ex bursis una perpetuò, alia alternatim reli„giosis cederet, qui ad universitatem studiorum „ causâ mitterentur.

Quoad restaurationem Ecclesiarum.

Episcopus MIRÆUS suo tempore multum laboraverat ad restituendam collapsam Religionem: imò post sancitas Inducias multum egerat, ut restaurarentur aut reædificarentur destructæ aut devastatæ ecclesiæ. At cum Episcopus hoc urgeret

urgeret, ubique quæstiones oriebantur, quibus nempe mediis aut à quibus templa restaurarentur; eò quod regio depopulata esset & depauperata. Hinc undique quæstiones & lites delatæ ad Concilium Brabantiæ: quæ cum protraherentur, templa interim in ruina manebant. Clerus itaque Provinciæ Mechliniensis pro remedio recurrit ad Concilium Brabantiæ. Concilium deputat Consiliarium, qui cum deputatis Cleri agat ad invenienda opportuna media. Hi cum sæpiùs convenissent, quædam opportuna media suggesserunt. Post hæc, cum templa in diœcesi Antverpiensi per continuas incursiones prædonum & militum plurimum passa essent, Vicariatus Antverpiensis sede vacante cum Capitulo insistens vestigiis Episcopi MIRÆI simul cum Capitulo recurrit ad Principes, supplicans quatenùs quædam media à prædictis deputatis suggesta dignentur decreto firmare, ut sine dilatione templa restaurari possent. Anno 1611.

Principes his precibus moti diploma vulgârunt 28. martii hujus anni 1611., quod refertur *Edic. Brab. tom. I. fol. 63.*, in quo, cum primò decrevissent reparationem ordinariam ecclesiarum faciendam more pristino & secundùm particularia concordata, si quæ habeantur, decernunt tria media. Quædam decernunt Principes.

Primò, quod in reparandis ac restaurandis ecclesiis & novis ædificiis erigendis impendentur proventus fabricæ. Ut autem proventus fabricæ augeantur, decernunt Principes, ut tempore missæ aut concionis colligantur eleëmosynæ piorum, quas pastor seu prædicator commendare teneatur: & exponatur truncus ad recipiendas eleëmosynas intrantium & exeuntium. 1. Restaurandas ex proventibus fabricæ.

Secundò, quod, ubi hæc non sufficient, recursus habeatur ad decimas ecclesiasticas, id est, quæ aliquando ad ecclesiam spectaverunt, à quo- 2. Ex decimis ecclesiasticis.

Anno 1611.

quocumque etiam laïco possessas, modo eas acquisierint post Concilium Lateranense anni 1179.; sic ut contribuant proventus duorum annorum tempore sex annorum, anno quolibet unam tertiam proventuum. Præcavetur autem nè Editui hoc casu quidquam in restauratione statuant sine interventione dictorum decimatorum.

3. Ex contributione beneficiatorum

Tertiò quod contribuent Beneficiati illarum ecclesiarum secundùm jus scriptum.

4. Ex quotizatione Parochianorum.

Et ubi tria ista media non sufficient, non recurritur ad decimas laïcales, sed pro quarto medio decernunt Principes quotizationem parochianorum, faciendam de consensu Aulæ aut Concilii. Latiùs hæc patent ex ipso Edicto, quod subjungo ex loco suprà citato.

Decretum desuper.

ALBERT & ISABELLA CLARA-EUGENIA Infante d'Espagne par la Grace de Dieu Archiducs d'Austriche, Ducs de Bourgoigne, de Lothier, de Brabant ... Marquis du Saint-Empire de Rome ... à tous ceux, qui ces presentes verront Salut.

De la part des venerables nos chers & bien-aimez ceux du Vicariat & Chapitre *de l'Eglise cathedrale d'Anvers nous à estè montrè, que sur ce que le clerge de la Province de Malines se seroit douliez de la desolation de ruyne, en quoy se trouvent les Eglises d'icelles Provinces par les guerres passées, & d'un monde de proces pour ce meus, tant en notre Conseil de Brabant qu'ailleurs, à grand frais & depens, & avec peu d'avancement de la deüe & requise reparation ou restauration des dittes Eglises; auroyent estè, passè quelques temps, tenuës certaines communications & conceux quelques points entre nostre aimè & feal Maistre* Charles Bourgoys *conseiller de nostre dit conseil de Brabant, à ce commis par nostre dit conseil,*

seil & les Deputez du dit Clergé, pour y mettre & appliquer quelque remede.

Nous suppliaus partant les dits Remonstrans tres-humblement, qu'il nous pleust faire overture du dit besoigné & decreter quelque pied & reglement, selon lequel l'on se debvera d'oresnavant regler & conduire au fait que dessus, & sur ce leur faire despecher nos Lettres patentes en tel cas pertinentes.

Scavoir faisons, que les choses susdites considerées, & aprés avoir eu relation du dit besoigné, ensemble des points sur ce conceus & advises par ceux de nostre dit conseil de Brabant; voulans y apporter le remede, que pour maintenant l'on a trouvé le plus propre pour l'advancement du service de Dieu & le retranchement de plusieurs & constageux procès; avons par forme de provision ordonné & statué par ces presentes ce que s'ensuyt.

Premierement *qu'au regard de l'entretenement & reparation ordinaire des Eglises l'on se reglera & conduira selon le pied anciennement observé & les concordats particuliers, ou aucuns se trouveront.* Observandus modus solitus & concordata.

Et à faute de ce, l'on employera tant esdites reparations que restaurations ou nouveaux bastimens, soit du Choeur ou de la Nef, le revenüe de la fabrique. Applicandi proventus fabricæ.

Pour melioration ou accreüe du quel nous entendons aussi, que d'oresnavant, signament ès Eglises assises aux villages, soubs la Messe ou Sermon l'on ceullera les aumosnes des bonnes gens, que les Pasteurs ou Predicateurs commenderont. Aussi se dressera quelque lieu dedans l'Eglise, propre à recevoir des entrans ou sortans ce que Dieu leur inspirera de donner pour la dite refection ou restauration. Collectæ in ecclesia.

Anno 1611.

Et où le revenuë avec l'accreute susdit nè seroit suffisant à la restauration, on aura recours au dismes ecclesiastiques, quelque nature ou qualitè se soyent, feudalle ou autres, possedèes par mains mortes, ou bien gens lays, quant elles se verifieront acquises dois le premier Concile de Latran l'an mil cent soixante & dixneuf tenue soubs le Pape Alexandre *troisiesme: & ensuyte du Placcart de feu de tres-haute memoire le Roy* Philippe II. *de ce nom nostre tres honorè Sr. & pere, que Dieu ait en sa gloire; du premier de juin 1587. donnè sur l'execution de Decrets du Sinode provincial de Cambray pour le cas: & requirant y estre par eux employè le revenuë entier de deux annèes, à paier en six annèes egalement, scavoir est à chacune des six annèes un tierce du revenuë annuel.*

Decimæ Ecclesiasticæ.

Bien entendu toutefois que les Marglisuers ou autres nè commenceront tel ouvrage sans le sçeu & participation desdits interressès: sans le consentemens desquels on nè pourra exceder ou changer la forme premiere ou ancienne; ains leur sera permis d'adviser & deliberer avec les maistres massons ou charpentiers sur le pied, qu'on trouvera plus convenable & moins constageux. Leurs accordant aussi (quant ils desireront) accès au comptes, qui se tiendront annuellement du revenuë & entrèe de la fabrique à l'effect du dit ouvrage.

Æditui nil faciant sine consensu decimatorum.

Contribueront aussi ceux, qui obtiendront quelque Benefice èsdites Eglises en conformitè du Droict escrit.

Contributio Beneficiatorum.

Et ou le secours à recevoir desdits trois moyens nè se trouveroit bastant, on procedera à la collecte & quotisation de Parochiens evenans illec la nourriture spirituelle en la parolle de Dieu, moyennant Octroy, qu'ils leveront de

Quotizatio Parochianorum.

de nous ou de nostre dit Conseil de Brabant, à qui aussi on se dressera en cas de difficultè non prevenue ou decidèe cÿ dessus, pour la vuyder en amiable, si faire se peut, ou bien sommairement & sans figure de procès. Anno 1611.

Si donnons en mandement à noz treschers . . . car ainsi nous plaist il. En temoin de ce nous avons faict mettre nostre seel à ces presentes. Donnè en nostre ville de Bruxelles le 28. jour de mars l'an de grace 1611. Par les Archiducqs. Signè Vereycken.

Post obitum MIRÆI Sedes episcopalis non diu vacavit: brevì enim Principes nostri ad hanc dignitatem nominârunt JOANNEM MALDERUM S. T. Doctorem.

Joan. Malderus nominatur V. Antv. Episc.

Natus erat vir ille *Leeuwis S. Petri*, territorii Bruxellensis municipio, 12. augusti anni 1563. patre *Zegero*, matre *Elizabethâ Walravens* probis honestisque parentibus. Litteras humaniores Bruxellis, philosophiam Duaci, theologiam Lovanii didicit, ubi philosophiam docuit in pædagogio Porci. Sacræ theologiæ Magisterio insignitus est Lovanii 22. augusti 1594. unà cum *Petro Lombardo* dein Archiepiscopo Armachano & *Jacobo à Castro* dein Episcopo Ruremondensi. Anno 1596. factus est regius S. Theologiæ Professor ac Canonicus D. Petri. Anno 1598. regii Collegii tertius Præses, ac tandem hoc anno 1611. plenus meritis ad cathedram Antverpiensem nominatus est quintus Episcopus.

Qualis.

Obtentâ brevì Româ confirmatione, necdum completo septimo post obitum prædecessoris mense, consecratur 7. augusti hujus anni per RR. D. MATHIAM HOVIUM Archiepiscopum Mechliniensem, assistentibus CAROLO MASIO Gandavensi ac JACOBO A CASTRO Ruremondensi Episcopis. Præfuit autem Præsul iste ecclesiæ

Consecratur.

Anno 1611. Antverpiensi tamquam verus pastor annis XXII.

S. Theresia reformationem inchoat ab Ordine Carmelitarum. S. Theresia, nata 12. martii 1516. Abulæ in Regno Castillæ; ibidem Religiosa Carmelitana ab anno 1535. reformationem introduxerat in illum Ordinem ad primævum rigorem sub titulo *Carmelitanarum Discalceatarum*, novumque istius reformationis monasterium procuraverat Abulæ sub titulo S. Josephi. Reformationis istius institutionumque illius approbationem obtinuerat à Pio PP. IV. anno 1562. Reformatio hæc brevi progressum fecerat, & ante obitum S. Teresiæ, qui accidit anno 1582., jam inde in Hispania erant septemdecim cœnobia Religiosarum. Post obitum autem sanctæ Reformatio ista se diffudit in varias regiones. Anno 1604. in Franciam vocatæ & admissæ sunt religiosæ, primumque cœnobium fundatum Parisiis.

Hujus reformationis moniales vocantur in Belgiũ. Anno 1607. istius reformationis Religiosæ in Belgium per Principes nostros ALBERTUM & ISABELLAM vocatæ sunt ex Gallia, advenerüntque inde hoc ipso anno Bruxellas Soror *Anna de Jesu*, S. Teresiæ dum viveret socia, cum aliis aliquot monialibus. His per Principes

Obtinent cœnobium Bruxellis. ad tempus assignata est domus juxtà Palatium, in qua in festo conversionis S. Pauli celebrata fuit prima missa per Nuntium apostolicum. Interim cœperunt Principes ipsis ædificare cœnobium & templum regiâ magnificentiâ illudque convenienter dotare. Cum autem constructio & dotatio jam pene completa esset, antequam moniales in novum cœnobium introducerentur, petiverunt Principes à Pontifice confirmationem non tantum fundationis & dotationis, sed & particularium, pro bono regimine Constitutionum à se præscriptarum, quam à Paulo PP. V. obtinuerunt anno 1611. mense novembri, prout

refertur

refertur apud Miræum *Dipl. Belg. tom. III. pag.* 646.

In illis autem constitutionibus, sic à Pontifice approbatis, notandus venit Articulus VIII. qui sic sonat.

Notanda circa clausulam addendam orationibus in Missa.

„ Item volumus missam conventualem semper fieri pro ipso conventu & pro nobis „ fundatoribus aliisque patronis pro tempore „ futuris: ita tamen ut amborum nostrorum „ vitâ durante semper in fine orationum per „ verba sequentia nostri memoria habeatur: *Et* „ *Principes nostros Albertum & Isabellam, hujus* „ *conventûs fundatores, ab omni adversitate* „ *custodi*; post obitum autem nostrum per hæc „ verba: *Et animabus Principum nostrorum* „ *Alberti & Isabellæ, hujus conventûs fundato-* „ *rum, requiem æternam concede*... Art. IX. „ Item volumus... ut in omnibus *missis* nostri „ ut dictum est, memoria habeatur."

Hanc conclusionem in fine orationum in missa addendam approbavit Pontifex. Similem conclusionem addendam in fine orationum in Missa & Laudibus vespertinis in usu habuimus per totam hanc nostram diœcesim, in qua non tantùm memoria fiebat Principum Belgii, sed etiam Pontificis & Episcopi, in hanc formam: *Et famulos tuos N. Papam, N. Episcopum nostrum cum omni Clero. N. Imp. Regem nostrum, N. Imp. Reginam cum populo & exercitu ab omni adversitate custodi &c.* Additionem hanc ad ultimam collectam approbavit Synodus Namurcensis anni 1629. *tit. III.* Quid ni credamus, usum hujus conclusionis cœpisse sub his nostris Principibus, & si non in particulari approbatum à Pontifice, saltem longe usu stabilitum fuisse. Interim ab aliquot annis Vicarii Sede vacante, nescientes originem, piam istam

continentissimum [illegible], nunquam non [illegible] formam uini Romani.

Soror Anna de S. Bartholomaeo, nata apud Hispanos [illegible] Octobris 1549. in regno Castiliae veteris haud procul ab Abula, [illegible] anno S. Teresiam [illegible], inter primas primi Abulensis conventus moniales ab ea recepta est, fuitque ei comes & adjutrix individua, cujus vitam & acta prorsus mirabilia scripto redegit; quin & ipsa S. Mater [illegible] dicere solebat, *Ego* [illegible] *Annae opera* [illegible] *habeo.* ac tandem anno 1582. die 4. Octobris inter ejus brachia animam Deo reddidit. Haec cum *Anna* [illegible] evocata fuerat in Galliam ibidemque prima secta sit Priorissa novi coenobii apud Pontiseram instituti, ac paulò post Parisiensi coenobio Praefecta.

Haec à Principibus nostris *Alberto* & *Isabella* in Belgium evocata, Antverpiam venit cum [illegible] sociabus hoc anno 1611. institutura sub eorum auspiciis coenobium novae hujus reformationis, ubi [illegible] Religiosae Carmelitae locum non habuerant.

Pia haec Religiosa mox coepit agere ad obtinendum omnem consensum requisitum, tum ad [illegible] pacem in civitate, tum ad erigendum monasterium & ecclesiam, id est non solum Principum, quorum favore advenerat, sed & Senatus, Episcopi & Capituli. Intereà autem dum haec agebat, obtinuit domum quamdam sitam in loco dicto *den Roser*, in qua monasterium ab ea anno sequenti fundatum hactenus perseverat.

Obiit hoc anno Teneramondae sacerdos jubilarius ex acerbissimis podagrae doloribus Jacobus a L[illegible] Antverpianus, Ordinis sancti Salvatoris sive S. Birgittae, apud Teneramundanas Virginum Praefectus. Ediderat Antv.

1571.

1571. in 12. *Annotationes in Epistolam canonicam D. Jacobi* & *Commentarium in Evangelium Lucæ* ex operibus D. Augustini 1574. 8. apud Tilenium. Anno 1611.

Obiit etiam hoc anno 27. aprilis PHILIPPUS RUBENIUS, *Petri-Pauli* pictoris famosissimi frater, S. P. Q. Antverpiensi à secretis, de quo vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1043. ubi & ab eo prelo vulgata referuntur. Vitam ejus dedit *Joan. Brantius* S. P. Q. Antv. ab Actis typis Plant. 1615. 4.

Philip. Rubbens S. P. Q. A. à secretis.

Religiosi S. Bernardi hactenùs nihil omiserant eorum, quæ conducere potuerant ad obtinendam separationem Abbatiæ ab Episcopatu, cui in erectionè episcopatuum in Belgio unita fuerat; verùm cum frustrà hæc omnia tentata fuissent, cum Episcopo *Miræo* quosdam, de quota quotannis Episcopo tribuenda, contractus temporaneos inierant. Cum autem hæ continuæ mutationes factæ non fuissent sine altercatione & difficultate, Episcopus MALDERUS ad præveniendam omnem altercationem desiderabat, ut decideretur, quid sibi, quid Religiosis cederet ex bonis monasterii; ideoque recurrit ad Aulam, supplicans quatenùs Principes quosdam delegaret, qui re examinatâ formam contractûs conciperent, qui totâ vitâ suâ duraret.

Epis. Malderus pro taxa recipienda ex bonis Abbatiæ recurrit ad Principes.

Principes nostri, ut res hæc funditùs examinaretur & conceptus pro rationabili contractu formaretur, deputârunt Archiepiscopum Mechliniensem & D. Nicolaum Zoësium consiliarium magni Concilii Mechliniæ dein Episcopum Sylvæducensem. Hi deputati, cum partes utrimque audîssent & rem maturè ponderâssent, formam hunc in modum conceperunt, prout eam refert Gasper Verstockt ejusdem Abbatiæ religiosus in sua *Cœnobio-graphia loci S. Bernardi* apud Sanderum *tom. I. pag.* 485.

Principes deputant duos, qui conceptum forment.

Anno 1622.

Forma contractus per Episcopum praescripta.

„ CUM Reverendissimus JOANNES MALDERUS „ Episcopus Antverpiensis Serenissimis Principi„ bus [illegible] exposuisset, quod pro dote men„ sae episcopalis monasterium S. BERNARDI Or„ dinis Cisterciensis a sanctissimo Domino nostro „ Papa PIO IV. [illegible], per Bullam datam „ Romae anno Domini [illegible], ad instan„ tiam PHILIPPI Regis Hispaniarum unitum „ fuerit: sed tamen hactenus non fuerit defini„ tum, quid ex bonis dicti monasterii appli„ cari deberet dicto Episcopo & quid reman„ nere ad alimenta Religiosorum & opus mo„ nasterii, prout ibi continetur; ideoque „ supplicasset, ut Serenissimis Celsitud. suis pla„ ceret aliquos deputare ad super praemissis for„ mam aliquam praescribendam.

„ Et Serenissimi Principes, audita relatione „ dictae supplicationis, nos MATHIAM HO„ VIUM Archiepiscopum Mechliniensem & Con„ siliarium Consilii Status, nec non NICO„ LAUM [illegible] Consiliarium ecclesiasticum (in) „ magno Consilio, ad praemissa deputasset „ per [illegible] prius ultimo prae„ teriti, [illegible]. Praemissisque Reve„ rendissimus Dominus Episcopus Antverpiensis „ nos [illegible], ut ad executionem dicti de„ [illegible] vellemus.

„ [illegible] Domino & „ [illegible] monasterii „ [illegible], & D. „ [illegible] Priori ad hoc evo„ catos; & per illos ac alios [illegible] praelati „ [illegible], sub bene-placito „ [illegible] & [illegible], absque „ ulla [illegible] dictae Bullae „ unionis & incorporationis dicti monasterii, quae „ [illegible] suis [illegible] in suo vigore

„ [illegible]

» ac robore permanebit, sequentem formam » concepimus.

» IN PRIMIS quandoquidem PAULUS IV. » ecclesiam Antverpiensem in cathedralem eri- » gens, dotem Episcopo assignaverit tria mil- » lia Ducatorum auri de Camera, & quod » pro dote postmodum PIUS PP. IV. præfatum » monasterium Episcopatui incorporaverit, con- » tentus erit modernus Episcopus vitâ suâ du- » rante novem millibus florenorum commu- » nium annuis monetæ Brabantiæ, ex proven- » tibus annuis dicti monasterii desumendis, in- » cipiendo à 12. januarii 1611., quando cœpit » Sedes Antverpiensis vacare per obitum *Joan-* » *nis Mirai* Episcopi Antverpiensis.

Anno 1612.

Habeat Epi 9000. flore annuè.

» Habebit insuper Episcopus habitationem » domûs Episcopalis, quam inhabitat Antver- » piæ, cum onere reparationis, nec non usum » hospitiorum S. Bernardi Bruxellæ & Li- » ræ, quæ reparabuntur sumptibus monaste- » rii.

Aulam Ant Refugiū Li & Bruxelli

» Item provisionem fœni & omnium ligno- » rum sibi necessariorum, quæ omnia habebit » libera (exceptâ dictâ reparatione domûs Ant- » verpiensis), ab omnibus oneribus ordinariis & » extraordinariis, jam impositis & imposterùm » imponendis.

Provisione fœni & li norum.

» Et nihilominùs, quia Episcopo incumbit » administratio spiritualis & temporalis, quan- » do ipsi Episcopo videbitur, poterit cum suo » comitatu juxtà Bullam sumptu monasterii ad » illud se recipere.

Veniet monasteriu qu ndo vol sumptibus monast.

» Quibus omnibus demptis, quod reliquum » supererit bonorum & proventuum dicti mo- » nasterii Episcopus (cui per Bullam incorpo- » rationis regimen ipsius monasterii in spiritua- » libus & temporalibus plenariè & liberè, & » cujusvis licentiâ desuper minimè requisitâ, est

 » commissum)

Anno 1612.

„ commissum) administrabit convertetque in usus „ Religiosorum & monasterii : ac elocationes „ bonorum faciet, feudalia (l. edulia) tamen & „ bibalia, ejusque naturæ similia reddentur in com- „ putum, & alii ab administratione dependentes „ sumptus, sine diminutione præfatæ dotis novem „ millium florenorum.

„ Non tenebitur Episcopus administrationis „ suæ ulli aliquam rationem reddere, sed illius „ fidei & annuorum computorum, quos recep- „ tores reddunt, conclusionibus credetur & sta- „ bitur. Episcopus tamen, quando judicabit „ expedire, advocabit aliquem vel aliquos ex „ religiosis sibi placentes in auditione compu- „ tuum monasterii, per quos eis status monas- „ terii innotescere poterit.

„ Quoad necessitates religiosorum curabit „ Episcopus eas illis dispensari per eum, quem „ ad hoc deputare voluerit; qui in tota dis- „ pensatione se regere debebit juxta præscriptum „ Episcopi, & eidem seu ab eo deputato suæ „ dispensationis rationem dare, quoties requisi- „ tus fuerit.

„ Si contingat (quod Deus avertat) bona „ monasterii ita diminui, ut non tantum supera- „ esset, quantum sufficeret honestæ & mo- „ destæ sustentationi Religiosorum, Episcopus „ pro suo paterno affectu & quantum tempus „ ac bonorum ratio permittet, curabit ne in „ vitæ necessariis aliquid desit.

„ Actum Bruxellis die 8. mensis octobris an- „ no Domini 1612. Erat subsignatum Mathias „ Archiepiscopus Mechliniensis & Nicolaus „ Zoes."

Transit in contractum.

Conceptus hic placuit tam Episcopo quam Religiosis, unde & transivit in realem contractum post duos menses : quando Religiosi omnes ad hoc convocati & congregati in Coe-

hem

hem (ubi hactenùs ordinariam residentiam habebant, monasterio adhuc in ruinis jacente) illud gratum habuerunt die 13. decembris hujus anni 1612. Anno 1612.

Principes autem contractum sic initum approbârunt & ratificârunt datis desuper litteris. Constant hæc ex litteris testimonialibus Episcopi *Malderi* datis anno 1631. relatis apud Sanderum *ibidem*, infrà ad dictum annum referendis. Verùm an consensus Pontificis (cujus etiam beneplacitum in schemate præsupponebatur) fuerit petitus aut obtentus, de eo nulla fit mentio in dictis Episcopi testimonialibus. Quem Principes approbant.

Cum autem contractus hic non esset nisi temporaneus, nempè pro vita hujus Episcopi; Religiosi, quibus contractus summè placebat, egerunt deinceps apud principes, ut decerneretur in perpetuum valiturus, nè cum futuris Episcopis contentiones desuper haberent: verùm rem ad effectum ducere non potuerunt. Agunt Religiosi, ut decernatur in perpetuum.

Cum dissentiones omnes circà quotam annuè pendendam Episcopo per prædictum contractum terminatæ essent, cœpit Episcopus tamquam verus Abbas agere ad reducendos Religiosos, qui hactenùs à tempore tumultuum à monasterio suo exulaverant, in pristinam habitationem seu ad destructum monasterium in Hemixem dictum *S. Bernardi.* Cœpit itaque brevì restaurare templum & ambitum, reparare capitulum & refectorium, ac construere dormitorium & cellas. Hæc autem omnia curâ ejus sufficienter pro tempore restituta erant anno 1616., quando Religiosi post triginta sex exilii annos eò redierunt, ut infrà suo loco dicetur. Episc. malderus restituit monasterium S. Bernardi

Anno præcedenti, ut suprà diximus, sub auspiciis Principum Belgii ingressæ sunt civitatem Teresianæ petunt Consensum,

Anno 1612.

tem *Anna à S. Bartholomaeo* cum tribus aliis monialibus Carmelitis reformationis S. Teresiæ, ut asserit Baro le Roy. Adductæ autem fuerant per Fr. *Thomam à Jesu* Priorem Discalceatorum Bruxellis, & Superiorem in Belgio monasteriorum monialium ejusdem Ordinis. Is autem pro monialibus egit ad obtinendum in hac civitate omnem requisitum consensum tum apud Senatum, tum apud Episcopum & Capitulum, ad figendum in civitate pedem, & in constructionem monasterii & templi.

Per Priorem Bruxellensem.

Cum autem *P. Thomas* obtinuisset consensum Senatûs, ab eoque admissæ essent, recurrit ad Episcopum eique in eundem finem obtulit subjunctum Libellum supplicem, quem Episcopus remisit ad Capitulum. Sed cum in Libello isto mentio non fieret Capituli sed tantùm Episcopi, Pater *Thomas*, eidem propria manu adjunxit mentionem Capituli, nempe verba illa, quæ distinctis caracteribus in parentesi expressi. Libellum istum ex originali subjungo.

„ Jesus, Maria.

Libellus supplex desuper.

Ex Archivis Capituli.

„ ILLUSTRISSIME ac Reverendissime Do„ mine (*ac reverendis Dominis Decano & Capitulo*
„ *Antverpiensi*).

„ Frater Thomas à Jesu, Prior Conventûs
„ Bruxellensis Carmelitarum discalceatorum ac
„ superior monasteriorum monialium ejusdem
„ ordinis in Provincia belgica, cupiens ad
„ Dei gloriam & animarum salutem Antverpiæ
„ unum monialium monasterium erigere, prius
„ illustrissimæ vestræ Dominationis (*ac RR. De*„ *cani & Capituli*) prærequisitum consensum
„ juxtà Concilii tridentini Decretum humiliter
„ exposcere voluit, confisus in Domino haud
„ mediocrem inde animarum fructum fore per„ cipiendum.

Ad

Ad hunc libellum Capitulum facile consensum tulit, sic tamen ut signarentur conditiones præscriptæ cæteris monialium cœnobiis. Cumque Pater *Thomas* vidisset & legisset conditiones præscriptas monialibus Annuntiatis, eas mox acceptavit & prædicto Libello sequentia subscripsit. Anno 1612.

„ Acceptamus conditiones Capituli initas cum „ religiosis Annunciatis & easdem nostræ assig„ naturas sigillo munimus. Actum 29. septem„ bris anno 1612. F. *Thomas à Jesu* superior „ Carmelitanarum. "

Hæc subsignatio sufficiens erat Capitulo, donec Concordatum in omni forma conscriberetur; unde & in erectionem monasterii consensum dedit oretenus. Hinc P. Thomas progrediens in aptando domicilio, rem brevi feliciter complevit, ut 20. octobris Ven. matrem *Annam* cum sociabus introduxerit in claustrum, quod in eodem loco religiosæ observant usque in hodiernum diem.

Interim conscriptum est Concordatum, quod post duos menses utrimque signatum subjungo ex originali.

Concordatū cum Teresianis Hispanis.

Ex Archivis Capituli.

„ IN NOMINE Domini Amen. Tenore præ„ sentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter „ & sit notum, quod anno à Nativitate ejus„ dem Dñi millesimo sexcentesimo duodecimo, „ indictione decimâ, die verò decimâ-sextâ mensis „ novembris, Pontif. sanctissimi in Christo Pa„ tris & Dñi nostri Dñi PAULI divinâ provi„ dentiâ Papæ quinti anno ejus septimo, in mei „ Notarii publici ipsorumque RR. Dnorum scri„ bæ jurati ac testium infrascriptorum præsentia, „ ea, quæ in hoc instrumento narrantur omnia „ & singula, sic uti sequitur contigisse.

„ NOS *Joannes del Rio* Pbr. J. U. Licentia„ tus Decanus, *Cornelius de Witte* Pbr. S. T. L.

„ Archi-

Anno 1612. „ Archidiaconus, *Dionisius Leermans* Pbr. J. U. D. „ Cantor, *Antonius à Compostella* Pbr., *Antonius de Heylweghen* Pbr. J. U. L. Thesaurarius, *Petrus Santfort* Pbr. S. T. L., *Egbertus Spitholdius* S. T. L. Plebanus, *Aubertus Miræus* Pbr. S. T. L., *Maximilianus ab Eynatten* Pbr. S. T. L. Scholasticus, *Godefridus van Hamme* Pbr., *Godefridus Santfort* Pbr. J. U. L. Actuarius, *Guilielmus Willemsen* Pbr., *Joannes Hemelarius* Pbr., *Franciscus van den Zype* Pbr. J. U. L. *Laurentius Beyerlinck* Pbr, S. T. L. *Joannes Cranendonck* Pbr. *Adrianus Rockox* Diaconus J. U. L. *Joannes Gevartius* Diaconus J. U. L., *Philippus Emmanuël Trognesius* Subdiaconus J. U. L. *Iacobus Stembor* Subdiaconus J. U. L. *Franciscus Dingen* Subdiaconus J. U. D. omnes respectivè Canonici cathedralis ecclesiæ beatæ Mariæ virginis Antverpiensis, Capitulum dictæ Ecclesiæ repræsentantes, Universis & singulis præsentes lecturis seu legi audituris salutem.

Admittuntur sub conditionibus. „ Pro parte religiosarum Monialium Carmelitarum discalceatarum per R. Patrem fratrem *Thomam à Jesu* Priorem conventûs Bruxellensis Carmelitarum discalceatorum ac superiorem monasteriorum monialium ejusdem Ordinis in Provincia belgica, cui dictæ Religiosæ subsunt, Nobis fuit expositum, quod ad Dei gloriam & animarum salutem cupiant in hac civitate monasterium erigere, & habitâ desuper inter nos maturâ deliberatione, præviâ cum Rmo. Dño. Episcopo nostro & Senatu hujus civitatis Antverpiensis communicatione, attendentes zelum religionis, quo dictæ Religiosæ moventur, & quod in claustralibus angustiis Deum sint perpetuò pro nostra totiusque cleri & populi Antverpiensis

„ salute

„ ſalute deprecaturæ : ut tam pium deſiderium, Anno
„ quantùm in Nobis eſt, promoveamus & ſa- 1612.
„ luti incolarum hujus civitatis conſulamus, ad-
„ ventum dictarum Religioſarum cum animi
„ charitate ſuſcipientes in monaſterii ac ſacelli
„ earumdem erectionem & conſecrationem quan-
„ tum de jure poſſumus, ſub conditionibus
„ tamen ſequentibus, conſentiendum duximus &
„ conſentimus per præſentes.

„ IN PRIMIS quod præter Religioſas ſorores, Quoad ſepulturas.
„ converſas ac novitias infrà annum probatio-
„ nis exiſtentes & infrà ſepta monaſterii dece-
„ dentes, neminem ad ſepulturam admittent,
„ niſi ſemotâ omni inductione directâ vel indi-
„ rectâ apud eaſdem contingeret eligi ſepultu-
„ ram, & de dicta electione nobis aut depu-
„ tato noſtro legitimè fecerint fidem per legiti-
„ mum publicum inſtrumentum aut ſaltem per
„ duos teſtes fide dignos ac omni exceptione
„ majores : & tunc non aliter poterunt ſepelire,
„ quàm ad inſtar fratrum religioſorum Ordinis
„ S. Franciſci hujus civitatis, & quemadmodum
„ illis, qui apud eos eligunt ſepulturam, con-
„ ceſſum fuit à nobis ſepelire, facto nimirùm
„ officio exæquiarum, ſeptenarii & tricenarii
„ in matrice noſtra eccleſia & deducto per Nos
„ ſeu eccleſiæ noſtræ miniſtros corpore ad eo-
„ rumdem monaſterium, omnibus juribus ac
„ etiam fabricæ eccleſiæ noſtræ integraliter ſalvis,
„ acſi in eccleſia noſtra corpora fuiſſent ſe-
„ pulta.

„ Oblationes etiam funeralium & exequiarum,
„ ſi quas in Miſſis apud eas offerri contingeret,
„ nobis etiam integraliter reſervamus, quas
„ receptori noſtro oblationum ſeu noſtro de-
„ putato fideliter tradere tenebuntur.

„ Item ſi ex domibus ſeu fundis earumdem De fundis Incorporandis.
„ monaſterio aut eccleſiæ applicandis decimæ

„ redditus

Anno 1612.

„ redditus aut census nobis aut ministris nostris „ solvi hactenùs consueverint, easdem seu eosdem „ dictæ Religiosæ more consueto persolvent.

Recognitio juris parochialis.

„ Et in recognitionem jurium parochialium „ promittent Superior & Religiosæ dicti mo- „ nasterii, unà cum mamburnis pro tempore „ existentibus, pro se & suis successoribus singulis „ annis pridiè Paschæ nobis quindecim solidos „ monetæ Brabanticæ & Curato loci, Parochiæ „ quam eas inhabitare continget, quinque soli- „ dos ejusdem monetæ perpetuis futuris tempo- „ ribus efficaciter solvent & perpetuò solvere „ manebunt obligatæ.

Circà conciones.

„ Tempore matutino ante prandium non habe- „ bitur apud eas concio, nisi in vestitura aut „ professione Sororis, & tunc non nisi eâ horâ, „ quâ non impedientur consuetæ conciones in „ matrice nostra, seu aliis parochialibus nostris „ ecclesiis, nè à dictis matrice & parochiali- „ bus ecclesiis populus aliquâ ratione retraha- „ tur.

Si cesset monasterium.

„ Et si (quod absit) contingeret dictas Sorores „ locum Deo dicatum per mortem aut alias „ vacuum relinquere, quod ex tunc dictus „ locus remanebit in dispositione juris commu- „ nis.

Anniversariū quotannis celebrandum

„ Ut autem perpetua charitas inter Nos ac „ Superiorem & Religiosas prædictas ad Dei „ laudem servetur, Nos Decanum & alios de „ Capitulo omnesque beneficiatos matricis Eccle- „ siæ inter benefactores suos suique monasterii „ nominabunt, & in earumdem libro, in quo „ benefactores earum descripti sunt, etiam de- „ scribi curabunt: & singulis annis primâ die „ non impeditâ post octavam Paschæ pro no- „ bis Decano & Canonicis, beneficiatis & offi- „ ciariis dictæ ecclesiæ defunctis Anniversarium „ cum vigiliis & Missa solemniter earum more

„ cele-

„ celebrari curabunt ; orando præcipuè pro „ nobis & aliis benefactoribus & tempestivè id „ nobis insinuari curabunt , ut per nostros „ deputatos dictis Vigiliis & officio Missæ possi„ mus interesse. Anno 1612.

„ Et ut præmissa omnia & singula inviolabilier „ observentur , præfatæ sorores una cum superiore „ earumdem promittent fide mediâ hæc omnia „ firmiter observare , atque prædictos articulos , „ in linguam vernaculam translatos , coram „ omnibus Sororibus simul congregatis publicè „ singulis annis legi curabunt , ne quis eorum „ ignorantiam aliquâ ratione possit prætendere , „ & tempore insinuationis suprà scripti Anniver„ sarii singulis annis apud eas faciendi significabunt „ etiam dictos Articulos , sic , ut præfertur , „ in linguam vernaculam translatos , publicè co„ ram omnibus simul congregatis tali tempore „ fuisse lectos. Prælegendæ hæ conditiones quotannis.

„ Postremò , quod si . . . dubium aliquod . . . „ In quorum omnium & singulorum fidem . . . „ J. DEL RIO Decanus. G. SANTFORT Can. „ & Actuarius Capituli. F. THOMAS à JESU „ Superior Carmelitarum. Et ego . . . *A. Ver„ donck* Not. publ.

Brevi incrementum cœpit hoc virginum cœnobium , tam religiosarum numero , quàm ædificiorum à fundamentis eductorum commoditate , concurrente ad hoc civium liberalitate. Simili felicitate assurrexit splendidum templum S. Josepho dicatum. Incrementum

Religiosæ hujus cœnobii à primis inquilinis & fundatricibus dictæ sunt & dicuntur *Theresianæ Hispanæ* , etiam hodie dum omnes sunt belgæ. Et notanter nomen illud adhæsit ad distinctionem alterius monasterii ejusdem instituti in hac civitate deinceps fundati per & pro Anglis , quæ vulgò dicuntur *Theresianæ Anglicæ* Hispaniarum

Religio-

Anno 1612. Religiosæ istæ sunt sub directione religiosorum Discalceatorum ejusdem reformationis, qui deinceps hìc pedem fixerunt, sub quorum directione fuerunt ab ingressu. Interim Anglicæ hactenùs sunt sub jurisdictione Episcopi.

Fundatrix post 12. annos piè obiit. Fundationi huic *Anna à S. Bartholomæo* supervixit duodecim annis, quibus monasterium tam piè instituit & in eo tam piè vixit, ut meruerit dici *Venerabilis Mater*, & mortem ejus secuta sint varia prodigia episcopali auctoritate cognita & approbata suprà naturæ vires esse. Unde nuper tempore Episcopi CAROLI, in ordine ad Beatificationem ejus, factum est in Aula Episcopali juridicum examen miraculorum ejus intercessione patratorum.

Agitur de ejus Beatificatione.

Emman. van Meteren historicus. EMMANUEL VAN METEREN natus Antverpiæ anno 1535. obiit hoc anno 1612. 8. aprilis Londini in Anglia, ubi sedem fixerat ac mercaturam exercebat, & Nationis consul fuit. Vidimus suprà ad an. 1575. eum hìc Antverpiæ è Bursa redeuntem per Drossardum Brabantiæ captum & carceri *Backers-toren* detentum fuisse tamquam suspectum de machinatione & communicatione cum hæreticis & rebellibus, sed per magnas intercessiones è carcere liberatum rediisse in Angliam. Descripsit patrio idiomate magno volumine in folio *Historiam rerum gestarum in Belgio* à CAROLI V. natali ad sua usque tempora, *Tumultus* scilicèt *Belgicos*. In eo falsam religionem, quam amplexus fuerat, prodit. Diligens quidem Historicus fuit, sed sæpe-numero maledicus; quippe qui studiis factionis hæreticæ plus nimiùm abreptus, sectarios laudat ad nauseam: & calumnias atrocissimas evomit, quibus famam virorum catholicorum conatus est proscindere. Vita ejus habetur adjuncta Historiæ, quam conscripsit. Diversas illius historiæ editiones & qualitates earum

earum vide apud D. Paquot *Mem. Litt. XII. pag.* 340. & *seqq.* Anno 1613.

Episcopus noster MALDERUS, cum venisset ad diœcesim jam ferè integro seculo agitatam variis hæresibus, quibus fides fidelium tentationibus fuerat exposita, judicans Catechismum editum ex decreto Synodi provincialis Mechliniensis non sufficere, mox cœpit præparare media quibus qui constantes hactenùs fuerant & qui ab erroribus reversi erant, firmarentur in fide, nempe *Instructionem catholicam*, quam conscripsit & flandricè ad omnium captum prælo dedit anno 1613. typis Plantinianis. Libellus iste jam rarò invenitur: habetur exemplar Lovanii in Bibliotheca academica, aliud exemplar vidi in hac civitate. Vulgatus est autem sub hoc titulo: *Catholijck onderwys, tot versterckinge van den crancken in't Gheloove, ghescbreven door den Eerweerdigsten Heere H. JOANNEM MALDERUM Bischop van Antwerpen. t'Antwerpen in de Plantynsche druckerye by de Vrouwe ende Sonen van Jan Moerentorf M. D. C. XIII.* Continet capita XXXVI. & *pag.* 133. in 16. Præmitittur hæc brevis præfacio, quâ Episcopus intentum suum indicat & modum, quo illud insequitur.

Epist. Malderus edit. instructionem pro infirmis in fide.

JOANNES MALDERUS *Bischop van Antwerpen tot den goedt-willigen Leser.*

Den Apostel vermaent de Romeynen, datse den crancken in't Gheloove op sonden nemen; ende op een ander plaetse vermaent hy de Galaten, dat men soude met den gheest der saechtmoedigheyt den veraschten sondaer onderwysen: 't welck achtervolgende heb ick goet ghevonden te maecken dit cort onderwys, daer Infirmus in fide *den onstercken in't Gheloove van den* Romeyn, *by maniere van 't saemen-sprekinge, met saechtmaedige onpartydigheyt by naer in alle*

Rom. 14. 1.

Gal. 6. 1.

Anno 1613. *punčten des Gheloofs, die men heden-daeghs in geschil brengt, versterkt ende onderwesen wordt: 't welck ick verhope U-L. oock sal mogen te staede comen. Vaert wel.*

Subjunxerunt suas censuras *Guilielmus Fabricius (S. T. D. Lov.)* apostolicus & archiducalis librorum censor & *Laurentius Beyerlinck* S. Theol. licent. & censor librorum Antverpiæ 3. martii 1613.

Gerontocomium S. Martini. Anno hoc 1613. fundatum est gerontocomium viâ *de Schuyt-straet* pro septem viris paupertate pressis per *N. Papebroeck*. Junctum habet Sacellum *S. Martino* sacrum, in quo divina peraguntur.

In S. Walburgis restauratur cellula sub gradibus Chori. Eodem hoc anno in ecclesia S. Walburgis restaurata est cellula vulgò *het Kelderken* infrà gradus summi chori sumptibus *Cornelii van der Geest* magistri sacelli Venerabilis, quæ destructa fuerat per iconomachos tempore tumultuum belgicorum.

Capucini construunt novum Monasterium. PP. Capucini, qui anno 1585. immediate post reductam civitatem huc advenerant, & agente Duce Parmensi anno sequenti domum obtinuerant, hoc anno cœperunt novum construere monasterium magìs versùs forum equorum: primum lapidem posuit Archiducum nomine D. *Henricus varick* Marckgravius præsente *Joanne Maldero* Episcopo Antverpiensi. Lapidi isti insculpta erant hæc: ALBERTUS & ISABELLA D. G. ARCHIDUCES AUSTRIÆ, DUCES BURG., BRABANTIÆ, COMITES FLANDRIÆ &c. ANNO CHRISTI CIϽ.IϽ.C.XIII. 1. martii. Constat ex scedis loci.

Richardus Versteganus. Historicus. Hoc anno RICHARDUS VERSTEGANUS Antverpiensis, historicus, edidit vernaculè apud Gasp. Bellerum 12. *Antiquitates Belgicas* unà referens prædicationem Evangelii à B. *Willibrordo*, non solùm Hollandiæ Frisiæque sed & Brabantiæ Flandriæque Apostolo. Ediderat ibidem

anno

anno 1606. *Antiquitates Britannicas*, demonstrans Anglos è Belgis exortos &c. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1072., ubi annus obitûs ejus non indicatur. Ab ipso insuper prodierunt & vulgata sunt: *Epigrammata flandrica* Mechliniæ 1617. *Relatio novorum Nuntiorum* Antver. 1618. *Characteres proprietatum variarum personarum* Antv. 1619. *Cos ingenii* Antv. 1620. *Ineunda descriptio proprietatum Opificum varii generis* reinpressum Antv. 1642. adjectis ab alio versibus. *Epigrammata & Epitaphia flandrica* Bruxellis 1624. Omnia Flandricè.

Anno 1613.

FRANCISCUS MENNENS filius Guilielmi, de quo suprà ad an. 1608., natus Antverpiæ anno 1582., qui post delibatas in patria litteras humaniores, aditis Hispaniis Ossunæ in Bætica jurisprudentiæ operam dederat, inde reversus factus Canonicus ad S. Gummarum Liræ, hoc anno 1613. edidit Coloniæ typis Joan. Kinckii 8. *Delicias equestrium seu militarium Ordinum* id est origines, statuta, symbola & insignia eorumdem: quod opus anno sequenti impressum fuit Francofurti in chronico chronicorum politico. Insuper alia id genus manuscripta reliquit, ut notat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 300. Obiit Liræ 3. junii 1630.

Franciscus Mennens Can. Liræ.

WILLELMUS HUYSMANS Antverpiensis prout se ipsum nominat, natus mediante seculo XVI. finitis humanioribus Duaci juri operam dedit & factus ibidem J. U. Licentiatus vocatus Lovanium obtinuit 1578. professoratum linguæ latinæ in Collegio *Trilingui*, ubi adhuc agebat 1589. Dein ob injuriam temporum decessit Dionantum diœcesis Leodiensis, ubi fuit Principalis in schola latina. Dein decessit in Italiam & hæsit Mediolani, ubi amicitiam contraxit cum *Eritio Puteano*. Non rediit in Belgium, sed in Italia obiit 1613. Dedit: *Narrationes rerum Indicarum*

Willelmus Huysmans.

Anno 1613. ex litteris PP. Societ. Jesu desumpta ac ex Italico sermone in latinum traducta Lov. 1589. D. Paquot mem. litt. tom. XVIII. pag. 205. & seqq.

Daniël l'Ermite. DANIEL L'ERMITE natus Antverpiæ circà annum 1584. parentibus acatholicis, conversus ad catholicam fidem à secretis fuit Cosmo II. magno Etruriæ Duci, obiitque hoc anno 1613. Liburni ætatis 29. Plura prelo dedit, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 225.

1614. Leprosi in Dam-brugge. Suprà ad an. 1601. vidimus Senatum leprosis non inhabitantibus Leprosarium *Ter-zieken* concessisse, ut civitatem inhabitarent, (verosimiliter quia propter continua bella in *Dam-brugge* securi non erant) eisque tamen determinâsse duo loca, extrà quæ morari non possent, nempè viam *de Lepel-straet* & juxtà *Huy-vetters-toren.* Cum autem jam per Inducias foris in tuto essent omnia & domunculæ in *Dam-brugge* restauratæ, Senatus eos iterum eò adegit, inhibens nè in civitate habitarent, idque per decretum 2. augusti anni 1614.

Parochia S. Willibrordi reædificata. Parochialis ecclesia S. Willibrordi in suburbio distructa fuerat tempore tumultuum belgicorum per furibundos iconomachos: sancitis autem Induciis cœpit reædificari in eodem loco, in quo steterat destructa. Hoc tandem anno completa stabat, quando in eam solemniter reducta fuit perantiqua & miraculosa Iconcula B. Mariæ.

Iconcula B. M. in eam relata. Iconcula ista ingruente anno 1566. iconoclastarum furore recondita fuerat in quadam domo, quæ paulò post cum ecclesia combusta fuit. Iconcula autem fortè inter cineres reperta piè conservata fuit à variis tempore ferè quinquaginta annorum, ita ut ampliùs nesciretur, ubi lateret: tandem hoc anno curâ *Autberti Miræi* Canonici, dein Decani Capituli Antverpiensis

verpiensis, Provisoris dictæ ecclesiæ S. Willibrordi quæsita fuit & inventa in Begginagio in domo *Jaanna de Windt*, ac legitimè recognita hoc anno 1614, & 16. julii auctoritate Episcopi per *Antbertum Miraeum* processionaliter reducta fuit in reædificatam S. Willibrordi ecclesiam; ubi religiosum cultum habuit usque ad finem duodenalium induciarum: quando ingruente iterum bello auctoritate ejusdem Episcopi relata fuit in civitatem, & reposita in Capella S. Eligii viâ *de Peerde-merckt*, dein translata ad Capellam B. Mariæ viâ *de Keyser-straet*. Hic cultum habuit usque ad generalem pacem; quando iterùm ad pristinum locum reducta fuit. Vide *Chor. S. Eccl. S. Willibrordi*. apud Sanderum *Brab. illust. tom. III. pag.* 361. & *seqq.*, item Wichmans *Brab. Mar. pag.* 367. Anno 1614.

In Synodo Antverpiensi celebratâ per Episcopum MIRÆUM anno 1610. factum fuerat hoc statutum *tit. XV. cap.* 9. „Ut quod à sacro„sancto Concilio Tridentino & primo Provin„ciali Mechliniensi salubriter, quo Pastores „faciliùs agnoscerent vultum pecoris sui, sta„tutum est, ut ubi in una ecclesia plures „Pastores toti populo pro indiviso præsunt, „certæ singulis assignentur Parochiarum regio„nes, executioni mandetur; præcipimus, ut, „ante trimestre proximum, ubi parochiæ in„divisæ sunt, per deputatos à nobis hujusmo„di partitio fiat, ac nobis approbandi causâ „exhibeatur." Parochia cathedralis dividitur inter duos Pastores

Hoc decretum demùm hoc anno in hujus civitatis cathedrali executioni mandari cœpit. Erat quidem in hac latè diffusa Parochia unus Canonicus Plebanus, cui incumbebat toti parochiæ superintendere: sed sub ipso erant duo subplebani, qui communiter dicebantur *Pastores*

 &

Anno 1614.

& effectu Pastores erant portantes totum onus : hi autem Pastores in dicta parochia sacramenta & pastoralia indiscriminatim administrabant. Cumque hoc inconveniens judicaretur, Episcopus MALDERUS juxtà suprascriptum decretum de consensu & assensu Dominorum de Capitulo eidem Parochiam divisit pro dictis duobus Pastoribus in duas regiones, meridionalem & aquilonarem, idque per decretum datum die 19. decembris 1614., ut constat ex literis Episcopi NEMII datis anno 1639. & relatis apud Miræum *Dipl. Belg. tom. II, pag.* 1115. Sic autem res fuerit in dicta ecclesia per annos 25. post quos anno 1639. Plebanatus divisus est, & duo pastores facti sunt plebani & canonici, ut infrà suo loco dicetur.

Annunciatæ extruunt monasterium.

Moniales ANNUNCIATÆ, quæ à sex annis huc advenerant & admissæ erant, hoc anno cœperunt construere monasterium ; & tam gratæ erant, ut Senatus illius ædificii locaverit primum lapidem. *Le Roy pag.* 52.

Jacta fundamenta novi templi Jesuitarum.

Patres Collegii Societatis Jesu, quod hactenùs erat in domo Aquensi (translato anno 1608. Gymnasio ad domum Anglicanam) omnia jam paraverant ad construendum novum templum, magnificentius quàm hactenùs habuerant. Cumque domus arcta nimis esset ad construendum in ea tantæ magnitudinis templum, obtinuerant à Senatu locum ante domum Aquensem, quem inter-secabat canalis, qui retrò domum istam inflectitur ad meridiem. Locum istum paràrant & canalem fornice clauserant ; candidum marmor, quo interiora templi erigenda & ornanda erant jam advenerat ex Liguria ; Senatus ex ærario publico jam viginti florenorum millia novo operi attribuerat, ut asserit Auctor *Chor. Soc. Jesu* apud Sanderum *tom. III. pag.* 13. Cumque omnia

omnia parata essent hoc anno 1614. mense aprilis auspiciis S. P. Q. Antv. fundamenta jecit *Franciscus Aguillonius* collegii Rector scriptis mathematicis clarus, ut asserit Henschenius *Act. SS. Tom. II. febr. pag.* 489. *n.* 20. & Auctor *Chor. ibid.* Verùm Papebrochius *Tom. I. martii pag.* 24. *n.* 1. dicit jactum fundamentum anno sequenti 1615.

Anno 1614.

Sex autem annis & dimidio completum stetit templum illud, quod inquit Papebrochius *ibidem*, „secundùm præceptiones Vitruvianas (secùs atque vulgò fit in his regionibus, ubi gothicæ substructiones præhaberi solent) delineavit *Aguillonius* prædictus."

S. FRANCISCUS DE PAULA, Paulæ in Calabria natus 1437. ibidem ordinem Fratrum MINIMORUM cœpit anno 1457., quem Archiepiscopus anno 1467. à se approbatum multis privilegiis auxit anno 1471., concessâ facultate acquirendi alia loca: quam facultatem examinatam & à Pontifice approbatam rursum pleniùs distinctiùsque probavit & confirmavit SIXTUS PP. IV. anno 1474. 23. maij constitutione, quæ incipit *Sedes apostolica.* Obiit sanctus in Gallia 2. aprilis 1507. & in canonem Sanctorum relatus est anno 1519. Vide Papebrochium *Act. SS. Tom. I. April. pag.* 103. & *seqq.*

FF. Minimi.

Patres illius Instituti, quod jam longè lateque in Italia & Gallia diffusum erat, centesimo septimo post obitum fundatoris sui anno, id est hoc anno 1614., in Belgium advenerunt & primum Antverpiæ pedem fixerunt, ac tum ab Episcopo tum à Senatu populoque admissi conventum erigere cœperunt, prout habet Inscriptio ad ingressum eorum conventûs sub imagine S. Francisci de Paula, sic sonans. „S. Franciscus de Paula Ordinis Minimorum „fundator, natus est anno MCCCCXVI. Ordi-

Admittuntur Antverpiæ.

Anno 1614. „nem incepit MCCCCXXXV. Obiit MDVII. „A Leone X. canonizatus est MDXIX. Hic „primus in Belgio conventus ab illustrissimo „Antverpiensi, Senatu populoque admissus „MDCXIV." Ita refert le Roy *pag.* 44.

Facultas Principum. In præmissa inscriptione nulla fit mentio admissionis Conventûs per Capitulum Cathedrale aut per Principes Belgii; unde dubium, num eo anno consensus eorum obtentus fuerit. Interim quantùm ad Principes Belgii in eorum diplomate (relato apud Miræum *Dipl. Belg. tom. I. pag.* 629., quo Minimis anno 1618. concedunt facultatem erigendi Conventus in omni loco dominii sui) legitur: „Quod per „Litteras nostras (*Alberti* & *Isabellæ*) die 20. „junii anni 1617. permisissemus dicto Ordini „(Minimorum) facultatem assumendi, acceptandi & possedendi census & hæreditates, imo „emendi loca necessaria, ad construendos Con„ventus ejusdem ordinis in bonis nostris civi„tatibus Bruxellensi, Antverpiensi, etiam & „Anderlechti."

Fundatur monasterium. Primarius fundator hujus Monasterii est *Joan. Augustinus Balbi* patritius Genuensis, qui verosimiliter Minimos advocavit, ut italus italicum institutum promoveret. Effigies ejus in dicto Conventu in loco capitulari posita videtur, sub qua hæc leguntur. „Illustrissimus DD. Joannes „Augustinus Balbi patritius Genuensis S. R. J. „marchio, primarius primi hujus Conventûs „fundator, Genuam rediens in via obiit, ut „patriam, quam assequi non poterat in terris, „consequeretur in cœlis."

Stat sine templo. Conventum habent patres isti satis commodum & necessariis ædificiis instructum; at templum, pro quo fundum habent, necdum est erectum. Pro templo nunc habent aulam ædificii ad alios usus destinati.

Hoc

Hoc etiam anno fundatum est Gerontocomium B. Mariæ viâ *de Bonte-mantel-straet* per JACOBUM DE VERGINIS pro decem pauperibus mulierculis cum ancilla ad earum obsequium, habetque capellam, in qua missa celebratur. Subsistit hodieque sub cura Eleëmosinariorum. Anno 1614. Gerontocomium Jac. de Verginis.

ANASTASIUS COCHELET Ordinis Carmelitarum Doctor theologus Parisiensis & ecclesiastes mirè facundus, natione quidem Maseriensis (quod est regni Galliæ oppidum ad Mosam fluvium) sed habitatione Antverpiensis, ibidem enim vixit atque divixit circà hunc annum 1614. Scripsit & typis vulgavit: *Palæstrita honoris D. Virginis Hallensis pro Joan. Lipsio* adversùs dissertationem mentiti idoli Hallensis Antv. 1607. 8. Item *Calvini infernum* ibid. 1608. typis Plant., & *Cemeterium Calvini* adversùs Joan. Poliandrum ministrum calvinianum ibid. 1612. 8. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 49. Anast. Cochelet Carmelita.

Patres Augustiniani, qui à septem annis hìc conventum habuerant, jam omnia paraverant ad construendum magnificum templum. Rogaverant Principes nostros ad jaciendum primum lapidem, qui suo loco deputârunt D. Varick. Hic autem nomine Principum primum istius ædificii lapidem posuit die 7. martii anni 1615. Eodem anno mense augusti ALBERTUS & ISABELLA Antverpiæ existentes propriis manibus primum ad fundamenta Chori lapidem locaverunt. Tribus annis ædificium illud completum stetit, pium opus munificentiâ suâ promoventibus Principibus præfatis & amplissimo Senatu, piorum insuper civium ac præ cæteris D. *Henrici van der Goes* senatoris & ærarii præfecti liberalitate. Ita P. Tombeur *Prov. Belg. Ord. S. Aug. pag.* 175. citans *Chron. Antv. fol.* 11. & *grat. pag.* 3. Le Roy autem *Not. March. fol.* 43. hæc addit 1615. Augustiniani construunt templum.

Anno 1615. ex Wichmans: In quo pietatis opere (Henricus van der Goes) socium habuit *Joannem Augustinum Balbi*, qui Ordinis fratrum Minimorum S. Francisci de Paula in Belgio primus fundamenta Antverpiæ jecit.

Similiter Annuntiatæ. Annuntiatæ eodem anno quo Augustinani admissæ, similiter brevi isto tempore non tantùm monasterium construxerant, sed & omnia jam parata habebant ad constructionem templi. Et occasionem capientes, cum Principes essent Antverpiæ & primum lapidem chori Augustinianorum posuissent, confidentes eandem gratiam sibi non denegandam, similiter rogârunt Principes; qui petitioni concedentes primum illarum templi lapidem propriis manibus posuerunt. Le Roy Not. Marchi. fol. 53

Tria igitur hoc tempore Antverpiæ construebantur nova templa, omnia in suo genere magnifica: Jesuitarum nempè, quod anno præcedente cœptum erat, ac Augustinianorum & Annuntiatarum, quæ hoc anno cœpta sunt. Fortè etiam hoc tempore construebatur templum Capucinorum, qui à duobus annis cœperant construere novum monasterium. Hinc patet, qualiter Induciarum quies pristinam pietatem reduxerit & incenderit.

[illegible] Jacobus de Bie Antverpiæ natus anno 1581. chalcographus celebris, rei antiquariæ, præsertim quæ in numismatibus est, admodùm studiosus, edidit hoc anno 1615. *Imperatorum Romanorum numismata* Antv. 4. & dein alia plura, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg.* pag. 501.

[illegible] Joannes [illegible] Antverpiensis, juventutis apud Batavos moderator & consequenter religionis [illegible], edidit hoc anno *de studio linguæ* [illegible] Hagæ-comitis typis Hildebrandi Jacobi, 4. Ibidem pag. [illegible]

Colleg.

Anno 1616.

Collegium Societatis Jesu, quod jam annis quadraginta & uno steterat in domo Aquensi, anno 1616. mense junio translatum est ad domum Anglicanam; ad quam jam à novem annis translatum fuerat Gymnasium: & constitutus est in ea primus Rector P. *Fredericus Tassis*, qui in ea domo jam tribus annis fuerat *Superior*.

Collegium Soc. Jesu in domum Anglicanam transfertur.

Hoc novum Collegium fundârunt D. *Godefridus Houtappel* cum conjuge, filiabus & cognata; prout constat ex monumento sepulcrali eorumdem ante altare capellæ D. Virginis in templo domûs professæ, quod sic habet:

Fundatores ejus.

Monumentum D. Godefridi Hautappel, Domini in Ranst, Fundatoris hujus Sacelli & piiss. conjug. D. Corneliæ Boot, Filiarumque virginum Mariæ, Annæ, Christinæ, Lucretiæ & cognatæ Annæ s'Grevens, à quibus fundatum & ornatum hoc Deiparæ Sacellum & fundatum in hac Urbe Collegium Societatis Jesu.

Translatum fuit hoc Collegium, ut Locus maneret Professoribus & domus Aquensis fieret domus Professa: quod factum est eodem mense junio, quando domus Aquensis inaugurata est domus Professa, constitutusque in ea primus Præpositus P. *Jacobus Tirinus* Antverpiensis ætatis anno trigesimo sexto, vir interpretatione S. Scripturæ famosus.

Domus Professa in domo Aquensi.

Differentia autem in Societate inter domum Professam & Collegium non videtur consistere nisi in diversa professione paupertatis. Differentiam illam indicat J. Pinius *Act. SS. Tom. VII. junii fol.* 548. *n.* 629. & *seqq.*, ubi agit adversùs obtrectatores, qui paupertatem Societatis non intelligunt vel intelligere nolunt. Pro paupertate Societatis in generali adfert præ-

Differentia inter domum professam & collegium.

scriptum

Anno 1616. ſcriptum Conſtitutionum parte 3. cap. 1. n. 25. *Diligant omnes paupertatem ut matrem, & juxtà menſuram ſanctæ diſcretionis ſuis temporibus ejus effectus aliquos experiantur.* Parte 6. cap. 2. n. 1. *Paupertas ut murus religionis firmus diligenda, & in ſua puritate conſervanda.* Et ibidem n. 7. *Omnes, qui ſub obedientia ſunt Societatis, meminerint ſe gratìs dare debere, quæ gratìs acceperunt: nec poſtulando nec admittendo ſtipendium vel eleëmoſynas ullas, quibus Miſſæ vel confeſſiones, vel lectiones, vel viſitationes, vel quodvis aliud officium ex iis, quæ Societas juxtà noſtrum inſtitutum exercere poteſt, compenſari videatur.* Et n. 10. *Parati ſint ad mendicandum oſtiatim &c.* Hæc ſpectant ad paupertatem totius ſocietatis in generali.

[Pa]upertas Societatis in [g]enerali.

Quantùm ad ſpecialem paupertatem Profeſſorum ſeu domuum profeſſarum refert ex Conſtitutionum parte 6. cap. 2. n. 2. *In domibus vel eccleſiis, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, reditus nulli, nè ſacriſtiæ quidem aut fabricæ applicati, haberi poſſunt.* Et n. 3. *Profeſſi vivant ex eleëmoſynis in domibus &c.* Ex Ribadeneira omnia iſta perſtringente Lib. 3. cap. 22. iſta refert Pinius: *Domus Profeſſorum reditus nullos habere poſſunt (nè ad ædificationem templi aut cultum ejus ac ornatum) nec poſſeſſiones ullas privatim vel in communi, nec jus petendi ullas perpetuas eleëmoſynas: ſed quotidianis vivunt.* Dein adfert Pinius votum Profeſſorum, quo ſe obligant numquam petere vel conſentire in relaxationem paupertatis, ſic ſonans: *Promitto Deo omnipotenti... numquam me acturum quâcumque ratione, vel conſenſurum, ut quæ ordinata ſunt circà paupertatem in Conſtitutionibus Societatis, immutentur: niſi quando ex cauſa juſta rerum*

[P]aupertas in [d]omibus pro[f]eſſis.

verum exigentium videretur paupertas restringenda. Anno 1616.

Tandem dicit Pinius ibid. n. 732. Adeò severè & religiosè fuit cautum, nè domus Professorum illa subsidia admitteret à Collegiis, quæ stipis nomine vulgò ab aliis admittunt, quantumlibet gravi arctarentur inopiâ: ut eâ de re quotannis sub Christi natalem, ex singulari Laïnii Societatis Præpositi decreto, Collegiorum Rectores; teste Bartolo Lib. 4. n. 7. hoc olim jusjurandum darent: *Testem invoco cum omni reverentia Deum, qui æterna veritas est, quod ex bonis temporalibus Collegii nihil ad utilitatem Professorum vel domorum eorum conversum est contrà Societatis Constitutiones, quæ id prohibent; quod quidem mihi innotuerit.* Ita Pinius qui cum dicat, juramentum illud *olim* quotannis datum, satis indicat illud jam abrogatum. Et meritò. Dicit insuper, hoc modo paupertati cautum fuisse *severè* & *religiosè*. Severitas quidem patet, religiositas non item.

Juramentum olim exactum à Rectoribus Collegiorum

Itaque in eo sita est differentia in Societate inter domus professas & Collegia, quod in illis magìs stricta observanda sit & observetur paupertas, quàm in his.

Suprà diximus Episcopum MALDERUM, post initum cum Religiosis S. Bernardi, super quota quotannis ab Abbatia percipienda, contractum, cœpisse restaurare destructum S. Bernardi monasterium, quo reduceret religiosos hactenùs residentes in Coolhem. Hoc autem tempore ejus curâ templum & ambitus stabant ex parte restaurata, capitulum & refectorium reparata, dormitorium cum cellis constructum; unde Episcopus Religiosis mandavit, ut ad monasterium redirent. Redierunt itaque in locum S. Bernardi hoc anno 1616., post exilium circiter

Monasterio S. Bernardi restaurato.

Anno 1616. citer triginta quinque annorum, quibus latuerant partim Liræ, partim in Coolhem.

Religiosi eò reducuntur. Redierunt autem numero tredecim, scilicèt R. D. *Cornelius Trutius* Prior, *Joannes Leys* Cellarius, *Cornelius Monens* Cantor, *Joannes Heymans*, *Michaël Goubau* Supprior, *Benedictus van Geffen* OEconomus, *Adrianus de Leeuw* Bibliothecarius, Fr. *Philippus Dommelius*, *Jacobus Andriessens*, *Cornelius van Alphen*, *Bernardus van Baefrode*, *Franciscus Rondelius*, Fr. *Robertus Ysenbrant*. Hi omnes, inquit G. Verstockt ejus Abb. religiosus in sua *Cœnobio-graphia* apud Sanderum *Brab. illust. Tom. I. pag.* 484, navì promunctorio nostro accedentes, nudis pedibus terram calcantes; conventualiter (crucem præferente D. Heymans) monasterium ingressi sunt hymnis & canticis spiritualibus Dominum collaudantes, applaudente & adstante omni penè vicino incola; templumque ingressi unanimi voce *Te Deum Laudamus* canentes ac brevì chronico REDUCTI SUMUS securam reductionem patefacientes. Hæc monastica plantatio in suo naturali loco firmimiter nunc radicata ... hodie quoque laudabiliter perseverat & in tantum excrevit, ut circà sexaginta religiosos hoc tempore produxerit. Ita dictus D. Verstockt.

1617. Jac. Boonen factus Episc. Gand. JACOBUS BOONEN Antverpiensis J. U. L. Metropolitanæ Ecclesiæ Mechliniensis Decanus & in supremo Senatu ecclesiasticus consiliarius, die 5. febr. 1617. consecratus est Episcopus Gandavensis Mechliniæ in æde Metropolitana per Archiepiscopum *Hovium* assistentibus Episcopis Sylvæducensi & Antverpiensi, & anno 1621. translatus ad Archiepiscopatum Mechlinensem. Obiit 30. julii 1655. ætatis 82.

F. Schottus Michaëlita. FRANCISCUS SCHOTTUS Antverpianus *Jacobi* filius, frater *Francisci*, & *Andreæ* ex fratre nepos

nepos, poſt obitam Italiam, viſamque Romam in patriam redux, in Abbatia S. Michaëlis Ordinem præmonſtratenſem profeſſus eſt. Hinc primùm in Borſbeke tum in Neerockerſeel Parochi munus cum laude & fructu obivit, & è vita ac munere ante diem obiit die 4. octobris 1617. annum agens 38. Edidit juvenis *Theſaurum exemplorum ſententiarumque*, è græcis latiniſque ſcriptoribus, centuriis IV. diſtinctum. Duaci typis Car. Boſcardi 1607. 12. Anno 1617.

Obiit etiam hoc anno 1617., in hac civitate MICHAEL VAN DER HAGEN vir nobilis, qui vivens in otio litterario, verſus ut faciles ita & doctos ludere ſolebat, ſparſim editos. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 893. & D. Paquot *tom. IV. pag.* 233. Michaël. van der Hagen Poëta.

GUILIELMUS VAN DEN NIEULANT Antverpienſis, Pictor & Poëta vernaculus, utrimque excellens, publicè exhibuit coram S. P. Q. Antverpienſi typiſque vulgavit *Tragœdias VI. Saülem, Neronem, Liviam, Cleopatram, Sophoniſbam* & *Salomonem* typis Guil. à Tongris 1617. & dein pluries. Poëma rhithmicum *de Homine*. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 417. Guil. vanden Nieulant Pictor & Poëta.

Templi Auguſtinianorum, ut ſuprà vidimus, jacta fuerant fundamenta 7. martii anno 1615., & chori primum lapidem jecerant Principes noſtri ALBERTUS & ISABELLA 25. auguſti ejuſdem anni. Poſt tres annos autem ædificio iſti coronidem impoſuit *Cornelius Lancelottus* Prior hoc anno 1618., quando 2. ſeptembris illud conſecravit JOANNES MALDERUS Epiſcopus Antverpienſis. Ita N. *Tombeur*. In una feneſtrarum legitur memoria præcipui benefactoris hoc modo: *Henricus van der Goes urbis Senator ac Præfectus ærarius, templum hoc, quod ære ſuo juvit extrui, hâc vitreâ juſſit illuſtrari an.* 1618. 1618. Templum Auguſtinianorum Conſecratur.

Tem-

Anno 1618. Templum hoc magnificè constructum exornârunt summi pictores. Tabula summi Altaris, quod in fine seculi præcedentis renovavit sculptor *H. Verbruggen*, picta est per *P. P. Rubbens*. Tabula Altaris in sinistro latere, repræsentans extasim S. Augustini per *N. Van Dyck*, & tabula Altaris in dextro latere, repræsentans martyrium S. Apolloniæ, per *Jac. Jordaens*. In lateribus habentur multæ tabulæ pictæ per *Jordaens*, *Coutsiers*, *Eykens* seniorem, *Van Erp* & alios.

Ornatus ejus

Carmelitæ Discalceati.

S. Theresia reformaverat Ordinem Carmelitarum non tantùm pro monialibus, sed etiam inter religiosos reformationem introduxerat, adjuvante in primis *S. Joanne à Cruce*, qui primus reformationem amplexus plura monasteria istius reformationis erexerat. Monasteria ista manebant subjecta Ordini & Generali Carmelitarum; sic tamen ut monasteriis illis darentur Priores, qui secundùm reformationem viverent ac regerent. Duravit id usque ad annum 1581., quando GREGORIUS PP. XIII. rogatus à PHILIPPO II. Hispaniarum Rege eos in totum ab Ordine sejunxit, concedens ipsis è suis Generalem ab Ordine independentem. Hoc deinceps anno 1593. confirmavit CLEMENS PP. VIII. per Bullam datam 29. maij. Hi reformati, qui se brevi ubique diffuderant, venerunt sub nomine *Carmelitarum discalceatorum*. Supervixit huic sejunctioni *Joannes à Cruce* præcipuus fundator annis decem; obiit enim an. 1591. 14. decembris ætatis 49.

Admittuntur Antverpiæ.

Ex hac reformatione Religiosi aliqui Antverpiam venerunt anno 1611. cum Anna de S. Bartholomæo ad fundandum monasterium monialium reformationis S. Theresiæ seu Theresianarum Hispanarum, & ab eo indubiè tempore

pore cœperunt dicti Religiosi agere, ut in hac civitate etiam admitteretur monasterium Discalceatorum. Anno 1618.

Inter illos autem, qui cum dictis Monialibus Antverpiam venerant, præcipuus erat Fr. *Thomas a Jesu*, tunc Prior conventus Bruxellensis & superior in Belgio conventuum Religiosarum dictæ reformationis, cujus curâ pro ipsis obtentus est omnis requisitus consensus & exstructum cœnobium. Is hoc tempore existens Provincialis pro viribus cœpit agere ad obtinendum etiam consensum pro admissione monasterii Discalceatorum. Et primò, cum sub auspiciis Principum nostrorum in Belgium venissent, ad eorum requisitionem obtinuit consensum Senatûs, & ad requisitionem Nuntii apostolici obtinuit consensum Episcopi JOANNIS MALDERI; & tandem recurrit ad Capitulum, à quo benignè exceptus consensum obtinuit hoc anno 1618. sub certis conditionibus seu concordato, quod conscriptum & utrimque subscriptum est 14. mensis maij, facto desuper Actu notariali, quem ex originali subjungo. à Senatu ... Episcopi Ex Capitulo.

„ IN NOMINE Domini Amen. Tenore „ præsentis publici instrumenti pateat evidenter „ & sit notum, quod anno à Nativitate Domini „ millesimo sexcentesimo decimo-octavo mensis „ verò maij die decimâ-quartâ, Pontificatûs „ sanctissimi in Christo patris & Domini nostri „ Domini PAULI divinâ providentiâ Papæ quinti „ anno decimo-quarto, in mei Notarii publici „ ac testium infrascriptorum præsentia contigisse „ omnia & singula, quæ in hoc instrumento „ narrantur & continentur. Sub hoc concordato. Ex Archivi Capituli.

„ Nos DECANUS & CAPITULUM ecclesiæ „ cathedralis B. Mariæ Antverpiensis universis & „ singulis præsentes litteras lecturis & legi audi„ turis salutem in Domino sempiternam.

Anno 1618.

„Pro parte Rdi Patris Fr. THOMÆ à JESU „Provincialis Carmelitarum discalceatorum in „superiori & inferiori Germania Nobis fuit pro-„positum, quod ad requisitionem serenissimarum „suarum Celsitudinum Senatus Antverpiensis, ac „deinde ad requisitionem illustrissimi Dñi Nun-„cii apostolici, in Belgio nunc agentis, reve-„rendissimus Dominus noster Episcopus Ant-„verpiensis, ad majorem Dei gloriam & proxi-„mi salutem, dictum sacrum Ordinem sub alas „suæ protectionis admiserint salvis concordatis „nobiscum ineundis. Ac proinde per eundem „nobis fuit supplicatum, ut mediantibus dictis „concordatis Nos etiam eundem Ordinem in „patrocinium nostrum suscipere ac erectioni „& consecrationi monasterii respectivè ac ecclesiæ „eorumdem consentire vellemus & dignaremur.

Prævio consensu Senatûs & Capituli.

„Et habitâ inter nos maturâ deliberatione „præviâ, desiderantes quantùm in nobis est Dei „gloriam promovere & proximorum saluti con-„sulere, & jus ecclesiæ nostræ aliarumque „parochialium ecclesiarum, dictæ nostræ ecclesiæ „tamquam matrici subjectarum, prout sub jura-„mento etiam tenemur, tueri, in locum eo-„rumdem monasterio ac ecclesiæ (nostro tamen „cum consensu) designandum, & in dictorum „Religiosorum monasterii exstructionem ac eccle-„siæ consecrationem sub conditionibus & pactis „infrascriptis, cum Supplicante tamquam dicti „Ordinis Provinciali & Rdo Patre Fr. FRANCISCO „à JESU nominato Vicario futuri conventûs „S. JOSEPH Antverpiensis, nomine totius Ordinis „dicti & futuri in hac civitate Conventûs, „initis, petitioni supplicantis consentiendum duxi-„mus, prout consentimus per præsentes & non „aliàs, aliter aut alio modo.

Consensus in erectionem monasterii.

„Ut pax & concordia inter ecclesiasticas præ-„sertim personas foveatur & conservetur, nec „futuris

Sub conditionibus sequentibus.

„ futuris temporibus ratione juris parochialis, Anno
„ nec non funeralium, administratione Sacra- 1618.
„ mentorum aliave de causa lis seu controversia
„ aliqua exoriatur, & ut nos perpetuis futuris
„ temporibus unà cum RR^{dis} PP^{bus} ac Fratri-
„ bus ordinis carmelitarum Discalceatorum eâ
„ quâ decet perpetuâ charitate conjungamur,
„ conventum est inter nos in eum, qui sequi-
„ tur, modum.

„ In primis quod fratres ordinis B. Mariæ 1. Non prædicabunt ante prandium.
„ de monte Carmelo, *Discalceati* nuncupati,
„ & eorum successores non habebunt in ullis
„ festis aut dominicis aut Rogationum diebus
„ conciones publicas aut congregationes sodali-
„ tatum in ipsorum ecclesia, conventu aut
„ alibi per totam civitatem toto tempore ante-
„ meridiano, exceptis diebus stationum illis per
„ Reverendissimum & Nos assignandis diebus,
„ Investituræ ac emissionis Professionis dictorum
„ fratrum ac festivitatum B. JOSEPH, B. TERESIÆ
„ ac aliarum dicti ordinis festivitatum & octa-
„ vis eorumdem, quibus Verbum Dei poterunt
„ prædicare non tamen eâdem horâ quâ Pasto-
„ res, & in eorum tantùm conventu, in quo
„ etiam post prandium prædicare festivis &
„ Dominicis diebus poterunt.

„ Tenebuntur etiam iidem Fratres in suis ser- 2. Prædicabunt circà frequentationem Parochiæ &c.
„ monibus & in populorum confessionibus ac
„ aliàs, quantùm iis fuerit possibile, exhortari &
„ informare populum ad frequentationem matri-
„ cis ecclesiæ & parochialium, ut in iisdem respec-
„ tivè divina officia & prædicationes suorum
„ Pastorum audire studeant; nec poterunt illud
„ omittere, quotiescumque ad id à Nobis fuerint
„ requisiti.

„ Item tenebuntur fratres prædicti assumere ex
„ eis viros litteratos, doctos & idoneos ad
„ officium prædicationis exercendum temporibus

 „ ad

Anno 1618.

„ad prædicandum iis concedendis : qui sic „electi tenebuntur in sermonibus eorum toties, „quoties pro parte nostra fuerint requisiti, informare ac instruere populum ad solvendum „matricis nostræ ecclesiæ decimas & oblationes „de jure & consuetudine eidem debitas juxtà „formam Constitutionis CUPIENTES *de pœnis* „*in Clementinis*, quam si non servaverint & iterum requisiti in proximo sermone negligentiam „suam non purgaverint, incurrent pœnas in „dicta Constitutione contentas.

[…]. à Quibus [a]bstinere debebunt.

„Item quoad administrationem Sacramentorum „præsertim Eucharistiæ & extremæ unctionis „infirmis administranda (domesticis Ordinis dumtaxat exceptis) nullatenùs se intromittent, & „servabunt Constitutionem clement. RELIGIOSI „*de Privilegiis*. Nec ulli quovis modo in suis „prædicationibus contravenient, Prælatis, Nobis, Curatis vel aliis nobis subjectis quomodolibet detrahendo, juxtà omnem dictæ Constitutionis tenorem sub pœnis in eadem contentis.

„Nec puerperarum benedictionibus se ullâ ratione admiscebunt; prout etiam tempore „Paschali quindecim diebus, quibus parochiani „in propria ecclesia tenentur Eucharistiæ Sacramentum suscipere, illud nulli administrabunt „præterquam Ordinis sui domesticis.

Circà con[fe]sarios.

„Præterea circà articulum de audiendis confessionibus sint ipsi fratres attenti ad hoc officium & salubre ministerium exercendum, ut „deputent seu eligant viros doctos & idoneos „pro confessionibus ejusmodi audiendis, juxtà „tenorem dictæ Constitutionis; ac illos sic „electos Episcopo præsentent, & ab eodem admissi in confessionibus audiendis servabunt dictam Constitutionem *Religiosi*; & tenebuntur „iidem electi, præsentati & admissi aut eorum

„Supe-

" Superior fidem Episcopo facere de potestate " absolvendi in casibus reservatis eis concessâ, " priusquam officium ejusmodi exercebunt. Anno 1618.

" Tenebuntur etiam prædicti Fratres singulis " annis in principio quadragesimæ nobis in " Capitulo existentibus eorumdem confessariorum " nomina in scriptis exhibere : & si contingat " aliquem ipsorum decedere vel à loco " recedere aut aliàs legitimè præpediri, tunc " in locum illius, si Fratres ipsi alium velint " habere, debebunt eundem nobis de novo " præscripto tempore nominare ; nemo tamen " eorum absque nostro etiam consensu in ec- " clesiis parochialibus Nobis subditis confessio- " nem poterit audire.

5. Quos singulis annis nominabunt Capitulo.

" Item quod iidem electi &, ut præfertur, " admissi in confessionibus dictos parochianos " pro viribus inducent, instruent & informa- " bunt juxtà formam constitutionis *Cupientes*, " ut ecclesiis præfatis de omnibus & singulis " juribus, decimis & oblationibus integrè satis- " faciant : nec non legata ecclesijs & perso- " nis ecclesiasticis relicta persolvant ; nec illa " aut aliàs injustè ablata in suos vel dictæ " eorum domûs usus ipsi Fratres quovis modo " convertent vel converti facere procurabunt, " juxtà Constitutionem *Religiosi* superiùs allega- " tam.

6. Observanda à confessariis.

" Subsequenter verò circà articulum de cor- " poribus defunctorum parochianorum & adve- " narum infrà limites seu terminos matricis & " aliarum nostrarum ecclesiastarum filiarum ejus " prædictarum pro tempore decedentium, ea " non admittent ad sepulturam in ipsorum " ecclesia aut monasterio, nisi decedentes ipsi " in vita sepulturam hujusmodi apud eos vel " eorum monasterium legitimè elegerint, de " qua electione plenam fidem nobis facere tene-

7. Observanda circà sepulturas.

 " buntur.

Anno 1618.

„ buntur per legitimum publicum instrumen-„ tum aut saltem duos testes fide dignos omni-„ que exceptione majores, aut nostro pro „ tempore deputato.

8. Non inducent aliquem ad eligendũ apud se sepulturam.

„ Nec aliquem ad eligendum apud eos sepul-„ turam ejusmodi inducent, aut per alium aut „ alios induci quomodolibet procurabunt publi-„ cè vel occultè, directè vel indirectè, quovis „ quesito ingenio vel colore: ipsique fratres „ ejusmodi aliàs sepelientes absque nostra licen-„ tia desuper petita & obtenta, tenebuntur „ corpora ipsa exhumare eaque nobis sepelienda „ restituere, si petiverimus, cum omnibus „ emolumentis ex tali sepultura ipsis obvenien-„ tibus, & insuper solvere summam centum „ florenorum de Florentia nostris usibus irremis-„ sibiliter applicandam, toties quoties contra-„ venerint.

9. Modus sepeliendi apud eosdem

„ Item si contingat aliquem juxtà prædicta „ apud illos eligere sepulturam, conformabunt „ se in omnibus religiosis D. Francisci in hac „ civitate degentibus; & deferetur tunc funus „ immediatè ad matricem nostram ecclesiam, „ Clero dictæ nostræ ecclesiæ funus associante, „ & in eadem matrice ecclesia exæquiæ, sep-„ tenarium & tricenarium celebrabuntur, & „ cedent nobis integraliter omnia jura funera-„ lia tam oblationum, ceræ, vestium seu „ pannorum sericorum & non sericorum equo-„ rum, quàm omnium aliorum & quarum-„ cumque aliarum rerum, quibuscumque no-„ minibus nuncupentur, in exæquiis, septe-„ nariis, tricenariis ejusmodi ratione funeris, „ tam in prædicta nostra matrice quàm dicto-„ rum fratrum ecclesia, quomodocumque vel „ qualitercumque obvenientium, & fabricæ „ nostræ ecclesiæ cedent integra jura sepulturæ. „ Nec licebit dictis fratribus ullo modo de &

„ super

„ super juribus & emolumentis funeralibus ejus- Anno
„ modi cum hæredibus talis defuncti vel ejus 1618.
„ testamenti executoribus componere, quòd id
„ nobis dumtaxat competat, & sic nobis etiam
„ volumus reservatum.

„ Et si fortè contingeret aliquem ex hæredi-
„ bus vel executoribus prædictis eorum, qui
„ apud dictos fratres elegerint sepulturam,
„ exæquias, septenarium & tricenarium hujus-
„ modi fieri facere negligere vel non curare,
„ eo casu statim idipsum tempestivè significabunt
„ Nobis, ut eosdem ad ea facienda compel-
„ lere & cogere viis & remediis juris possi-
„ mus.

„ Item iidem Fratres factioni seu ordinationi
„ quorumcumque testamentorum, codicillorum
„ seu ultimarum voluntatum quorumcumque
„ testantium decedentiumque vel infirmorum,
„ quos eos continget in futurum visitare, nul-
„ latenùs se intromittent, intererunt seu inter-
„ esse poterunt.

10. Non intererunt factioni testamentorum.

„ Et casu quo contingat, dictos fratres in-
„ stituere juventutem, tam scholæ quàm juven-
„ tus suberunt nobis & scholastico nostro pro
„ tempore instituti, sic ut eidem liceat juven-
„ tutem per eosdem instituendam visitare & exa-
„ minare, an etiam proficiant. Et Ludima-
„ gistri, antequam juventutem instituent, tene-
„ buntur dicto scholastico nostro in scriptis
„ attestationem suorum superiorum ostendere,
„ quâ eidem constet de admissione & idoneitate
„ dictorum Ludimagistrorum, prout etiam
„ cathalogum librorum singulis annis prælegen-
„ dorum eidem etiam tenebuntur, nec aucto-
„ rem aliquem prælegere poterunt, cujus ipse
„ non sit conscius.

11. Observanda si aperiant scholas.

„ Item Fratres prædicti non instituent aut
„ facient ullas Processiones extra septa dicti

12. Non instituent Processiones.

Anno 1618. ,, eorum monasterii absque speciali nostra licen-
,, tia desuper petita & obtenta.

,, Et ut mutua charitas inter Nos & Fratres
13. Celebrabunt Anniversarium. ,, præfatos perpetuò servetur, peragent singulis
,, annis solemne Anniversarium cum vigiliis &
,, missa defunctorum, quemadmodum pro
,, Priore alicujus ex monasteriis eorum peragere
,, soliti sunt, pro omnibus prædecessoribus
,, nostris defunctis & in futuris decessuris anno
,, quolibet mense octobri; & de eo tempestivè
,, nos certiores reddent, ut si nobis placuerit
,, per deputatos saltem nostros possimus ibidem
,, interesse.

,, Defuncto etiam Episcopo, Decano aut
14. Et missa defuncto Epis vel Can. ,, Canonico tenebuntur dicti fratres in eorumdem
,, ecclesia privatam Missam celebrare pro anima
,, defuncti.

,, Denique Nos omnes participes facient om-
,, nium suffragiorum Ordinis.

,, Quæ omnia & singula speciali ad hoc in-
Ratificatio præmissorum ,, dicto Capitulo in loco nostro capitulari
,, R^{dus} admodum Dominus Pater Fr. *Thomas*
,, *à Jesu* supplicans, tamquam dicti Ordinis per
,, Germaniam superiorem & inferiorem Provin-
,, cialis, & R^dus Pater Fr. *Franciscus à Jesu*
,, nominatus Vicarius Conventûs futuri Antver-
,, piensis, nomine totius in hac civitate Con-
,, ventûs dicti Ordinis, in præsentia mei No-
,, tarii publici, omni dolo & fraude seclusis
,, pro se & suis successoribus, nomine dicti Con-
,, ventùs, inviolabiliter semper observare promi-
,, serunt & promittunt per præsentes, cum
,, renunciatione cujuscumque beneficii seu privi-
,, legii restitutionis in integrum, rescissionis &
,, aliorum quorumcumque in contrarium facien-
,, tium, quibus præmissa impediri aut aliquâ
,, ratione in futurum annullari possent.

,, In

„In quorum omnium & singulorum fidem „& testimonium binis instrumentis inde per „Notarium ac scribam nostrum juratum simul „nobiscum subsignari mandavimus, & singuli „instrumentum unum recepimus & nobis reser- „vavimus.

„Acta fuerunt hæc omnia dictis RR. DD. „Decano & Capitulo ac RR. DD. Patre fra- „tre Thoma à Jesu Provinciali & R. Patre „fr. Francisco à Jesu nominato Vicario futuri „Conventûs S. JOSEPH Antvetpiensis in loco „eorundem Capitulari congregatis anno, men- „se, die & Pontificatu quibus suprà, præ- „sentibus ibidem Ludovico de Heuldre præ- „dicti Capituli Virgario & Georgio de la „Court testibus ad præmissa vocatis specialiter „& rogatis.

Subsignationes.

„JOANNES DEL RIO Decanus.

„JOANNES HEMELARIUS Canonicus & Actua- „rius.

„F. THOMAS à JESU Provincialis.

„F. FRANCISCUS à JESU Vicarius.

„De speciali mandato RR. DD.... & RR. „PP.... subscripsi & ... omnia sic con- „tigisse & partibus ... publicum instrumentum „inde confectum tradidisse manu propria attes- „tor, *J. Rinckens* Not. publicus."

Scholas non aperuerunt.

In hoc Concordato Articulo II. agitur de scholis & instituenda juventute, sicut in concordato PP. Augustinianorum suprà ad an. 1608. relato. Hinc conjicere licèt, dictos fratres in adventu suo intendisse aperire scholas & docere linguas sacras; verùm interrupta fuit hæc intentio & hactenùs munus illud non obiverunt.

Varia eorum domicilia.

Varias domus inhabitârunt dicti Patres antequam fixum & commodum domicilium invenirent. Habitârunt enim primò in loco &

„domo

Anno 1618.

domo, quam deinceps occupârunt & nunc quoque occupant moniales dictæ *de Luythagen*. Inde migrârunt in viciniam Hospitalis majoris. Illinc ad Plateam dictam *de Arenbergh-straet*. Denique sub annum 1627. ad forum granorum Brabanticum, ubi sedem fixerunt usque in hodiernum diem. Le Roy *Not. March. fol.* 44.

...b dissidium ...um Carmelitis.

Quòd autem Discalceati diu fuerint sine fixo domicilio, in causa fuit dissidium inter ipsos & FF. Carmelitas. Discalceati mox obtinuerant domum in loco *de Meer* contiguam monasterio FF. Carmelitarum, in quo tentarunt sibi monasterium erigere. Carmelitæ id ægrè ferentes nullum non moverunt lapidem ad hoc impediendum. Dissidium illud tribus annis duravit & tandem anno 1621. terminatum est in favorem Carmelitarum, & Discalceati coacti fuerunt alium sibi locum acquirere, quem tandem obtinuerunt in supra dicto fundo, dicto *Lammekens-Raem*.

...rchipresbyterat... unitur ...rsonatus de ...eyst.

Archidiaconatus dioecesis Antverpiensis, inter dignitates etiam in choro & Capitulo anno 1575. assumptus, jam dotatus erat, eique pro dote unitus fuerat Personatus *de Ba'laer*. At Archipresbyteratus & Pœnitentiaria, iidem in Capitulo ut dignitates assumpti & recogniti anno seculi hujus primo, necdum dotati erant. Vacabat autem hoc tempore Personatus *de Heyst*, qui vel tunc devolutus erat ad Episcopum vel saltem vacabat ad collationem ejus. Episcopus itaque MALDERUS considerans rationem exigere, ut dignitates honorarentur temporali aliquo proventu, & onus eisdem incumbens aliquo sublevaretur beneficio, dictum Personatum hoc anno Archipresbyteratui in perpetuum univit per literas, quas ex veteri manuscripto subjungo.

» JOAN-

„JOANNES MALDERUS Dei & apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Antverpiensis omnibus has visuris salutem in Domino. Anno 1618.

„Cum hactenùs Archipresbyteratus cathedralis nostræ ecclesiæ nullam dotem habeat, ratioque exigat, ut & ea Dignitas honoretur temporali aliquo proventu & onus ei incumbens aliquo sublevetur beneficio; atque in præsentia ad nostram collationem vacet Personatus de *Heyst* nostræ diœcesis per obitum D. *Henrici Costeri* novissimi illius & pacifici possessoris. Nos maturâ desuper habitâ deliberatione eundem personatum dicto Archipresbyteratui in perpetuum annectendum duximus, prout annectimus per præsentes cum omnibus suis juribus, proventibus & emolumentis: salvâ tamen portione canonicâ nostro & successorum nostrorum arbitrio ex iisdem proventibus pastori dicti loci taxandâ & desumendâ: jure interim nostro & alterius cujuscumque in omnibus semper salvo. Datum Bruxellæ Mechliniensis diœcesis die decimo sexto mensis martii anno Domini MDC. decimo-octavo. *Subscriptum*: Joannes Episcopus Antverpiensis. *Et inferiùs*: P. Coens Secretarius." Litteræ Episc. desuper.

Archidiaconus, sub cujus jurisdictione hic Personatus erat, consensum suum demùm præbuit mense sequenti, subscripsitque in præmissis Episcopi litteris hoc modo. Consensus Archidiaconi

„Et ego CORNELIUS DE WITTE Archidiaconus Antverpiensis consentio in supradictam annexionem. Datum Antverpiæ x. aprilis anno salutis MDCXVIII. *Subsignatum*: Cornelius de Witte Archidiaconus Antverpiensis."

Pœnitentiariæ deinceps etiam provisum est, eique annexus est Personatus de Wommelgem. Quo Pœnitentiariæ unitur personatus de Wommelgem.

Anno 1618. Quo autem anno id factum sit, necdum comperi.

Henricus Costerius Pastor Antv. HENRICUS COSTERIUS Bruxellensis, Protonotarius apostolicus, fuerat primò, ut quidam volunt, Pastor in Lokeren diœcesis Gandensis, dein Antverpiæ ad D. Virginem Parochus, id est unus è duobus Pastoribus, qui sub Plebano parochiam cathedralis administrabant. Dein Ecclesiæ S. Gertrudis Bergizomensis Decanus ultimus. Posteà Canonicus & Scholasticus ad S. Gudulam Bruxellis. Homo erat acri sed maligno ingenio. Dedit *modum orandi Deum* Antv. typis Plant. in 24. *Preces in vitam B. Virginis Mariæ* Antv. in 12. *Vitam S. Gregorii Martyris* vernaculè Antv. apud Verdussium in 12. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 441. His addit D. Paquot *Mem. litt. VII. pag.* 222. *Vitam S. Fredegandi confessoris* Antv. 1593. 12. & sub dubio *Historiam antiquitatis & progressûs fidei catholicæ in Belgio.* Antv. Verdussen 1591. 12. utramque vernaculè. Asserit quidem hoc esse opus *Henrici Costeri*, qui fuit pastor in Lokeren annis 1587. & 1588., sed dubitat num sit idem, de quo hìc agitur. Fer. Locrius *Chron. Belg. pag.* 81. adscribit ipsi *Arborem Sanctorum monasterii S. Bertini.* sed non notat, an extet impressus an Ms. Dedit Costerus insuper *Microcosmum seu parvum mundum* Antv. apud Keerbergium 1592. 4. cum fig. & *Apologiam creaturarum* ibid. Plant. 1592. 4. cum figuris. Moritur Vilvordiæ post octennem captivitatem hoc anno 1618. dominicâ secundâ quadragesimæ, inediâ voluntariâ extinctus. Hic est idem *Henricus Costeri* qui, ut suprà vidimus ad an. 1593., attulerat Reliquias S. Fredegandi & de quo fit mentio in præmissis litteris, qui possederit Personatum de *Heyst*, & per cujus obitum, qui accidit pauco tempore ante datas dictas litteras, Personatus iste vacaverit.

Vix

Vix octo annis admissum erat in hac civitate monasterium monialium Carmelitarum reformationis inductæ per S. Teresiam, cum ecce aliud ejusdem instituti cœperit fundari in hac civitate anno 1619. Cœpit autem fundari viâ *de Hofstraet*, ubi aliquantulum hæserunt moniales, donec opportuniorem locum invenerunt viâ *het Hop-lant* juxtà mœnia, in quo monasterium exstruxerunt, quod hodieque inhabitant. Anno 1619. Teresianæ Angliæ.

Fundavit cœnobium hoc quædam nobilis matrona Angla, quæ pietate ducta ergà hoc institutum, cum intentum suum exequi non posset in Anglia, in qua dominabatur hæresis, exequi illud voluit in hac civitate, pro filiabus tamen Anglis. Unde & usque in hodiernum diem omnes Anglæ sunt, & directorem seu confessorem suæ linguæ habent. Et vel inde moniales istius cœnobii vulgò dicuntur *Teresianæ Angliæ*, & aliæ, quæ priùs admissæ fuerant, ad distinctionem vulgò dicuntur *Teresianæ Hispanæ*. Teresianæ Angliæ sunt sub jurisdictione Episcopi, Hispanæ verò sub cura Discalceatorum. Ex hoc Teresianarum Anglarum cœnobio prognata sunt Lirense & Hoogstratanum. Fundatrix.

Vidimus suprà ad annum 1607. dissentionem subortam fuisse inter Capitulum cathedrale & PP. Jesuitas, idque occasione Capellæ, quam hi sine illius consensu construere cœperant in domo Anglicana, ad quam *Gymnasium* transtulerant. Dissentio hæc hactenùs sopita non erat, quin potiùs aucta occasione magnifici templi, quod à quinque annis extruere cœperant ad domum Aquensem, quæ jam à tribus annis erecta erat in domum professam. Diuturna ista dissentio hoc anno feliciter terminata fuit per novum Concordatum, in quod partes convenerunt, & compleverunt per Actum notarialem desuper confectum, quem utrinque appensis Dissentio inter Capitulū & Jesuitas terminatur.

sigillis

Anno 1619.

sigillis subsignarunt die 26. augusti hujus anni 1619. In illo Concordato Capitulum inter alia plura privilegia Patribus concedit plenissimam potestatem construendi ecclesias non tantùm in domo professa & collegio, sed etiam in aliis locis, quæ deinceps in hac civitate obtineret Societas. Concordatum illud subjungo ex originali.

Per novum concordatum

Ex Archivis Capituli.

„IN NOMINE Domini Amen. Noverint „universi & singuli præsentes litteras visuri, „lecturi aut legi audituri, quod anno Nativi„tatis Dñi millesimo sexcentesimo decimo-no„no, die vigesimâ sextâ augusti, reverendi „ac venerabiles Dñi DECANUS & CAPITULUM „cathedralis ecclesiæ B. Mariæ Antverpiensis „ex unâ, & reverendi patres JACOBUS TI„RINUS Præpositus domûs professæ Societatis „Jesu & FREDERICUS TASSIS Rector Collegii „ejusdem Societatis in eadem civitate Antver„piensi ex alterâ partibus, tam pro se quàm „pro successoribus suis, pro quibus de rato „promiserunt, tractantes super erectione eccle„siarum tam pro domo professa quàm pro „dicto Collegio, & pro eis, quæ adhuc „successu temporis pro dicta Societate Jesu „erigi Antverpiæ possent, convenerint & con„cordarint sub punctis & clausulis subsequenti„tibus.

Circà erectionem ecclesiarum.

„In primis prædicti patres Societatis Jesu, „qui nunc sunt aut futuris temporibus erunt, „nullas Conciones idiomate flandrico diebus „dominicis aut festis ante meridiem in suis tem„plis instituent, excepto festo Circumcisionis „Domini, Annuntiationis, Visitationis & „Conceptionis B. Mariæ, item BB. Ignatii, „Xaverii, Aloïsii & Stanislai, & nè tunc „quidem eâ horâ, quâ pastores ad populum „concionari solent.

Circà tempus concionum.

„2. Mo-

Anno 1619.

„ 2. Monebunt & adhortabuntur populum „ tam in concionibus quàm in confessionibus, „ ut quisque in suis parochiis divinum officium „ frequentet, & jura consueta & debita & „ legata pia ecclesiis persolvat.

Circà monitiones defrequentanda Parochia.

„ 3. Nullum sive incolam sive alienigenam „ admittent ad sepulturam, nisi apud eos elegerint, ac de eâdem electione amici per publicum instrumentum aut duos testes fide dignos Domino Plebano aut ejus vicario fidem „ fecerint : & nè tunc quidem, nisi salvo „ jure communi & salvis juribus & consuetudinibus cathedralis sive parochialis ecclesiæ, „ Capituli & fabricæ; & ut exequiæ omniaque „ funeralia in ecclesia cathedrali celebrentur, „ & inde funus à Clero dictæ ecclesiæ (nisi „ fortè cadaver ante inhumatum fuisset) ad „ templum Societatis deducatur.

Circà sepulturas.

„ 4. Processiones solemnes per plateas non „ instituent sine venia reverendissimi Domini „ & Capituli : quod tamen ex nunc illis pro „ parte Capituli conceditur pro primâ vice, „ cum B. Pater Ignatius canonizatus fuerit.

Circà processiones.

„ 5. Ad fovendam mutuam charitatem placebit dictis patribus orare pro Dominis de „ Capitulo & eosdem inter suos benefactores „ reputare : & placebit Dominis de Capitulo vicissim memores esse mutuæ charitatis.

Circà mutuam charitatem.

„ 6. Deniquè curabit prædictus Præpositus & „ Rector hæc pacta à suis omnibus observari, „ & à suo Provinciali eadem intrà mensem approbari & confirmari ac propriis singulorum „ sigillis communiri.

Circà observantiam præmissorum.

„ Promittentes antedicti Domini R. D. Joannes del Rio Decanus dicti Capituli & R. „ D. Cornelius de Witte Archidiaconus,

„ nec

Anno 1619.

„ nec non R. D. ZEGERUS VAN HONTSUM „ Pœnitentiarius ad hunc actum specialiter à „ *Dominis de Capitulo* deputati , & Reverendi „ patres JACOBUS TIRINUS Præpositus & FRE- „ DERICUS TASSIS Rector in manu mei No- „ tarii publici , sub fide eorum loco juramenti, „ omnia & singula suprascripta inviolabiliter in „ omnibus suis punctis & clausulis perpetuò „ observare. Et in majorem confirmationem , „ ac robur omnium , & singulorum præmisso- „ rum verificationem supra nominati Domini sigil- „ lum Capituli , & præscripti patres sua singuli „ sigilla præsentibus jusserunt appendi.

„ Acta fuerunt hæc in domo prædicti Do- „ mini Decani anno , mense & die quibus su- „ prà , præsentibus ibidem Georgio de la Court „ & Petro Nys testibus ad præmissa vocatis , „ & me Henrico Rinckens prædicti Capituli „ Notario præsente , excipiente & subscriben- „ te. "

Subscriptiones.

Infrà legebatur : „ *J. Del Rio* Decanus. *Cor-* „ *nelius de Witte* Archidiaconus. *Zegerus van* „ *Hontsum* Pœnitentiarius. *Jacobus Tirinus* Præp. „ Societ. Jesu. *Fredericus Tassis* Rector S. J. „ Probo *Carolus Scribanus* Provincialis. De „ mandato Reverendorum ac Venerabilium Do- „ minorum Decani & Capituli præfatorum *H.* „ *Rinckens* Not. publicus. "

Impeditur nè Jesuitæ Ecclesiam construant in Collegio.

Ex parte religiosorum.

Post hoc Concordatum & plenissimam in eo concessam Patribus facultatem construendi ecclesias , cum deinceps intenderent Patres erigere ecclesiam in Collegio in domo Anglicana , erectioni illi sese opposuerunt alii hujus Civitatis religiosorum Ordines , offerentes desuper Libellum supplicem Episcopo , petentes ut erectio ista impediretur in vim Bullæ pontificiæ , nuper emanatæ super erectione ecclesiarum conventuum religiosorum in civitatibus.

Vidi

Vidi Libellum supplicem offerendum senatui ex parte Pastorum, magistrorum fabricæ & parochialium ecclesiarum hujus civitatis; Ille quem vidi subsignatus erat per Pastorem & vice-pastorem S. Georgii, per quatuor Presbyteros ejusdem ecclesiæ ac quinque seculares indubiè magistros fabricæ &c. Initium autem illius sic sonat. *Verthoonen reverentelÿck d'onderschreven Heeren Pastoors, Kerck ende Capel-meesters, mitsgaders de parochianten van de parochiale Kercken deser stadt; hoe dat tot hunder kennisse gecomen is, dat de Paters van de Societeyt in't Engels-huys van intentie souden wesen iersdaeghs voorts te vaeren met de bauw van hunne nieuwe Kercke; gelyck sy soo by de twee requesten, die sy aen sijne Hoochweerdicheyt den Bisschop deser stadt tegens ende tot laste van de eerw. Paters Minrebroeders onlancx hebben gepresenteert, als by de groote en continuele devoiren, die sy onder de dienende deser stadts Leden dagelycx syn doende, opentlyck laten blycken...* Conclusio. *Ootmoedelyck biddende dat U. E. goede geliefte sy, de parochiale Kercken deser stadt te protegeren ende de bouw van de voors. nieuwe Kercke te helpen beletten... d'welck doende &c.* An autem hic libellus oblatus sit à singulis Pastoribus & magistris fabricæ &c., compertum non habeo. Interim in dicto Collegio hactenùs non habetur ecclesia, sed tantùm quasi domesticum sacellum seu aula domûs communis accommodata ad celebrationem missarum &c.

Anno 1619.

Ex parte parochiarum.

Cum post revolutionem religionis in regno Angliæ multa in variis locis erigerentur Collegia seu Seminaria tùm pro Anglis tùm pro Hibernis, etiam in hac civitate hoc anno 1619.

Erigitur Collegium Hibernorum.

 cœpit

Anno 1619. cœpit fundari Collegium pro ſtudioſis hibernis; quod hodieque ſubſiſtit.

Fundator. Reverendus ac nobilis vir Dominus LAURENTIUS SEDGRAVIUS ſacerdos Hibernus, Vice-præſes collegiorum Hibernorum in Belgio & Superior nationis ſuæ, in hac civitate hoc anno emit fundum, in quo collegium cum oratorio conſtructum eſt, pretio 8130. florenorum, in eoque inhæredatus eſt 7. julii. Majorem partem ſummæ iſtius numeravit tempore inhæredationis, relictâ ſummâ 2790. ad reditum ſoluturus canonem annuum.

Progreſſus ejus. Fundum hunc & ædificia aptavit habitationi ſacerdotum & ſtudioſorum Hibernorum, ac moriens anno 1633. 24. januarii, condito teſtamento, reliquit uſibus dictorum ſacerdotum & ſtudioſorum. Hæredi *Jacobo Talbot* nepoti ſuo demandavit dicti collegii curam, quam jam anteà cum avunculo geſſerat, cum onere ſolvendi canonem annuum ſuprà memorati reditûs.

Succeſſit itaque in regimine dictus *Jacobus Talbot*, ad quod ſecundo poſt obitum avunculi anno pro novis erigendis ædificiis plures notabiles pecuniæ ſummas levavit ad reditum. Cum autem ſumptus ædificiorum ultrà intentum progrederentur, ita ut ſolvendo non eſſet, obrutus à creditoribus deceſſit in Hiberniam anno 1641., inde quæſiturus, quo creditoribus ſatisfaceret. Id autem brevì ad executionem ducere non potuit, ob exortum in Hibernia bellum inter catholicos & acatholicos.

Interim curam Collegii geſſit D. *Nicolaus Euſtachius*, qui plurimas difficultates ſuſtinuit à creditoribus uſque ad annum 1650., quando omnes glorioſè ſuperavit per ſententiam à Senatu latam 30. aprilis. Unde & Senatus huic Domino teſtimonium ſcribens 17. julii 1653. teſtatur,

testatur, industriæ ejus merito adscribi debere, quod seminarium pro debitis D. Talbot nationi hibernicæ non sit ereptum. Ita notitiæ desumptæ ex schedis loci mihi communicatæ: in quibus etiam notatur, Regem Hispaniarum ad usum hujus Seminarii olim contulisse 5000. florenorum; verùm annus istius doni non indicatur. Anno 1619.

Cæterùm Domus hæc hoc seculo nacta est præcipuum benefactorem prædivitem Dominum *Ludovicum di Coninck* incolam & civem hujus civitatis, qui ultrà particularia beneficia fundum auxit, onera æquitavit, amortizationem procuravit & præcavit, nè unquam impositerùm domus redditibus gravari possit. Præcipuus benefactor.

Hoc anno 1619. 17. novembris obiit BERNARDUS BAUHUSIUS Antverpianus Soc. Jesu sacerdos. Memoriâ in primis excelluit, quam in concionibus, quas Lovanii ad S. Michaëlem & alibi frequenter habuit, plures admirati sunt. Edidit *Epigrammata selectiora* typis Plant. 1615. & 1619. 12. In his *Protheus Parthenius* sive versus de Virgine Deipara. Fratrem habuit *Gisbertum Bauhusium* Carthusianum Lovaniensem (aliqui scribunt Zutphaniensem) Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 134. Bern. Bauhusius Jesuita.

ALEXANDER CAROLUS DE TROGNEY sive Trognesius Antverpiensis, Bibliopolarum ibidem filius & frater, J. U. Doctor anno ætatis 25. renuntiatus est sacrisque initiatus. Tum Protonotarius apostolicus, Eques ordinis militaris N. D. de redemptione captivorum, Præpositus titularis ecclesiæ collegiatæ S. Werenfridi Elstensis in Gelria: Romæ quoque obtinuit Canonicatum in metropolitana Ultrajectensi & Archidiaconatum ibidem majorem. Dum autem eo titulo Jurisdictionem in clerum Batavicum exercere molitur, dissidiorum ibi magnam cau- Alex. Ca Trognesius J. U. D.

Anno 1619. ſam dedit ; & anno hoc 1619. à Nuntio Bruxellenſi ulterioribus functionibus interdictus eſt. Quædam edidit juvenis, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. fol.* 44.

1620. Anno 1620. in hac civitate erectus eſt MONS PIETATIS. Montes iſti pietatis erecti ſunt in levamen pauperum, ut nempè minorem canonem ſolverent pro mutuo acceptis, quàm ante ſolverant Lombardis, qui erant privati authoriſati à Principibus ad mutuandum quibuſvis petentibus. Cum pecuniæ non haberentur ad conſtructionem ædificiorum neceſſariorum & mutuo dandas ; in eum finem levari debebant pecuniæ ad reditum ſub canone annuo ad nummum XVI. Et conſtitutum eſt, ut Montes ſic erecti à mutuo petentibus primo anno reciperent quindecim in centum & ſecundo anno tantùm duodecim, ſpe fore ut ſic ſenſim imminueretur canon à montibus exigendus.

Mons pietatis erigitur.

Interim quæſtio diu multumque agitata fuit etiam publicis ſcriptis, num hic modus erigendi montes pietatis immunis eſſet à vitio uſuræ. Tandem anno 1618. erectio montium modo prædicto decreta fuit per Principes Belgii ALBERTUM & ISABELLAM, accedente aſſenſu unanimi Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Univerſitatum ac theologorum. Decretum eorum deſuper pro erectione Montis pietatis Bruxellis refert Sanderus *Brab. illuſt. Tom. III. pag.* 382. & ibidem indicat decreta eodem anno data pro erectione Montium in aliis Brabantiæ civitatibus. Erectio autem Montis-pietatis in hac civitate facta eſt hoc anno 1620.

Difficultates deſuper motæ.

Cæterùm cum Montes-pietatis, inquit Sanderus *loco citato*, per annos aliquot ſine noxa ſui, publicis indigentium neceſſitatibus ſubveniens,

Adverſitates.

niens, in primæva sua institutionis integritate permansissent, per causas quæ evitari non potuerunt, per injurias quoque temporum, cladesque urbium & provinciarum, quæ in potestatem hostium, præsertim Francorum, devenêre; per truculenta denique ac diuturna bella tandem noxam passi non potuerunt omne punctum implere, quod in primæva sui institutione polliciti fuerant. Unde cum varia incommoda, cum non modico etiam particularium non paucorum detrimento, oborta fuissent, *Carolus Cobergius Wenceslai* filius supremus post hunc etiam Montium Præfectus omnem protinùs movit lapidem, quo salubre hoc Reip. institutum pristino suo vigori & integritati restituatur. Ita *Sanderus*, qui mediante seculo elapso scribebat. Cæterùm sciunt omnes, qui ad erectionem Montium pecunias suas contulerunt ad ratam nummi XVI., ad quotum nummum hoc tempore percipiant.

Anno 1620.

Præfectus supremus Wenceslaus Coebergher Architectus.

Montes isti instituti sunt comprimis industriâ ingenioque clarissimi viri WENCESLAI COEBERGHER Antverpiensis pictoris & architecti, qui in citatis super erectione Montium Principum litteris nominatur, & auctoritatem accipit tamquam supremus Montium Præfectus. Is lustratâ Italiâ magistros coluit utriusque artis peritissimos, quibus non impar effectus Antverpiam rediit. Inde Bruxellis larem fixit, à serenissimis Principibus Alberto & Isabella *Consiliarii* domestici nec non *Pictoris* & *Architecti* titulis honoratus. Cum autem anno 1618. ab iisdem Principibus constitutus esset supremus Montium Præfectus & obloquia non cessarent, composuit & vulgavit an. 1621. Mechliniæ typis Henr. Jaeye 4. *Apologiam ofte beschermredenen teghen het kekelen van de onredelycke*

Anno 1620. *vyanden ende oock de tegen-raeders van de Berghen van Bermhertigheyt.* Insuper alia quædam composuit, quæ verosimiliter manuscripta interierunt, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1162. Ubi hoc memorabile de ipso refertur, quod in Flandria occidentali apud Dunkercam & Bergam S. Winoci bono publico præstitit, dum paludes fœtentes exsiccavit & lacus plurimos in oceanum eduxit. Illius quoque industriâ erectum est magnificum Sacellum B. M. in Monte-acuto aliaque templa ac monasteria Bruxellis & alibi. Obiit Bruxellis anno 1630. sepultus apud FF. Minores in sacello Portiunculæ, ubi ante incendium anni 1695. legebatur ejus epitaphium, quod refert Fop. *Bibl. Belg. ibid.*

Conventicula heterodoxorum Antverpiæ. Licèt quarto post reductam civitatem anno plerique calvinistæ decessissent, semper tamen aliqui remanserant, qui identidem conventicula tenebant & ad prædicationes conveniebant in occulto. Invigilabatur quidem continuò, sed propterea non desistebant. Unde res hæc tandem delata fuit ad Aulam tamquam plena periculo. Scripserat desuper nuper Archidux ad Senatum Antverpiensem commendans vigilantiam. Nunc autem, cum delatum esset ad Aulam, quod circiter ducenti convenissent in domum ad ripam Schaldis sitam, & tempus Induciarum, sine spe obtinendæ pacis, brevì finiretur, adeoque conventicula tam numerosa perniciosa esse possent, iterùm scribunt Principes desuper litteras, quas subjungo.

Principes desuper scribunt ad Senatum. *A TRES CHERS & bien amez les Escoutette, Bourgemaistres, Eschevins & Conseil de la Ville d'Anvers.*

LES ARCHIDUCQZ:

Chers & bien amez nous somes advertiz, que proche de Sanders-gat *lieu en notre Ville d'*Anvers, *en certaine maison, ayant pour enseigne la*

la ville de la Haye en Hollande, l'on auroit diverses fois faict la presche, où se seroient trouvez presens jusques à deux cens personnes de notre ville d'Anvers. Et quoy que nous ne doubtions de vos bons debvoirs & diligences pour empescher semblables conventicules des heretiques, mesmes pour vous y avoir exhorté par noz precedentes; si est ce que pour venir c'est advertissement de personnage zelé, & par ce que l'on pourroit craindre quelque inconvenient & surprinse des assemblées, qui se font en si grand nombre & proche le haven & kay de notre Ville, Nous vous en avons voulu advertir & joinctement ordonner, qu'y prenniez soigneuse garde, & ayez l'œil sur le nouveau louagier de la ditte maison, qu'entendons estre de la mesme secte, qu'estait son predecesseur ja party vers Hollande, y apportant les remedes, que jugerez convenir: & nous avertissant de ce qu'en aurez descouvert, apres que vous en aurez secretement informé. Et Dieu vous ait, chers & bien amez, en sa Ste garde. A Bruxelles le premier d'avril 1620. *Signé ALBERT.* Plus bas. *De La faille.* Anno 1620.

Hoc anno 1620. ADRIANUS VAN MEERBEEK Antverpianus, Scholaster primò in *Bornhem*, dein in oppido Alostensi, à se in gratiam potissimùm catholicorum belgarum vernaculè conscriptum vulgavit typis Hieronimi Verdussen, senatuique Antverpiensi dicavit, *Chronicum rerum toto orbe gestarum* in fol. ab anno 1500. usque ad hunc annum 1620. Ea potissimùm accuratè fideliterque recensendo, quæ in Belgio contigerunt, dein quo è manibus excuterentur *Emmanuelis van Meteren* cæterorumque id genus memoriæ & historiæ, qui partibus plus æquo favent, in Ecclesiam romanam Principesque Catholicos plurimùm maledici. Dedit etiam Adrianus van Meerbeek Historicus.

Anno 1620. *Funus* ALBERTI Belgarum Principis &c. latinè, gallicè & flandricè, Bruxellis vulgatum 1622. aliaque, quæ vide apud D. Paquot *mem. litt. XII.* 140.

J. B. Castelet Canonicus. JOANNES BAPTISTA CASTELET S. T. L. Bruxellensis quidem nativitate sed Antverpiensis in Cathedrali Canonicus, edidit hic vernaculè hoc anno 1620. *Stella maris pro omnibus christianis aberrantibus*, sive *Declaratio brevis præcipuorum articulorum fidei &c.* typis Guil. à Tongris 8.

1621. Finis Induciarum. Initio anni 1621. timore agitabatur totum Belgium, eò quòd brevi expiraret duodennium Induciarum sancitarum anno 1609. : toto enim illo tempore sanciri non potuerat pax, ad quam ultimò invitati sunt Fœderati Ordines mense martio hujus anni 1621., misso ad eos per Principes belgii *P. Peckio* Brabantiæ Cancellario, sed frustrà : & consequenter resumendum erat bellum luctuosum, quod tanto tempore duraverat.

Moritur Albertus Princeps Belgii. Sed ecce dum Belgium ita turbatum est, & Princeps noster Archidux ALBERTUS omnia parat ad resumendum bellum, princeps ille diem claudit extremum 13. julii hujus anni 1621. nullâ relictâ prole, dolentibus subditis, quibus se perquam amabilem exhibuerat. Sepultus est Bruxellis in templo D. Michaëlis & Gudulæ humi ante gradus altaris Ven. Sacramenti sine ullo epitaphio aut sublimi monumento. Verùm ejus loculo plumbeo inserta est hæc inscriptio, quæ refertur apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. I. pag.* 630.

Inscriptio in loculo. *ALBERTI Archiducis Austriæ, Burgundiæ Brabantiæque Ducis, Belgarum Domini & Imperatorum* Maximiliani II. & Ferdinandi I. *Augustorum filii nepotisque*, Elisabethæ-Claræ-Eugeniæ, Philippi II. *Hispaniarum Indiarumque*

rumque monarchæ filiæ, mariti; pietate, justitiâ, clementiâ magni & æternùm memorandi Principis exuviæ, immortalitatis gloriam beatæ resurrectionis spe hìc expectant. Vixerat annos LXI. menses VIII. *diem I., Rexerat religiosè prudenterque annos XXV. Obiit verò christiani Principis exemplar anno christiano MDCXXI.* III. *idus julii.*

Anno 1621.

Altero post ALBERTI obitum die ISABELLA conjux suâ sponte, nemine hortante aut suadente, comam omnemque ornatum deposuit; capillitium per unam, quæ à cubiculi cura erat, sibi præscindi jussit; principales quas habebat vestes exuit; medioque in luctu, de sua magìs salute quàm de hominum sermonibus aut judiciis solicita, cinericiam S. Claræ tunicam induit; more monialium funiculo se cincit & ex eo rosarium, ut vocant, ad pensum Deo ac Deiparæ quotidiè solvendum, velut monile quoddam pretiosum suspendit. Mansitque ea in re constans usque ad extremum vitæ spiritum; quin imò & in humili ac paupercula ista S. Francisci veste sepeliri voluit. Ita Miræus *Chron. Belg. pag.* 476.

Isabella assumit habitum S. Claræ.

Pia hæc matrona supervixit usque ad annum 1633., quando 1. decembris obiit & sepulta fuit juxà maritum. Utriusque Anniversarium celebratur quotannis in Cathedrali Antverpiensi regali pompâ cum missa quotidiana pro animabus eorum.

Utriusque Anniversariū in cathed. Antv.

Cum *Albertus* obiisset sine liberis, Regiones hæ, sicut stipulatum erat in cessione earumdem, devolutæ sunt ad PHILIPPUM IV. Hispaniarum Regem. Perseveravit tamen gubernare ISABELLA. Inauguratio autem Philippi demùm solemniter peracta est 1. aprilis 1623.

PhilippusIV. Hisp. Rex marchio.

Batavi seu Hollandi, post obitum ALBERTI Archiducis insolentiores facti, Rhenum atque accolas

Resumpto bello.

Anno 1621. accolas ſubigere moliebantur. Ut hoſtium conatibus obſiſteret ISABELLA, *Ambroſium Spinolam* menſe auguſto cum exercitu inſtructiſſimo trans moſam miſit; & *Juliacum* obſideri juſſit: quod poſt aliquot menſium obſidionem demùm anno ſequenti februario ineunte noſtris eſt deditum.

Moniales fugiunt ad civitates. Cum recrudeſcente bello rurì tutò non ageretur, Religioſæ, quæ rurì monaſteria inhabitabant, ad civitates confugerunt, imò ad cœnobia ſua deferenda compulſæ ſunt per Epiſcopos. Inter eas, quæ Antverpiam confugerunt, tres ibidem pedem fixerunt, nimirùm *Dominicanæ*, Canonicæ regulares de *Ooſt-mal* & moniales Vallis S. Annæ dictæ *de Luythagen*.

Dominicanæ ex Tamiſio. Et in primis advenerunt DOMINICANÆ, quæ uſque modo hìc ſedem habent. Earum adventum, fundationem & progreſſum deſcribit B. de Jonge *Belg. Dominic. pag.* 256. *& ſeqq.* Advenerunt itaque 18. aprilis hujus anni 1621. ſedecim religioſæ miſſæ à *Catharina Brys* Prioriſſa monaſterii Dominicanarum Tamiſienſis in Flandria, ut ſibi de refugio durante bello providerent. Adventantes à cive quodam *Jacobo Forminos* hoſpitio receptæ ſunt. Die 20. ejuſdem menſis acceſſerunt Epiſcopum, qui eas benignè excepit, illiſque licentiam conceſſit confitendi peccata ſua confeſſario ex ordine Prædicatorum. Poſt ſex hebdomadas conduxerunt domum quandam dictam *den Dom van Ceulen* propè conventum FF. Minorum, & in illa ſcholam puellis inſtruendis erexerunt.

Et hoc initium eſt cœnobii Dominicanarum in hac civitate. Notat autem ſtudioſè prædictus Auctor, cœnobium hoc nullos habuiſſe fundatores aut fundatrices ſeculares, ſed Dei dirigente gratiâ ad deſideratum perveniſſe ſucceſſum.

Die 5. maij emerunt domum Domini de Berchem nuper defuncti, quæ indubiè eadem est, quam hodieque inhabitant. Ad eam transmigrârunt die 6. septembris ejusdem anni, in eaque die 8. primum Sacrum celebratum est. Anno 1624. 21. febr. filiam Annam van de Moer ad habitum admiserunt: at elapso anno novitiatûs, quæstio suborta est, num hic, num Tamisiis professionem emitteret. Hinc Antverpienses occasionem ceperunt se separandi à Tamisiensibus, & desuper contractus cum illis conclusus est 3. martii 1625., quem cum Litteris consensûs Episcopi Gandensis ad Episcopum Antverpiensem detulit Priorissa Tamisiensis; quibus visis Episcopus Antverpiensis contractum separationis approbavit ultimâ ejusdem mensis, & dictas moniales in suam curam & jurisdictionem excepit. Die 7. aprilis Episcopus facultatem dedit eligendi Priorissam, & electa est sr. *Sara der Kennis*, quæ hic hactenùs fuerat Vicaria; ac 21. aprilis Anna van de Moer prima professionem emisit.

Anno 1621.

Pedem figunt in hac civitate.

Sub jurisdictione Episc.

His positis Religiosæ convenerunt de introducenda stricta clausura; in quam solemniter introductæ sunt 24. maij 1626., solemne sacrum celebrante *Zegero van Honsum* Pœnitentiario, sermonem dicente *Ferdinando Delbove* Dominicano Antverpiensi, dein nominato ad Episcopatum Tangrensem. Ad illam clausuram se obligârunt voto anno 1628. Die 3. julii 1626. prima religiosa obiit, quâ occasione oratorium & cemeterium benedicta sunt & assumpta in patronam *S. Catharina* Senensis. Oratorii istius Altare ornavit famosus pictor *Antonius van Dyck* tabulâ repræsentante Jesum Crucifixum, S. Rosam & S. Dominicum.

Vovent strictam clausuram.

Religiosæ hæ manserunt sub jurisdictione Episcopi usque ad 17. novembris 1635., quando Gaspar

Episcopus jurisdictionem transfert in Prædicatores.

Anno 1621. Gaspar Nemius jurisdictionem abdicavit & transtulit in Provincialem Prædicatorum, qui eam libenter acceptavit & exercet huc usque. Vide De Jonge *loco citato*.

Canonicæ regulares ex Oost-mal. Canonicæ Regulares monasterii fundati in *Oost-mal* similiter hoc anno in hanc civitatem confugerunt, & cum per triginta annos in refugio egissent, admissionem obtinuerunt anno 1651., quo pedem fixerunt usque in hodiernum diem. Subjicio hìc, quæ de origine & progressu harum monialium refert Baro Le Roy *Not. March. fol.* 211.

De monasterio, inquit, Oost-mallensi scribit Joannes Hoybergius Prior cœnobii Corsendoncani in Notationibus suis in Corsendoncam Joan. Latomi, ex quo ista.

Origo & progressus earu. *De fundatione hujus nihil certi habere potui, quàm quod anno* 1494. *à quodam indigena ejusdem pagi Oost-mallensis Joanne van der Schuren, fratre Germano cujusdam Ægidii Corsendoncæ anno* 1450. *professi & ibidem cum certa sanctitatis opinione anno* 1483. *defuncti, initium acceperit: primas virgines ad leges regulæ S. P. Augustini informante Henrico Orshagio Corsendoncano pariter Canonico & hujus novæ domûs Initiatore & Rectore. Continuâ insuper serie hoc monasterium regimini Corsendoncensium subjectum fuit usque ad annum* 1616., *quando Rutgerus Trutius Prior, nescio quibus monialium precibus (quibus ob nimium senium facilè seduci potuit) morem gerens, omnem jurisdictionem, quam ex privilegio sedis apostolicæ in illas habebat, dicitur abdicasse: atque exinde Paulus Schooffius Prior Rubeæ-vallis ex electione ipsarum monialium omnem auctoritatem in easdem sibi assumpsit; Capitulo Windesemensi incorporari curavit & primum ex suo conventu illis Rectorem præfecit hodieque superstitem. Anno tandem*

dem 1621. *induciis nuperis exſpirantibus, ejuſdem aſſenſu monaſterium ipſum & locum fundationis deſerentes. Antverpiam ſe tranſtulerunt ibique juxtà forum bovinum aliquot domibus coemptis cœnobiticam habitationem erexerunt.* Ita Le Roy loco citato. Anno 1621.

Quo autem anno domus iſtas emerint, aut quo anno nova ædificia cœperint conſtruere, non indicatur. Saltem nunc in loco iſto commodum habent monaſterium & eccleſiam, perſeverantque ſub vulgari nomine *Ooſt-mallen* à loco, unde huc advenerunt; & hactenùs ſunt ſub curâ Prioris Rubeæ-Vallis.

Tandem hoc anno huc confugerunt moniales Vallis S. Annæ tertiæ regulæ S. Franciſci, monaſterii fundati circà idem tempus, quo præmiſſum Ooſt-mallenſe, ſub finem ſeculi XV. in vico *de Luythagen* ſub parochia & Dominio de *Mortſele*, primo lapide ab Antverpia verſùs Mechliniam. Et illæ commodam hìc ſedem invenerunt, perſeverantque uſque in hodiernum diem ſub vulgari nomine loci, undè venerunt, *de Luythagen*. Religioſæ dictæ de Luythagen.

Fundaverant monaſterium illud in prædicto loco prænobilis Dominus JOANNES VAN RANST Dominus de *Cantickrode*, de *Mortſele*, de *Buſegem* ſeu *Edegem* cum conjuge Domina AGNETE DE HEYSVELT. Fundatores.

Et primò quidem in ipſo loco, ſito ad viam publicam nunc ſtratam, fundatores conſtruxerunt Capellam ſub titulo *S. Annæ*; quæ conſecrata fuit per *Godefridum* Epiſcopum Dagnenſem Suffraganeum Cameracenſem. Hæc Capella verò-ſimiliter eadem ipſa eſt, quæ uſque hodie in loco ſubſiſtit: antiquitatem enim præfert. Conſtruunt Capellam S. Annæ.

Dein Fundatores creſcentes pietate ad dictam Capellam intenderunt erigere cœnobium Virginum, viventium ſecundùm Regulam S. Auguſtini: Ad quam intendentes erigere monaſterium.

Anno 1621. gustini: verùm conceptus hic dein mutatus fuit & institutæ sunt virgines tertiæ Regulæ S. Francisci, ut infrà dicetur. Equidem hinc in errorem ductus est Car. Scribanius, qui Religiosas istas adscribit Regulæ S. Augustini.

Concordatū ineunt cum Pastore de Mortsele. Interim Fundatores antequam procederent ad constructionem monasterii, nè deinceps impedimentum poneretur aut lites orirentur circa jurisdictionem in moniales, circa sepulturam, celebrationem missarum &c. convenerunt Pastorem loci, cum eoque super istis omnibus concordatum iniverunt, quod per Actum notarialem firmârunt 3. octobris anno 1494., quem ex originali subjungo.

Contractus Notarialis desuper.

Ex Archivis loci.

„IN NOMINE Domini amen. Noverint „universi, quod anno ejusdem Domini millesimo „quadringentesimo nonagesimo quarto more „gallicano... die tertiâ mensis octobris... in „testium meique Notarii publici infrascriptorum „præsentia personaliter constitutis honorabili „viro Domino JOANNE CLERICI curato ecclesiæ parochialis de *Mortselle* cameracensis diœcesis ex unâ, & nobili Viro Domino JOHANNE DE RANST milite, Domino temporali „ejusdem loci de *Mortselle*, de *Canticrode*, „de *Aeghem* ejusdem Diocesis, unà cum uxore sua Domina AGNETE VAN HYSVELT cameracensis Diocesis ex altera partibus; & „ibidem recitato, quod præfatus Dominus „Johannes de Ranst, nomine quo suprà, de „bonis suis & uxoris suæ à Deo collatis certum *novum Conventum* Religiosarum, regulæ „*sancti Augustini* regularissarum, in loco dicto „TER LUYTHAGHEN infrà limites dictæ parochiæ de *Mortselle*, ubi jam suis sumptibus „Capellam in honore & sub vocabulo *sanctæ* „*Annæ* construi & ædificari fecerat, erigere & „fundare intendebat & proponebat.

„Tan-

,, Tandem post plura & diversa colloquia de ,, & super modo ipsius fundationis per & inter ,, dictas partes habita, eædem partes conve- ,, nerunt, quod dictus novus Conventus in loco ,, prætacto erigeretur & fundaretur: ad quod ,, etiam præfatus Dominus Curatus, nè pium ,, propositum dicti Domini fundare volentis ,, impediret, sed tanti boni particeps fieret, ,, quantùm in se erat & curam suam concerne- ,, bat, pro se & successoribus suis Curatis pro ,, tempore dicti loci de Mortselle sub modis, ,, pactis & conventionibus infrascriptis suum ad- ,, hibuit consensum. Anno 1621.

,, Primò. Habebunt prædictæ pro tempore ,, religiosæ dicti futuri conventûs unum princi- ,, palem Ministrum seu *Rectorem regularem* & ,, alium *Regularem* sibi consocium ejusdem Or- ,, dinis, qui eis in spiritualibus & tempo- ,, ralibus præesse & prodesse debeat. Et ,, hii presbyteri vel eorum alter, qui sic ibi- ,, dem pro tempore præerunt, habebunt audire ,, confessiones omnium & singularum Religiosa- ,, rum ipsius conventûs, & eis omnia eccle- ,, siastica Sacramenta ministrare, & cum deces- ,, serint corpora earum ad sepulturam inibi reci- ,, pere, ac pro ipsis exequias & alia funeralia ,, celebrare, absque eo quod Curatus, qui ,, pro tempore fuerit, dictæ ecclesiæ de *Mort- ,, selle* se inde intromittere aut aliquod jus ,, ratione præmissorum petere vel exigere po- ,, terit. Conditiones. 1. Circà Rectorem & Confessarios.

,, Item quod Missæ & alia divina officia ,, poterunt omni tempore celebrari in ecclesia ,, seu Capella ipsius conventûs. 2. Circà celebrationem missarum.

,, Item quod semel in anno poterit ex dicto ,, Conventu fieri Processio, tam per Religio- ,, sas quàm incolas dictæ parochiæ deferendo 3. Circà Processiones.

per

Anno 1621. „ per eandem parochiam Imaginem *sanctæ* „ *Annæ*.

4. Circà conciones. „ Insuper in die Dedicationis loci & etiam „ tempore dictæ processionis poterit ibi publicè „ fieri sermo. In receptione quoque seu Vestitura ac etiam Professione alicujus sororum „ poterit ibi fieri Collatio.

5. Circà sepulturam fundatorum. „ Item & si DOMINUS vel DOMINA temporalis ipsius loci de Mortselle, pro tempore „ existens, in dicto Conventu eligat sepulturam; „ prout poterit, tunc funus illius non ad dictam ecclesiam parochialem, nisi defunctus „ id fieri requisierit; deferetur, sed ad ecclesiam dicti Conventûs, ubi exequiæ & alia „ funeralia celebrabuntur per Curatum prædictum si velit, aut si admiserit per alium; „ salvo quod Curatus pro tempore tunc habebit „ medietatem omnium oblationum & aliorum „ emolumentorum, in ecclesia ipsa occasione „ funeralium ipsius Domini vel Dominæ obvenientium.

6. Parochianorum. „ Item si aliquis parochiantis prædicti loci „ de *Mortselle*, non conventualis nec existens „ incola seu commensalis dicti Conventûs, ibidem eligat sepulturam, prout hoc fieri poterit; funus illius primò ad ecclesiam parochialem deferetur, & ibidem exequiæ celebrabuntur; Curatus quoque inde habebit „ jura sua debita & consueta. Et post celebrationem hujusmodi exequiarum funus deferetur „ ad dictum Conventum & ibi sepelietur per „ Ministrum seu ejus socium absque ulteriori „ intermissione Curati.

7. Exterorũ. „ Et si aliquis extraneus, putà non parochianus dicti loci elegerit apud dictas Sorores sepulturam, sepelietur ibidem absque interventione Curati pro tempore existentis: „ salvo quod ipse Curatus habebit quartam

„ partem

,, partem, oblationum ad stolam deferendarum. Anno 1621.
,, Item quod Curatus pro tempore habebit & percipiet annuè & hæreditariè à dicto Monasterio seu Conventu loco oblationum, tàm in ecclesia seu capella dicti Conventûs quàm etiàm in tranitto fiendarum, & aliorum jurium parochialium personarum professarum quàm non professarum, in quantùm tamen sunt in cotidianis expensis dicti Conventûs, *quinque solidos* grossorum monetæ braban. Et pro illis solvendis erunt bona ipsius Conventûs Curæ dicti loci perpetuò obligata.

8. Circà redemptionem oblationum.

,, Item dum aliqua Religiosa in dicto Conventu ad professionem recipietur, vocabitur Curatus ad interressendum illi professioni, si velit; habebitque illius professionis tempore, à qualibet sic profitenda, tres grossos brabant.

9. Census Curato in Professione.

,, Item dum aliquis presbyter caussâ devotionis vel etiam ad requestam aliquorum illuc transeuntium in aliquo die dominico vel festivo in capella dicti conventûs Missam celebrare voluerit, prout poterit; hoc fieri debeat absque alto vel longo pulsu, sed solùm tinnendo cum campanula tribus vel quatuor simplicibus jactibus.

10. De celebratione missarum die dominica.

,, Quæ siquidem conventiones & pacta dictus Curatus pro se & successoribus suis, ac Dominus Johannes de Ranst etiàm pro se & successoribus suis Dominis temporalibus dicti loci pro tempore, nec non pro dicto futuro Conventu ac religiosis futuris illius, promiserunt & quilibet eorum promisit in manu meij Notarii publici infrascripti, legitimè stipulantis & recipientis . . . & nomine omnium & singulorum, quorum interest aut interesse

[illegible] „[illegible] in futurum, similiter tenere & in-
„[illegible] observare & contra ea non facere
„[illegible] venire, in toto aut in parte, per se
„vel alium seu alios, publicè vel occultè,
„directè vel indirectè, aut quovis quaesito inge-
„nio vel colore: renunciantes & quilibet eo-
„rum renunciavit in praemissis exceptioni doli
„mali,... juris & facti, restitutioni in in-
„tegrum ac omnibus & singulis juris & facti
„[illegible] & suffragiis, quibus se contrà
„praemissa opponere vel venire possent, & spe-
„cialiter... generalem renunciationem non vale-
„re, nisi praecesserit specialis.

„Supplicantes tunc ibidem reverendo in Christo
„Patri Domino Episcopo Cameracensi, qua-
„tenus pro praemissorum firmiori subsistentia
„suam ordinariam auctoritatem illis dignetur
„interponere. De & super quibus...

„Et [illegible] ego Johannes van den Goere...
„Notarius...

Consensus Episcopi, qui in fine hujus con-
tractus requirendus ponitur, petitus non fuit
nisi [illegible] & [illegible] conventu. Equi-
dem [illegible] [illegible] fuit anno 1497., ut infrà
[illegible].

[illegible] Post [illegible] per praemissum contractum prae-
[illegible] [illegible] [illegible] & materias dissensionum,
[illegible] Fundatores [illegible] construere juxtà
[illegible] Capelam monasterium cum omnibus
[illegible] aedificiis: quod sumptuose & eleganter
[illegible] perfecerunt. Et monasterio inditum est
[illegible] [illegible], quod deinceps aliqua-
[illegible] [illegible] [illegible] est & communiter dictum est
[illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] apta essent ad introducen-
[illegible] [illegible] Religiosas, evocârunt Fundatores sex mo-
[illegible] [illegible] monasterio de [illegible] Comitatis Los-
[illegible] [illegible] Leodiensis, in quo Religiosae
profite-

profitebantur regulam tertiam S. Francisci & secundùm eam griseis vestiebantur. Venerunt itaque inde Priorissa ipsa soror *Maria van Sevenbergen*, quæ erat consanguinea Fundatorum, cum quinque aliis monialibus, quæ novam hanc plantationem inchoarent & instituerent. Anno 1621.

Dereliquerunt autem prædictæ religiosæ monasterium suum & huc advenerunt de consensu Episcopi Leodiensis Ordinarii sui; sic tamen ut retinerent habitum & regulam, quæ professæ erant in monasterio de *Petre*: quod etiam Episcopus Cameracensis in litteris subjungendis decrevit & observari mandavit. Hinc Fundatores, qui intenderant erigere monasterium secundùm regulam S. Augustini, ab intento recesserunt.

Tertiæ Regulæ S. Francisci.

Cum autem Religiosæ advenissent, collocatæ sunt in novo constructo cœnobio; & constituerunt Fundatores ipsis dotem sufficientem ex bonis sibi à Deo collatis; quæ enarrantur in litteris Episcopi mox referendis, easque in illis inhæredârunt coram Scabinis Antverpiensibus.

Constituunt dotem.

Cumque omnia jam rectè ordinata essent & juxtà mentem religiosarum commoda & sufficientia, ipsæque firmiter statuissent locum ipsum perpetuò inhabitare ac ibidem religionem inchoare & prosequi, recurrerunt Fundatores ad Episcopum Cameracensem, supplicantes quatenùs præmissum contractum, initum cum Pastore de Mortsele, dignaretur approbare; ac præmissam erectionem auctoritate suâ pontificali in conventum tertiæ Regulæ S. Francisci erigere dignaretur. Obtinuerunt autem dictum consensum & erectionem per litteras datas Bruxellis 1. febr. 1497. stylo hodierno. Litteras illas ampliùs in loco non existere putabat Papebrochius *Annal. Mss. ad an.* 1497., ego autem eas subjungo ex originali ibidem hactenùs conservato.

Petunt approbationem Episcopi.

Quam obtinent an. 1497

Anno 1621.

Litteræ Episc. desuper.

Ex Archivis loci.

„UNIVERSIS & singulis præsentes Litteras „inspecturis HENRICUS DE BERGIS Dei & „apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Cameracen- „sis salutem in Domino sempiternam.

„Exigit officii nostri debitum, ut in hiis „agendis ac etiam concedendis libenter intenda- „mus, per quæ sacra religio suscipiat incre- „mentum ac salus subditorum nostrorum pro- „curetur.

„Sanè nobilis persona Dominus JOHANNES „DE RANST miles, Dominus temporalis de „*Cantickrode*, de *Mortsele* & de *Busegem* aliàs „*Aedegem* nostræ Diocesis, ac Domina „AGNES DE HYSVELT ejus legitima conthoralis „Nobis exposuerunt, quod ipsi de salute animæ „recogitantes ac volentes terrena transitoria in „cœlestia æterna felici commercio commutare; „*Capellam* in honore & sub vocabulo venerabilis „matronæ *sanctæ Annæ* matris Dei Genitricis cum „humili campanili & campanula, cimiterio, „orto, refectorio, dormitorio & aliis struc- „turis pro necessariis officinis, suis expensis, „in loco dicto TER LUYTHAGEN, infrà limi- „tes Parochiæ ac Dominii sui de *Mortsele*, „pro usu & habitatione *sex Sororum Ordinis* „*tertiæ Regulæ S. Francisci* pro hac prima vice, „quæ ibidem sub tribus votis & perpetuâ clau- „surâ Domino debeant famulari; sumptuosè „ac eleganter construi & ædificari fecerunt, ac „pro illarum sustentatione de bonis sibi à Deo „collatis dotem constituerunt; bona videlicèt, „possessiones & redditus hæreditarios infrascrip- „tos.

Bona in dotem monasterii assignata.

„Primò apud *Wilricke* octo sextaria siligi- „nis, quæ hæreditariè habent & tenent ypothe- „cata ad & super bona *Guilihelmi Abs*, æsti- „mata ad quatuor libras grossorum Brabantiæ „annuè.

„Item

„Item sextam partem unius Decimæ apud „*Sundert* diocesis Leodiensis, vulgariter *de* „*thiende van Ranst* appellata, æstimata ad tres „Libras grossorum cum media consimiles. Anno 1621.

„Item apud *Mortsele* super bonis *Arnoldi* „*Moens* annuè decem solidos grossorum.

„Item apud *Conteyck* super hospitio dicto „*den Sluetel* sex solidos & novem denarios „grossorum annuè.

„Ibidem super bonis viduæ dictæ *Renneleren* „annuè duos solidos cum undecim & medio „denariis grossorum.

„Item adhuc super prædictis bonis *Gulhelmi* „*Abs* sex capones valentes tres solidos grosso„rum.

„Item super bonis *Ægidii Peeters* infrà pa„rochiam de *Merxem* viginti sex solidos cum „tribus denariis grossorum.

„Item hospitium novum, quod dicti fun„datores circiter dictam Capellam noviter con„strui fecerunt elegans & sumptuosum, vulga„riter nuncupatum SINT-ANNEN-BERCH, cum „suis orto & aliis pertinentibus & adjacentibus, „æstimatum ad decem libras grossorum annuè: „ascedentes partes prædictæ simul ad *decem &* „*novem libras, decem & octo solidos & unde*„*cim denarios cum medio* grossorum monetæ „Brabantiæ.

„Quare Nobis humiliter supplicârunt, qua„tenùs in hoc nostrum consensum adhibentes „ipsum locum cum Capella & cæteris præ„dictis in Conventum Sororum dicti Ordinis „erigere dignaremur.

„Nos igitur præfatos Dominos *Johannem* & „*Agnetem* conjuges in suo tam pio & lauda„bili proposito conservantes, *Capellam* & *adi*„*ficia* ei adjacentia unà cum possessionibus, „bonis & redditibus antedictis, per eosdem Acceptat Episcopus & in conventū erigit.

Anno 1621. „conjuges ad hoc opus donatis & appropria-
„tis, in quibus ipſum futurum conventum
„coram Scabinis opidi Antwerpienſis, debitis
„mediantibus Legis-peritis, inhæredârunt &
„inveſtiverunt: de quorum valore & ſufficien-
„tia, ex informatione prævia noſtri nomine
„receptâ, ad plenum edocti ſumus, in CON-
„VENTUM SORORUM dicti ordinis tertiæ Regu-
„læ in honore & ſub vocabulo BEATÆ AN-
„NÆ matris glorioſiſſimæ Dei genitricis virginis
„Mariæ jure & modis, quibus poſſumus &
„debemus melioribus, auctoritate noſtrâ ordi-
„nariâ & pontificali erigendum duximus &
„erigimus; ac cimiterium & alia, quæ illic
Concedit cemeteriuñ &c. „pro exigentia & neceſſitate dicti conventûs
„nondum conſecrata ſunt, eâdem auctoritate
„per noſtrum in pontificalibus Vicarium bene-
„dici & conſecrari mandamus per præſentes;
„juribus parochialibus, illis ſcilicèt & talibus
„de quibus inter Curatum & dictos Fundato-
„res conventum exiſtit, ſemper ſalvis: quæ
Salvo jure Parochiali. „& prout in inſtrumento publico de data anni
„Dñi milleſimi quadringenteſimi nonageſimi
„quarti, menſis octobris die tertiâ per magiſtrum
„Johannem van den Goere notarium publicum
„inde recepto, expedito & Nobis oſtenſo,
„(quod præſentibus approbamus & confirma-
„mus) cujuſque tenorem hic haberi volumus
„pro expreſſo, pleniùs continetur.

„Ipſiſque Sororibus eâdem auctoritate con-
Concedit acquiſitionem bonorum. „ſentimus & indulgemus, ut prætactâ Capel-
„lâ cum humili campanili ſuper eâdem ex
„nunc conſtructo, ac campanâ in illo impen-
„dente ſeu impendendâ, temporibus congruis
„& decentibus pulſandâ, dictoque cimiterio
„uti & frui poſſint & valeant, cum facultate
„locum ipſum augmentandi, ſi & dum alia
„bona

„ bona illic contigua canonico titulo poterunt „ adipisci.

Anno 1621.

„ Statuentes & ordinantes dictis & pro tem- „ pore Sororibus in ipso conventu degentibus, „ quod simili habitu uti & frui debebunt, quo „ sorores in conventu ejusdem Ordinis in villa „ de PEERE Comitatûs Lossensis, Leodiensis „ diocesis, ex ordinatione & decreto Reverendi „ in Christo Patris ac confratris nostri Domini „ Episcopi Leodiensis diocesani loci, vestiuntur „ & fruuntur, cum Velo vel sine Velo secun- „ dùm exigentiam personarum.

Statuit Regulam & habitum religiosarum in Peere.

„ Cujus siquidem conventûs Visitatores & „ commissarios ordinamus & deputamus genera- „ lem pro tempore Ministrum fratrum de Pœ- „ nitentia nuncupatorum ordinis dictæ tertiæ Re- „ gulæ, nec non Priorem pro tempore mo- „ nasterii Septem-fontium ordinis Canonicorum „ regularium nostræ Diocesis : quibus tam con- „ junctim quàm divisim damus & concedimus „ facultatem & mandatum generale & speciale, „ nostris vice & loco præfatum conventum ac „ personas illius semel saltem in anno in capi- „ te & membris visitandi, ac ea quæ pro sa- „ lute & congruenti honestate ipsarum perso- „ narum secundùm temporis & rerum exigen- „ tiam viderint expedire, unà cum Confessore, „ quem illic dictâ nostrâ auctoritate deputare „ debebunt & valebunt, ydoneum regularem vel „ secularem, nec non Matre pro tempore ejus- „ dem conventûs, statuendi & ordinandi.

Statuit visitatores.

„ Ac eisdem Commissariis & Visitatoribus ac „ Confessori pro tempore domûs hujusmodi „ facultatem & auctoritatem nostras impertimur, „ Matris ac Sororum ac etiam aliarum ejus- „ dem domûs personarum inibi probandi causâ „ hospitantium, & continuorum commensalium „ confessiones audiendi, ac eas in casibus

Confessarios.

Anno 1621.

„ etiam nobis quomodolibet reservatis absolvendi, injunctâ eis providè pœnitentiâ salutari juxtà casûs exigentiam, votaque minora, si quæ emiserint, in alia pietatis opera commutandi.

Statuit primã Priorissam-

„ Insuper ex Sororibus modernis in ipsa novella domo ex conventu prædicto de *Peere*, de ejusdem etiam & de consensu prædicti Domini Leodiensis Episcopi sui Ordinarii ad hunc locum translatis & deventis, sororem *Mariam van Sevenbergen*, professam dicti Ordinis in dicto monasterio de *Peere*, primam Matrem seu Priorissam pronuntiamus & ordinamus: quâ cedente vel decedente sorores præsentes & futuræ deinceps unam ex eis communiter & unanimiter, vel in quam major pars earum convenerit, eligere & assumere poterunt & debebunt. Sub quorum quidem Confessoris & Matris curâ & sollicitudine ipsas Sorores regi & gubernari volumus.

Deinceps per Religiosas eligendam.

„ Et si quæ ex Matre aut sororibus rebelles aut delinquentes fuerint, dicti Confessor & Mater eas pro modo rebellionis & culpæ juxtà Ordinis instituta, & si causa exigat de consilio præfatorum Visitatorum aut alterius eorundem, corrigere debeant.

Correctio penes Matrem & Confessorem.

„ Item volumus & ordinamus, quod in ipso conventu nulla in Sororem recipiatur, quam quis per impressionem aut violentiam illuc introducere aut recipi facere voluerit: quinimo inibi recipiendæ de consensu & voluntate confessoris & matris ac sororum vel majoris partis earum recipi debeant, & peracto probationis anno, si ydoneæ fuerint, ad professionem admitti.

Receptio ad novitiatum & professionem penés Conventum.

„ Quod si & dum continget successu temporis facultates dicti novelli conventûs augeri

Numerus augeri potest

„ &

„ & multiplicari, poterit juxtà illarum vires „ prædictarum sororum etiam numerus augeri „ secundùm discretionem Confessoris, Matris & „ conventûs seu majoris partis ejusdem: tali „ tamen cum moderatione, quod pro usu & „ sustentatione cujuslibet professarum & recipien- „ darum sororum ad minùs tres Libræ grosso- „ rum monetæ brabantiæ de facultatibus dicti „ conventûs annuatim & liberè constitui & de- „ putari possint; aliàs autem contrà hujusmodi „ moderationem factæ receptiones & admissiones „ nullius sint firmitatis. Anno 1621.

„ Prætereà dictis Matri & Sororibus pro „ nunc & de proximo ac imposterum quando- „ cumque recipiendis, & quæ pro tempore in „ dicto conventu morabuntur, ut omnibus & sin- „ gulis privilegiis, indultis & gratiis dicto Or- „ dini & illius domibus & conventibus quibus- „ cumque hactenùs concessis & imposterùm con- „ cedendis, uti & gaudere valeant, concessimus „ & indulsimus ac per præsentes concedimus & „ indulgemus: pro quanto infrascriptis punctis, „ modificationibus & conditionibus non obvient, „ quas & quas Nobis & successoribus nostris „ liberè reservamus. Privilegia Ordinis eis concessa.

„ Primò videlicèt, quod nos & successo- „ res nostri Cameracenses Episcopi pro tempo- „ re existentes, poterimus dictum Monasterium „ tam generaliter quàm specialiter in Capite & „ membris visitare quandocumque opus fuerit, „ ac Nobis & ipsis expediens videbitur: quo „ tempore Nobis & familiæ nostræ juxtà ea- „ rum facultates ad decentem pastum exhiben- „ dum tenebuntur. Reservatâ visitatione Episcopi.

„ Quodque Mater & Sorores prædictæ nullo „ umquam tempore poterunt aliqua bona dictæ „ domûs quovis modo vendere aut ea sub „ certis rationibus seu pensionibus ypothecare In alienatione bonorum sine ejus consensu.

Anno 1621.

„ aliàsve quomodolibet onerare sine nostra aut „ successorum nostrorum licentia speciali. In „ quibus quidem pactis, modificationibus, con- „ ditionibus & singulis suprascriptis tam præfati „ Conjuges quàm prædictæ Sorores pro se & „ futuris Sororibus dictæ domûs sive conventûs, „ tamquam Nobis & successoribus nostris per- „ petuò salvis & illibatis permansuris, etiam „ expressè consentierunt, suumque consensum „ & assensum adhibuerunt.

Indulgentiæ ab Episcopo concessæ.

„ Cupientes insuper, quod Capella dictæ „ novellæ domûs, quæ per reverendum patrem „ Dominum *Godefridum* Episcopum Dagnensem, „ nostrum in pontificalibus Vicarium, de nostris „ licentia & permissu dedicata existit, congruis „ frequentetur honoribus, & ut christi fideles eò „ libentiùs confluant ad eandem, ac ad ornamento- „ rum & luminarium illius conservationem & dicta- „ rum Sororum sustentationem manus porrigant ad- „ jutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gra- „ tiæ uberiùs conspexerint se refectos, de om- „ nipotentis Dei Misericordia ac beatorum Petri „ & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi „ omnibus verè pœnitentibus confessis & con- „ tritis, qui ipsam Capellam in *Nativitatis* & „ *Epiphaniæ Domini*, *Paschæ*, *Pentecostes*, *om-* „ *nium Sanctorum*, nec non Sanctorum *Ambrosii*, „ *Gregorii*, *Augustini*, *Hieronimi*, *Andreæ*, „ *Christophori*, *Sebastiani*, *Francisci*, *An-* „ *thonii* Abbatis & singulis beatissimæ *Mariæ* „ *Virginis*, Sanctarum *Agnetis*, *Katerinæ*, „ *Barbaræ*, *Annæ*, *Monicæ* & *dedicationis* „ dictæ *Capellæ* festivitatibus devotè visitaverint, „ & ad præmissa vel eorum aliqua manus adju- „ trices porrexerint, seu ambulare non valentes „ transmiserint, totiens quotiens id fecerint *qua-* „ *draginta dies indulgentiarum* de injunctis eis „ pœnitentiis misericorditer in Domino relaxa-

Visitantibus &c. Capellā In variis festivitatibus.

„ mus.

„ mus. Concessionem similium quadraginta die- „ rum, per præfatum Dominum Episcopum Dagnensem tempore dedicationis prædictæ Ca- „ pellæ concessas, auctoritate nostrâ ordinariâ „ & pontificali præsentibus etiam confirman- „ tes. Anno 1621.

Confirmantur concessæ in Consecratione Capellæ.

„ In quorum omnium & singulorum fidem & „ testimonium præmissorum præsentes Litteras „ exinde fieri & per dilectum nostrum secreta- „ rium subscriptum signari, nostrique sigilli „ proprii jussimus appensione communiri.

„ Datum & actum Bruxellæ dictæ nostræ „ diocesis anno Domini millesimo quadringente- „ simo nonagesimo-sexto stilo scribendi gallicano „ mensis februarii die primâ. *Super plica po-* „ *nebatur.* Pro Domino Episcopo Nicolaus de „ Nispen. „

Petierant Fundatores ab Episcopo erectionem monasterii, sic ut Religiosæ in eo viverent *sub tribus votis & perpetua clausura.* Clausuram istam vovent hodieque: verùm dispensante Episcopo & de ejus consensu egrediuntur identidem seu deambulationis seu alicujus necessitatis causâ.

Clausura in eo observata.

Insuper petierant quidem Fundatores erectionem monasterii sub Tertia Regula S. Francisci, eò quòd Episcopus Leodiensis prædictas religiosas non dimisisset, nisi sub conditione servandi pristinam regulam & habitum. Verùm cum prædictæ religiosæ jam receptæ essent ab Episcopo Cameracensi & sub ejus soliùs essent jurisdictione, Fundatores primam suam intentionem, habendi nempè monasterium sub regula & habitu S. Augustini, resumpserunt, & conati sunt inducere Religiosas ad sub beneplacito Episcopi mutandum tùm Regulam tùm Habitum: verùm Priorissa *Maria van Sevenbergen* nullatenùs induci potuit ad mutandum Regulam;

Mutant habitum non Regulam.

Anno 1621.

sed tandem ad satisfaciendum Fundatoribus consensit in mutationem habitûs, ad gestandum nempè habitum viventium secundùm regulam S. Augustini. Quod & fecerunt de consensu Episcopi, assumentes vestes albas cum lineo subtili, ut vocant, albo desuper, prout hodieque vestiuntur.

Obiit Fundator.

Fundator D. JOANNES VAN RANST huic piæ fundationi non diu supervixit: condito enim pio testamento, quod in loco servatur & cujus substantiam refert Papebrochius *Annal. Mss. ad an.* 1501., obiit 22. aprilis anni 1504. & sepultus est in Capella monasterii à se fundati; ubi adhuc hodie visitur elevatum ejus monumentum, partim destructum tempore tumultuum Iconomachorum, qui communiter monumenta etiam mortuorum violabant. Illud interim, prout adhuc hodie visitur, exhibet æri incisum Baro Le Roy *Not. March. fol.* 118.

Dein Conjux ejus vixit cum monialibus.

Gazet *Hist. Eccl. du Païs-bas pag.* 360. asserit conjugem fundatoris, quam nominat *Agnetem de Quistevecht*, post obitum mariti se transtulisse ad dictum cœnobium, illicque vixisse cum monialibus à se fundatis.

Progressus monasterii

Religiosæ sic institutæ in novo monasterio brevì profecerunt tum in spiritualibus, tum in temporalibus. Aucta sunt bona & proventus, auctus est numerus sororum, & quietè in eo vixerunt per annos quadraginta quinque, usque nempè ad famosam devastationem per Martinum Rossemium anno 1542., quam & hæ notabiliter persenserunt. Dein post viginti quatuor annos communem tulerunt iconoclastarum furorem. Tandem gubernante Orangio, quando religionis exercitium deprimebatur & ecclesiastici omnes persecutionem patiebantur & variis prætextibus relegabantur, & hæ religiosæ disper-

dispersæ sunt, singulis sibi & azilum & victum quærentibus apud consanguineos. Reductâ autem civitate *Sebastianus van Schevelinghe* Canonicus Bergizomensis, & jam ab anno 1572. harum Religiosarum Pastor & Director, eas recollegit numero quatuor, quas in civitatem duxit, ubi juxtà institutum vixerunt domum quandam inhabitantes viâ *de Dornink-straet*. Hinc Baro Le Roy asserit eas seculo XVI. in civitatem migrâsse: quod verum quidem est, sed non migraverant ad pedem illic figendum. Similiter Car. Scribanius, qui suam *Antverpiam* typis vulgavit anno 1610. asserit illas tunc receptas esse in civitatem, quod item verum erat: inhabitabant enim tunc domum quandam viâ *op den Oever*, sed solùm tamquam in refugio ad evitandas turbas. Post sancitas Inducias cœperunt Religiosæ istæ restaurare monasterium suum pristinum in *Luythagen*, quod restauratum stabat anno 1611., quando iterum ad illud redierunt & ibidem durantibus Induciis quietè vixerunt. Anno 1621.

Cum autem brevì expiraret duodennium Induciarum, & inde prævideretur atrox bellum, JOANNES MALDERUS Episcopus Antverpiensis ipsas, ut periculis sese subtraherent, evocavit in civitatem. Litteras ejus desuper detulit ad monasterium 14. martii anni hujus 1621. D. *Cornelius de Witte* Archidiaconus cum Pastore Hospitalis. In illis mandabat Episcopus, ut quamprimùm confugerent in civitatem cum omnibus suis bonis. Mandatum hoc exequi cœperunt Religiosæ sequenti die, & domum conduxerunt pro tribus mensibus sitam ad mœnia circà *Kipdorp-poort*. Finitis tribus mensibus ad aliam conductam domum transmigrârunt sitam viâ de *Korte-nieuw-straet* sub insignio *aureæ Crucis*. Transmigrant in civitatem.

Vix

Anno 1621.

Statuunt ibidem figere pedem.

Vix autem secundam domum inhabitabant; cum sese offerret occasio emendi fundum & domum oportunam. Considerantes autem Religiosæ se tempore præcedentium tumultuum tam miserè agitatas fuisse, & prævidentes diuturnum bellum, unde timendum nè umquam in loco fundationis quietè deinceps viverent, statuerunt dictam domum emere, confidentes se brevi obtenturas consensum necessarium ad pedem in civitate figendum.

Emunt domum.

Emerunt itaque domum istam, sitam via *de Preke-straet*, estque eadem quam hodieque inhabitant. Cùm autem immobilia acquirere non possent sine consensu Principis, emerunt dictam domum alieno nomine, donec dictum consensum obtinerent. Inhæredatio autem facta est 23. julii hujus anni 1621. & cum illam utcumque usibus suis aptâssent, ad eam cœperunt transferre mobilia & plenè transmigraverant 11. mensis sequentis.

Ad eam transmigrans.

Obtinent consensum requisitum.

Cumque domicilium hoc placeret, brevì cœperunt agere ad obtinendum consensum Episcopi, Capituli & Senatûs, quem facilè obtinuerunt, quin & deinceps consensum Principis, qui fundum amortizavit. In illa autem domo sub regulari observantia perseverant usque in hodiernum diem, viventes secundùm Regulam tertiam S. Francisci, in habitu religiosarum viventium sub regula S. Augustini, & sub clausura. Constant præmissa ex schedis loci.

Sebast. Schevelinghe earum fidus Rector.

In omnibus dictis turbis religiosæ hæ verè fidelem Rectorem & curatorem habuerunt R. D. *Sebastianum Schevelinghe* Canonicum Bergizomensem ac rectorem & pastorem earum ab anno 1572. Hic eas numquam deseruit, dispersas collegit, & cum dives esset de bonis suis juvit.

Moriens

Moriens autem, cum per duos annos hoc monasterium inhabitassent, anno nempè 1623. monasterium hæredem instituit. Hinc reputatur secundus cœnobii hujus fundator. Sepultus est ibidem in Capella, ubi visitur ejus monumentum cum hoc epitaphio litteris æneis lapidi ceruleo infixis. Anno 1621. Reputatur secundus fundator.

D. O. M.

Monumentum vener. Viri D. Sebastiani *F. Cornelii* Schevelinghe *Can. Bergzoom. Vixit cum laude annis LXXXIII. relicto hærede hoc Mon. cui præfuit an. LI. Obiit sacerdotii A. LVIII. Salutis MDCXXIII. sept. V.* Epitaphium ejus.

Viator bene precare.

Altare Curiale in Cathedrali hactenùs steterat ante odeum capellæ Ven. Sacramenti, ita ut Capella ista occlusa esset ab illa parte & non pateret nisi à latere, ac vix populo daretur ingressus nisi per unam portam. Hæc & alia inconvenientia considerantes magistri seu directores istius capellæ cupiebant Altare illud amoveri & aliò transferri. Hunc itaque in finem mense junii offerunt libellum supplicem Decano & Capitulo, & promittunt suis sumptibus altare amovere & locare ad ultimam columnam vacuam è regione Altaris chirurgorum, &, cum tabula Altaris spectaret ad particularem familiam, casu quo repeteretur, promittunt procurare novam. Insuper exhibent, se procuraturos pro commoditate populi sub Odeo magnam duplicem portam, nec locaturos illic sedilia impedientia conspectum Altaris, ac Missam parochialem dein celebrandam in sua Capella. Capitulum hæc ipsis concessit mense sequenti, & Altare sublatum est ac locatum ad dictam colomnam, ubi adhuc hodie videtur. Dein autem concessum est Altare illud ichtyopolis, qui illud hodie procurant, habetque tabulam repræ-

Altare Curiale in B. M. transfertur.

Dein Missa parochialis in Capella Ven. Sac.

Anno 1621. repræsentantem piscationem Petri pictam per *Joan. van Elburg.* dictum *cleyn Hansken.*

Templum Jesuitarum completum. Templum Jesuitarum, cœptum ad Collegium in domo Aquensi (dein anno 1616. mutatam in domum Professam) stabat hoc anno completum, post jacta fundamenta sex annis cum dimidio.

Architectus. Hujus templi speciem, inquit Henschenius *Act. SS. Tom. I. martii pag. 24. n. 1.*, secundum vitruvianas præceptiones (secùs atque vulgò fit in his regionibus, ubi Gothicæ substructiones præhaberi solent) delineavit *Franciscus Aguillonius* Rector postremus Collegii, quod hic eatenùs steterat. Non notat, an iste etiam delineaverit frontispicium.

Ornatus. Opus, inquit J. Pinius *Act. SS. Tom. VII. julii pag. 846.*, in quo utique materiam cum arte inter se de pretio certâsse diceres; stabat quippe è solido ac polito candido marmore, tantâ singularum partium symmetriâ; tam elegantis molis totius harmoniâ spectabilis; adeo exquisitis & incomparabilibus manu Rubenianâ pictis tabulis per laquearia utriusque porticûs superioris & inferioris horizontaliter appensis, quasi in aëre pendentibus, ac secundùm opticas regulas ingeniosissimè elaboratis distincta, ut non minùs Belgii delicium esset quàm omnium spectantium admiratio. Ita *Pinius.*

Titulus in frontispicio. In Frontispicio hujus templi suprà portam legitur hic titulus chronographicus aureis litteris marmori inscriptus.

ChrIsto Deo, VIrgInI DeIparæ, beato IgnatIo LoIoLæ soCIetatIs aUthorI, senatUs popULUsqUe antVerpIensIs pUbLICo et prIVato ære ponere VoLUIt.

Consecratur. Templum illud, ut asserit Henschenius *Act. SS. Tom. II. febr. pag. 489. n. 20.*, hoc anno 1621. Joannes Malderus Antverpiensium Episcopus

Episcopus die 12. septembris, dominicâ primâ post festum Nativitatis B. Mariæ consecravit. Est hæc, inquit Auctor *Chor. S. J.* apud Sanderum *Tom. III. pag.* 13, prima Basilica, quæ S. P. IGNATIO Societatis Fundatori fuit dedicata. Capella tamen ad latus septentrionale, dein adjecta, ejus nomen fert. S. Ignatius tunc necdum canoni Sanctorum, (quod demùm post duos annos factum est) sed tantùm Beatorum inscriptus erat ab anno 1609.

Anno 1621.

Litteras autem testantes dictam consecrationem demùm dedit Episcopus 26. octobris ejusdem anni: ex quibus litteris constat, tunc in eo templo constructa quinque Altaria simul consecrata fuisse; summum nempè cum duobus lateralibus & duobus in superiori porticu. Duæ laterales Capellæ verosimiliter deinceps adjectæ fuerunt.

Cum quinque Altaribus.

Steterat, inquit Pinius *loco suprà citato*, opus hoc annis jam ferè centum, donec anno 1718. die xviij. julii fulmine tactum & in cineres redactum, ac anno 1719. mutatâ quidem materia sed servatâ tamen pristinâ formâ restauratum fuit.

Fulmine tactum petit.

Fulmen tectum tetigerat & incenderat, quod decidens vehementi calore columnas marmoreas rupit & in cineres redegit, sicut & omnia, quæ columnis sustentabantur. Salvæ steterunt duæ Capellæ laterales, frontispicium & quinque Altaria, quæ quidem parum læsa restaurata adhuc subsistunt. Et licèt Rubenianæ picturæ horizontaliter pensiles perierint, supersunt tamen pretiosæ adhuc picturæ, quæ incendium evaserunt. Summum Altare, Rubeniana manu delineatum, habet quatuor tabulas pictas, quæ variis anni temporibus in ea visuntur. Duas pinxit *Rubenius*, alteram repræsentantem S. Ignatium liberantem possessum;

Salvata ab incendio.

Anno 1621.

alteram S. Franciscum Xaverium resuscitantem mortuum; tertiam pinxit *Gerardus Segers* repræsentantem erectionem crucis, quartam pinxit *Cornelius Schut* repræsentantem Assumptionem B. Mariæ. A dextris summi Altaris est Altare S. Francisci Xaverii, in quo tabula picta per *Gerardum Segers* repræsentans B. Virginem & S. Xaverium &c.; in sinistro latere Altare S. Josephi, in quo tabula picta per *Rubbenium* repræsentans sacram familiam. In Capella B. Mariæ ad latus meridionale in altari est tabula picta per *Rubbenium* repræsentans Assumptionem B. Mariæ. Visuntur & aliæ notabiles picturæ in eadem capella.

Corn. Martini Philosophus.

Obiit hoc anno 1621. 17. decembris Helmstadii CORNELIUS MARTINI Antverpiæ natus an. 1567., forte educatus in Lutheranismo; interim juvenis decessit in Germaniam & alicubi factus est Artium magister & Theologiæ Doctor. Anno 1591. vocatus est Helmstadium, ubi per 30. annos docuit Logicam. Plura vulgavit Philosophica, quæ cum ejus epitaphio vide apud D. Paquot *Mem. litt.* X. 349. Inter alia scripsit *De analysi logica*, cui inserta sunt plura contra catholicos, quæ refutavit doctus *Bartholdus Nihusius* quondam Martini famulus, qui conversus ad catholicam fidem factus est Episcopus Mysiensis & suffraganeus moguntinus. Moreri *Dict. hist.* 1740. verbo Nihusius.

Joan. Moermans Ludimagister.

Obiit etiam hoc anno ætatis 65. JOANNES MOERMANS Rector scholæ B. Mariæ in hac civitate, & sepultus in Cathedrali ante altare S. Annæ. Vulgaverat *Grammaticam linguæ latinæ* in 8. Hinc habemus, hoc tempore in scholis vernaculis adhuc solitam esse tradi linguam latinam, quod jam exolevit.

Hoc

Hoc item anno in Hispania capite plexus est *Rodericus Calderonius* Antverpiæ natus, qui cùm à Rege ad summa munia elevatus esset, supplicio suo famosissimus fuit. Vide de eo Miræi *Chron Belg. ad hunc annum.*

Anno 1621.

Roderici Calderon. supplicium.

Anno 1622. *Marcus-Antonius de Dominis*, ex Spalacensi in Dalmatia Archiepiscopo apostata, facti pœnitentiâ ductus mense aprili ex Anglia, quo fugerat, in Belgium appulit. Antverpiæ existens mense junio, cùm gravem in morbum incidisset, hæreses atque errores omnes cùm vivâ voce tùm scripto, antequàm sacris ritu catholico muniretur, suâ sponte ejuravit. Schedulæ ad *Joannem Malderum* Episcopum Antverpiensem ab ipso missæ exemplar hic libet apponere:

1622.

Marcus-Ant. de Dominis abjurat errores Antv.

Infrascriptus per præsentes ultrò profiteor, mè semper velle vivere & mori in communione Ecclesiæ catholicæ romanæ, cui modo præest Gregorius XV., & ex animo detestari omnes hæreses & errores, quos damnat Ecclesia catholica, & nominatim illas & illos, quos verbo aut scripto propugnavi tempore erroris ac discessionis meæ. Actum Antverpiæ 13. junii 1622. M. Antonius Archiep. Spal. senior. Autographum hujus schedulæ in Episcopejo Antverpiensi adservatur. Cæterùm pristinæ post valetudini M. Antonius restitutus ex Belgio in Italiam rediit & Romæ 1625. demùm obiit. Ita Miræus *Chron. Belg. ad hunc annum.* Scripserat *de Republica ecclesiastica* Libros X. relatos Romæ in indicem decreto 2. decemb. 1617. similiter *cætera ejus Opera* decreto 16. martii 1621.

In scriptis.

Bellum resumptum erat anno præcedenti mense augusti, sed eo anno nil notabile est actum. Cœperant eo anno Regii obsidere Juliacum, quam civitatem, sibi deinceps admodum

Bellum hujus anni.

Anno 1622. commodam, demùm pactis conditionibus obtinuerunt hoc anno 1622. 2. februarii, Hollandi antequam exercitus Regius paratus esset Brabantiam vastando percurrerunt & redierunt. Dein mense julio Regii cœperunt obsidere Bergas ad Zomam & interim cæsi sunt Hollandi ad Sambrim fugeruntque in patriam; verùm obsidionem Bergensem levarunt Regii 3. octobris.

Hollandi Antverpiam invadere tentant frustra.

Hoc anno Antverpienses anxietate premebantur, cum hostes appropinquarent ad eos invadendos; sed Deus intentum ipsorum invertit. Ea de re Miræus *Chron. Belg. ad an.* 1624. sic scribit. Anno, inquit, 1622. postridie Kalendas decembris (quo die S. Franciscus Xaverius anniversario ritu colitur) Mauritus Nassovius numerosâ ac validâ classe Antverpiam petens, ingenti tempestate subitò exortâ, propè Bergas ad Zomam tantùm non periit. Ita Miræus, qui illud inter prodigiosa divini Numinis præsidia enumerat.

Adscribitur precibus ven. M. Annæ de S. Bart.

Circumferuntur imagines Ven. Matris *Anna de S. Bartolomæo* fundatricis & matris Teresianarum hispanarum in hac civitate, dicatæ Infanti Hisp. *Isabellæ-Claræ-Eugeniæ*, & consequenter æri incisæ ante annum 1633., sub quibus legitur: *Miraculis claruit ante & post mortem; inter cætera an.* 1622. *Urbem Antverp., prout an.* 1624. *ejusdem Arcem suâ intercessione ab hostibus liberavit.* Henschenius seu Papebrochius *Act. SS. Tom. II. martii fol.* 393. *n.* 2. agens de magnifica erectione ædificiorum dicti monasterii, dicit illa educta esse *certante ad hoc piorum civium liberalitate, ut vicem gratitudinis referrent ei, cujus efficax bis patrocinium senserant de aris focisque amittendis periclitantes per insidiosas hæreticorum hollandorum molitiones anno XXII. & XXIV. seculi hujus* (id est seculi XVII. quo scribebat) *nisi divinâ ope hujus sanctæ*

sanctæ Virginis precibus exoratâ depulsi fuissent. Anno 1622.
Et iterum Henschenius ad 7. junii in præmissis *pag.* 3. *Ven. Mater Anna de S. Bartholomæo Teresianarum Fundatrix Antverpiæ, quam urbem suis precibus semel iterumque ab imminentibus hostibus eripuit.* Ita ille. Verùm Auctor *Prim. seculi S. J. lib. VI. cap.* 5. *pag.* 858. de hac expeditione agens dicit: *Cœlestis procul dubio ea vis fuit; & passim Antverpienses divo Xaverio, cujus dies proxime illucessebat, acceptum beneficium referebant.*

FRANCISCUS WOWERIUS filius *Joannis* (de quo infrà ad an. 1635.) Antverpianus, puer admodùm anno hoc 1622. xvj. Kalen. augusti Bruxellis in consessu Principum Procerumque *Oratione anniversariâ* inclitæ memoriæ ALBERTI PII Belgarum Principis manibus parentavit, editâ Antverpiæ typis Plant. 1623. 4. una cum *Ericii Puteani* Dissertatione, quâ suadæ *Woweri* applauditur. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 317. Franciscus Wower.

Obiit hoc anno 17. martii & conditus est in novo ac marmoreo Societatis Jesu templo FRANCISCUS SCOTTUS J. C. frater *Andreæ, Francisci* filius, Antverpiæ natus anno 1548. v. idus novembris, ex illustri Duglassiorum stemmate familiæ suæ originem repetens. Vir fuit consularis & Senator quasi perpetuus, singulari humanitate & ingenio eleganti præditus, nomenque suum ad posteros transmisit edito ad Rob. Card. Bellarminum *Itinerario Italiæ Rerumque Romanarum* & aliis, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 908. Franciscus Scottus historicus.

1623.

DIONISIUS CHRISTOPHORI Antverpiensis, S. T. L. Cathedralis Brugensis Decanus, factus est Episcopus Brugensis anno 1623., consecratus 25. maij à *Jacobo Boonen* Archiepiscopo Mechliniensi, assistentibus *Antonio de Hainin* Iprensi Dionysius Christophori Episc. Brugensis.

Anno 1623. Iprensi & *Antonio Triest* Gandavensi Episcopis. Obiit Brugis 6. augusti 1629.

In Synodo Provinciali, Mechliniæ anno 1607. celebratâ, factum fuerat hoc decretum Tit. XI. *cap.* 5. „Diversitas libellorum doctrinæ christia-„næ sive Catechismi magnam in discendo & „docendo parit difficultatem. Ideoque mandat „hæc Synodus, ut Parochi aliique omnes ad „quos spectat, à festo Nativitatis Domini proxi-„mè venturo, unum & eundem modum in „docendo & discendo doctrinam christianam „ubique teneant, tenerique faciant; eum scili-„cet, qui in libello, auctoritate hujus Con-„cilii ad eum finem brevì edendo, contine-„bitur."

Catechismus in Synodo Mechl. promissus.

Libellus istæ, divisus in quadraginta novem Lectiones, statuto tempore editus fuit sub titulo Catechismi pro juventute *Provinciæ Mechliniensis*, ut suprà ad annum 1607. vidimus.

Sedecim annis in usu fuit

Verùm, cùm in dicto Catechismo plura desiderarentur & quædam inconcinnè traderentur; Episcopi judicârunt pleniorem conficiendum & vulgandum, quod & fecerunt hoc anno 1623., ita ut prior iste catechismus sedecim ad summum annis in usu fuerit.

Vulgatus est itaque hoc anno novus Catechismus Provinciæ Mechliniensis, divisus in quinque partes & quadraginta & unam Lectiones, sub hoc titulo: CATECHISMUS *ofte christelycke Leeringhe gedeylt in vyf deelen ende een-en-veertigh Lessen voor de catholycke Jonckheyt van het Aerts-Bisdom ende alle andere Bisdommen der Provincie van Mechelen.* Hic est ille ipse, qui usque in hodiernum diem circumfertur & solus in usu est in tota provincia.

Episcopi hoc anno novum vulgant.

JACOBUS BOONEN Archiepiscopus Mechliniensis eum, examinatum ab omnibus provinciæ

Epis-

Episcopis, vulgavit de eorum consensu. Episcopi autem isti erant JOANNES MALDERUS Episcopus Antverpiensis, ANTONIUS TRIEST Gandensis, DIONYSIUS CHRISTOPHORI Brugensis, ANTONIUS DE HAININ Iprensis, *Michael Ophovius* Sylvæducensis & *Jacobus Bosius à Castro* Ruremundensis. Inter hos Episcopos tres erant nati Antverpiæ, nempè Mechliniensis, Brugensis & Iprensis. Archiepiscopus autem hoc suum decretum adjecit. „ Catechismum hunc „ ab omnibus hujus Provinciæ Episcopis examina- „ tum, de eorum consensu approbavimus atque ju- „ ventuti proponendum decrevimus, neque alium „ ab eo post tertium mensem ab ejus primâ impres- „ sione. Datum Mechl. 22. aug. 1623. JACO- „ BUS ARCHIEP. MECHL. " Decretum hoc Archiepiscopi refertur in editione hujus Catechismi factâ de mandato Episcopi Brugensis anno 1760. Hinc satis patet primam hujus Catechismi editionem factam fuisse hoc anno 1623. & consequenter esse alium ab eo, qui vi decreti Concilii provincialis ante editus fuerat.

Anno 1623.

Decretum Archiepiscopi desuper.

D. Paquot, qui in Opere suo *Memoires litt. du Païs-bas tom. V. pag. 28.* tum in contextu tum in notis sustinet hunc Catechismum esse eundem, qui editus fuit vi decreti Synodi provincialis anni 1607., hoc tam clarum Archiepiscopi decretum retorquet & fortè repetitionem esse dicit similis decreti dati per suum Prædecessorem anno 1607. verùm quod non sit repetitio similis decreti patet ex ipso Prædecessoris decreto, quod suprà ad dictum annum retuli. Cæterùm quomodo potuisset Archiepiscopus repetere hæc verba : *neque alium ab eo post tertium mensem ab ejus prima impressione?* quomodo primam impressionem diceret libelli, qui jam sedecim annis ubique impressus erat? ut quid tres menses dare pro usu libelli, qui ubique

Quod aliqui frustrà retorquent.

Anno 1623. ubique comparandus erat. Si autem D. Paquot reflexisset Catechismum provincialem editum vi decreti Synodi Mechliniensis continere Lectiones IXL. (quod ipsemet notavit) & Catechismum editum hoc anno 1623. tantùm continere Lectiones XLI. non tam fidenter processisset, & mox vidisset priorem aut diversum aut mutilatum. Quod autem mutilatus non sit, patebit inspicienti exemplaria edita ante annum 1623. Unum vidi impressum Antverpiæ 1611., habeo ego exemplar impressum Bruxellis, vidi aliud exemplar impressum Brugis in Bibliotheca D. J. B. Verdussen Scabini Antv., quartum dicitur habere Illustrissimus Brugensis. Ex illis patet non tantùm mutatio numeri Lectionum & earundem inversio, sed & inversio & essentialis mutatio in Quæstionibus & Responsis.

Unde clarum est, Catechismum hoc anno editum novum esse & Decretum Archiepiscopi intelligendum prout jacet.

Auctor fortè Cuykius Epis Rure. Interim de Auctore hujus novi catechismi non plane constat. Aliqui putant CUYCKIUM Epis. Ruremundensem eum concinasse. Id satis verosimile est, suprà enim ad an. 1607. vidimus, teste *Havensio*, eum ex commissione Synodi provincialis Catechismum conscripsisse, quem compleverat anno sequenti 1608. Verùm mors ejus superveniens anno 1609. impedivit quominus tunc approbaretur & acceptaretur ab Episcopis comprovincialibus. Anno autem hoc 1623., cùm novus Catechismus missus esset per Archiepiscopum ad Episcopos comprovinciales examinandus & limandus, MALDERUS Episcopus Antverpiensis eum emendavit & limavit, juxtà ea, quæ à singulis Episcopus notata erant. Constat hoc ex epistola Archiepiscopi data 21. novembris 1623. ad Episcopum Ruremundensem, cujus minutæ adservantur in-

ter

ter ſcedas Archiepiſcopatûs. Cum itaque MAL- Anno
DERUS dicatur eum limaſſe & non indicetur 1623.
Author, credendum eſt Auctorem obiiſſe, adeoque ſatis credibile eſt, novum iſtum Catechiſmum eſſe eum, quem CUYCKIUS concinnaverit, attento quod eum conſcripſiſſet ex commiſſione Synodi provincialis.

Gallicam verſionem hujus Cathechiſmi approbavit idem Archiepiſcopus anno 1628. & juventuti proponendam decrevit hoc modo: Et Gallicè an. 1628.
„ Catechiſmum hunc in gallicam linguam è
„ teutonica pridem edita & ab hujus Provin-
„ ciæ Coëpiſcopis approbata, verſum & eum
„ eadem collatum approbavimus & juventuti
„ proponendum decrevimus Datum Bruxellæ
„ 14. ſeptemb. 1628. JACOBUS ARCHIEP.
„ MECH." ſic refertur iſtud decretum in editione gallica ſimul & teutonica an. 1717. Antv. apud P. Grangè.

Novus hic Catechiſmus, ſic approbatus ab omnibus provinciæ Mechlinienſis Epiſcopis & decreto Archiepiſcopi firmatus & vulgatus, mox deſideratum effectum habuit, & non tantùm mox per Brabantiam & Flandriam, ſed etiam propter excellentiam extrà Provinciam aſſumptus & in uſu fuit. Teſtis hujus rei eſt epiſtola Guilielmi de Pretere S. J., data Antverpiæ die 17. aprilis 1624, id eſt ſeptimo menſe poſt decretum Archiepiſcopi, ad JACOBUM Archiep. Mechlinienſem, aſſervata ibidem in Archivis Archiepiſcopatûs; in qua deſuper hæc ſcribit: *Hic Catechiſmus, ut authoritate Illuſt. gratia tua prodiit, paſſim hìc ita doceri cœptus eſt, ac ſi alius nullus unquam fuiſſet: docetur & per Flandriam imo & Juliacum &c.* Ita P. de Pretere, qui curam geſſit impreſſionis & correctionis errorum typographicorum. Felix ſucceſſus.

Anno 1623.

Illi demandata erat cura impressionis hic Antverpiæ, tum ut editio prima fieret sub oculis Episcopi MALDERI, qui eum limaverat, tum quia Antverpiæ & non alibi imprimendus erat novus iste Catechismus pro tota Provincia. Archiepiscopus enim hoc turbulento tempore timens nè malitiosè aut per incuriam variorum typographorum corrumperetur aut mendosè reimprimeretur, uni Verdussio hic Antverpiæ concesserat privilegium illum imprimendi pro tota Provincia. Utinam prudens Archiepiscopi intentum desideratum effectum habuisset: credendum enim est, quod exemplaria non scaterent mendis, sicut nostro tempore vidimus. Verùm typographi omnium Diœcesium non diu hoc tulerunt, sed mox desuper undique difficultates moverunt; ita ut tandem privilegium imprimendi Catechismum non manserit soli Verdussio, sed & imprimeretur in singulis Diœcesibus & à variis typographis. Memoria istarum difficultatum servatur in Archivis Archiepiscopatus in theca, cui titulus *Doctrinalia &c.* in fasciculo, cui inscriptum est: *Privilegien en handelingen met de Druckers nopende den nieuwen Catechismus* 1623.

Archiep. vult ut tantum imprimatur Antv.

Interim novus iste Catechismus, mox tam favorabiliter receptus, sic in usu mansit in tota Provincia Mechliniensi usque in hodiernum diem.

Est in usu huc usque.

Anno autem 1693., quando vigebant agitationes circa Propositiones tum laxas tum rigorosas, impetebatur etiam hic Catechismus, & plurimi volebant reformationem illius. Verùm Episcopi provinciæ Mechliniensis, eo anno Bruxellis congregati, censuerunt Catechismum provincialem anni 1623. sine ulla mutatione omninò servandum esse. Quapropter Archiepiscopus eum illo anno à mendis emendatum Bruxel-

Non sine difficultate.

Episcopi eum confirmant an. 1693.

Bruxellis imprimi curavit, & consequenter reliqui Episcopi singuli in suis Diœcesibus eum imprimi curârunt juxtà exemplar per Archiepiscopum Bruxellis vulgatum. Patet ex privilegio desuper anno sequenti dato ab Episcopo Ruremundensi, quod subjungo. Anno 1623.

ALSOO de schoonheyt ende cracht van de H Kerck blinckt door de eendragtigheyt van haere leeringe; soo ist dat Wy, om die te volgen, mits desen permitteren aen Petrus Vallen Boeckdrukker, geadmitteert by sijne Majesteyts Souvereynen Raede van Gelderlandt, woonende tot Ruremonde, dat hy sal moghen drucken ende vercoopen den Catechismus oft Christelijcke Leeringhe, die den doorluchtigsten Heere Arts-Bisschop van Mechelen met onse toestemminge ende andere hoochweerdighste Heere Bisschoppen heeft doen drucken het voorleden jaer 1693. tot Brussel. Verbiedende aen alle Boeckdruckers ende Boeck-vercoopers eenige anderen in te brenghen ofte te vercoopen sonder onsen specialen oorlof; op pene van daer-over gestraft te worden volgens de rechten. Actum tot Ruremonde in ons Bisschoppelyck Paleys den 29. mey 1694. F. REGINALDUS Episcopus Ruremundensis.

Relatam approbationem J. Knippenbergh inseruit in sua *Hist. Eccl. Duc. Gelriæ* pag. 207., quam vulgavit anno 1719.; quia, inquit, eo tempore inveniebantur novatores prurientes auribus &c.

Similiter anno 1744. inveniebantur, qui Catechismum istum reformatum volebant, & consequenter confecerunt *schema mutationum & additionum* pro nova editione hujus Catechismi, illudque obtulerunt Archiepiscopo Mechliniensi, qui illud transmisit examinandum ad singulos Episcopos conprovinciales &c. Verùm cum Similiter an. 1744.

mutatio-

Anno 1623.

mutationes istæ & *additiones* non placerent, judicatum est Catechismum istum nec mutationibus nec additionibus egere : & sic res infecta mansit & Cathechismus in sua puritate.

Verum cum omnes editiones hujus Catechismi per continuas reimpressiones scaterent mendis, & in aliquibus quædam adjuta, quædam omissa, cœptum est agi de restituendo dicto Catechismo, eoque reducendo ad primævam puritatem. ...

Corrigitur à [illegible]

Et primò quidem opus hoc cœpit Episcopus Iprensis, qui anno 1750. Catechismum correctum edidit præmisso decreto dato 4. decembris 1750. In eo profitetur Epis., se non novum tradere Cathecismum aut doctrinam sed veterem Provincialem emendatum à mendis, quæ insensibiliter irrepserant. *Ten is*, inquit, *alderliefste Broeders geenen nieuwen Catechismus, veel min eene nieuwe Leere, die Wy U. L. geven; maer eenelyck de Leere van den ouden Catechismus der Provincie gesuyvert van de misslagen die er, als ongevoelyck zyn ingeslopen.* Ita Episcopus in suo decreto.

Ab Episc. Iprensi.

Interim non obstante hac Episcopi protestatione, in isto correcto Catechismo reperiuntur non paucæ notabiles additiones, mutationes & omissiones, quæ correctiones mendorum dici non possunt. E. G. Lectione III. in Resp. ad Ques 1., Lec. X. in resp. ad Q. 8., Lec. XIV. in resp. ad Q. 5., Lec. XV. in resp. ad Q. 4., Lec. XVI. in resp. ad Q. 1., Lectione XVII. interseruntur duæ quæstiones cum responsis, quæ in nullis reperiuntur, nempe 13. & 14., Lec. XXIV. in resp. ad Q. 4., Lectione XXVIII. responsio ad quæst. 1. *[illegible]* in omnibus Catechismis antiquis, [illegible] anni 1623. ponitur hoc modo : *[illegible] den Bisschop [illegible]*

tot macht ontfangen heeft. In isto autem correcto omittuntur ista verba, van hem oft. Amplificatum est resp. ad Q. 8. ejusdem Lec., mutatum resp. ad Q. 3. Lectione XXXIV., similiter amplificatum est resp. ad Q. 2. Lec. XXXVI. & resp. ad Q. 3. Lec. XL. Anno 1623.

Non obstantibus his & aliis mutationibus Episcopus ille in suo decreto profitetur se tantùm corrigere menda, quæ insensibiliter irrepserant: unde mirum quod Catechismo suo præfixerit titulum *Catechismus der Provincie van Mechelen.* Nisi fortè mutationes &c. factæ sint præter ejus mandatum, quod omninò verosimile est.

Archiepiscopus autem Mechliniensis, postquam *schema mutationum & additionum*, à se anno 1744. transmissum, reprobatum esset & judicatum Catechismum provinciæ Mechliniensis nec egere additionibus nec mutationibus, nullas ultrà voluit additiones aut mutationes, sed voluit Catechismum restitui primævæ puritati; hinc quæri jussit exemplar primævæ editionis; quo invento juxtà illud Catechismum correxit & prælo vulgavit anno 1757. adjuncto hoc suo decreto. Ab Archiepiscopo.

„*THOMAS PHILIPPUS miseratione divi-„nâ tituli S. Laurentii in Lucina S. R. E.* „*Presbyter Cardinalis de Alsatia, Archiepiscopus* „*Mechliniensis, Primas Belgii &c. &c.* Decretum ejus desuper.

„ Cum Provinciæ nostræ Catechismum, prout „ primum editus est, omnes olim ejusdem Pro„ vinciæ Coëpiscopi examinârint, & illustrissi„ mus ac reverendissimus Dominus JACOBUS „ prædecessor noster illum 22. aug. 1623. de „ eorumdem Coëpiscoporum consensu approba„ verit, neque alium ab eo proponendum ju„ ventuti decreverit; religioni semper duximus, „ Nobis scientibus quidpiam in illo pro cujus„ quam præsertim privati arbitrio immutari.

„ Immu-

Anno 1623. „Immutata tamen ſic eſſe in variis editionibus „non pauca, imo quædam expuncta & non„nulla addita, querelæ ſunt plures & graves „ad Nos denique etiam perlatæ." Reſpiciunt hæc Catechiſmum Epiſc. Iprenſis.

„Quare mutationes illas omnes exactè juſſi„mus annotari, iiſque per Nos ipſos ritè exa„minatis, probatam tanto conſenſu ejuſdem „Catechiſmi editionem primam novis typis vul„gandam, eamque & non aliam à Paſtoribus „noſtræ diœceſis juventuti impoſterum propo„nendam rurſùm decrevimus. Datum Mech„liniæ die 25. martii 1757. THOMAS CAR„DINALIS Archiepiſcopopus Mechlinienſis."

Subſignatur à Typographo. Hic Catechiſmus ſic à mendis reſtitutus editus eſt Mechliniæ typis J. F. Vander Elſt, qui, ut hæc editio dinoſcatur, ſingulis exemplaribus propriâ manu nomen ſuum ſubſcripſit.

Similiter Epiſ. Brugenſis edit correctum. Sicut Archiepiſcopus ſic Epiſcopus Brugenſis ob eaſdem rationes Catechiſmum in ſua diœceſi à mendis ad exemplar primæ editionis anni 1623. reſtituit anno 1760. Is autem pro majori ſecuritate requirit, ut ſingula exemplaria ſubſignata ſint à ſuo Secretario. Decretum ejus iſti editioni præfixum ſic ſonat.

Subſignandū à Secretario.

Decretum ejus deſuper. *JOANNES ROBERTUS by de gratie Godts ende des H. Apoſtolycken Stoel Biſſchop van Brugge, erfachtig Cancellier van Vlaenderen &c. aen alle Heeren Paſtoors, Onderpaſtoors ende alle andere, belaſt met eenige onderwyſinge der jonckheyt, ſaligheyt ende zegen.*

Den Catechiſmus die korts naer de Synode der Provincie van Mechelen van 't jaer 1608. (*l.* 1607.) *door den Arts-biſſchop en de andere Biſſchoppen der geſeyde Provincie is goet-gekeurt, ende tot hier toe* (ut erroneè putabat) *gedient heeft tot onderwyſinge der jonckheyt in de chriſtelijcke leeringe, hebben wy ten ſel-*

ven

den eynde wederom doen herdrucken ; ende seer nauwkeurig oversien met den afdruck van het jaer 1623. , die den oudtsten is , die wy hebben konnen vinden. (Veteriorem frustrà quæsivit.) Anno 1623.

Wy hebben ter dier occasie noch vyf verscheyde andere drucken nae-gesien ende in sommige merckelycke veranderingen bevonden ; het gene noch meermaels staet te geschieden , soo lange als de Druckers sonder kennisse van den Bisschop hun sullen vervoorderen den Catechismus naer te drucken.

Om welck misbruyck te voorkomen in eene saecke van dusdanige aengelegentheyt , hebben Wy , overdenckende onse plicht , om den kostelijcken pandt der leeringe , die ons besonderlijck is toebetrouwt , suyver te behouden , op het alderkrachtigste en op swaere verbintenisse geboden , gelijck Wy gebieden mits desen , dat door g'heel ons Bisdom , te beginnen ten langsten een maendt naer het publiceren deser , alle die de welcke belast zyn met de onderwysinge der christelijcke leeringe , t'zy in de Prochie-kercken , t'zy in Capellen oft andere plaetsen , waer het soude mogen wesen , oock de School-meesters ende meesterssen , selfs oock de ouders ten opsichte van hunne kinders , geenen anderen als den Mechelschen Catechismus en sullen mogen leeren , den welcken door eenen Secretaris des Bisdoms sal moeten onderteeckent zyn ; welcke onderteekeninge gratis aen de Boeckdruckers verleent sal worden.... Aldus gegeven in ons Bisschoppelijck Palys den 24. december 1760. JOANNES ROBERTUS Bisschop van Brugge.

Habemus itaque hìc duas editiones Catechismi , procuratas per duos Episcopos , quorum uterque profitetur se eum correxisse juxtà editionem anni 1623. Si quis autem duas istas novas editiones conferat , comperiet eas in multis discre- Duæ istæ editiones differunt.

Anno 1623.

discrepare, non tantùm in ortographia, sed etiam in punctis notabilibus, notanter in responso ad petionem 8. Lectionis II. & in responso ad petitionem 4. lect. XXIV. Hinc credendum, quod ipso primo anno 1623. factæ sint plures istius Catechismi editiones, etiam aberrantes à primæva editione; & quod isti Episcopi præ manibus habuerint exemplaria diversarum editionum ejusdem primi anni; aut quod alteruter habuerit editionem spuriam diu posteà impressam cum reimpresso anno 1623. Hinc optandum est; ut inquiratur, quæ fuerit primogenia editio; & eâ inventâ juxtà illam edatur Catechismus, quo restituatur & observetur in docendo & discendo uniformitas per totam provinciam.

Quid de defectibus hujus Catechismi.

Nuperrimè D. Paquot loco suprà citato *pag.* 29. *& seq.* videtur etiam velle mutationes in hoc Catechismo, & in eo assignat varios defectus, censetque Cardinalem Archiep. propter istos aut aliquos ex eis anno 1744. ad Episcopos comprovinciales misisse prædictum *schema mutationum* &c. Verùm habeo *schema* illud, & contuli omnes articulos, quos ut defectuosos notat; & nullus eorum corrigitur & nequidem attingitur. Cæterum si qui nævi in Catechismo isto reperiantur, tollerandi sunt potiùs quàm mutandi. Quis enim hodie opus omnibus numeris perfectum faciet & in quo sensa sua non intrudat?

Joan. Gevartius Canon. Antv.

JOANNES GEVARTIUS Turnholtius, Bruxellâ oriundus; J. C. variis Reipublicæ negotiis exercitus, atque à Belgarum Principibus *Alberto* & *Isabella* ad prima duodennalium Induciarum fundamenta cum fœderati Belgii Ordinibus, post civile XL. annorum bellum jacienda delegatus, elatâque uxore Antverpiæ in Cathedrali Canonicus & Officialis. Vir fuit in historiis

historiis cùm sacrâ tum profanâ, patriâ præsertim multùm versatus, ut quod moliebatur *de Ducibus Brabantiæ* opus fidem fecisset, ni mors immatura vitæ filum operisque incidisset. *Pontus Heuterus* in historia Belgica non parùm se à *Gevartio* adjutum fatetur. Filios reliquit *Carolum* J. C., Turnholti dein Liræ Decanum & Canonicum, & *Casperium* item J. C. & S. P. Q. Antverpiensi ab Actis (sicut pater ejus fuerat Turnholti) scriptis clarum. Obiit anno 1623. 30. aprilis sepultus in Cathedrali, atque epitaphio marmoreo statuâque in sacello SS. Cosmæ & Damiani ab iisdem filiis suis ornatus cum inscriptione, quam refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 646. Anno 1623.

Obiit hoc anno 24. decembris & sepultus est in D. Jacobi MICHAEL COIGNET Antverpianus, mathematicus Principum Belgii. Plura edidit, quæ indicat Foppens *Ibidem pag.* 890. Michaël Coignet Mathematicus.

Anno 1624. Breda Brabantiæ oppidum manu & arte munitum, quod anno 1590. fœderati per fraudem vectoriæ navis occupaverant, jussu ISABELLÆ obsideri cœpit per *Ambrosium Spinola* 27. augusti. Hanc obsidionem res multæ suprà præteritorum bellorum memoriam illustrem & nobilem reddiderunt. Durante verò hâc obsidione, cum in Arce Antverpiensi paucos milites præsidio relictos esse *Mauritius* princeps Arausionensis ab exploratoribus certò accepisset, eam mense octobri clam noctu tentari jussit. Noctis obscuræ tenebris tecti hostes scaphas in fossam Arcis dimiserunt; scalas muris admoverunt, malleos, vectes reliquaque instrumenta ad claustra portasque frangendas expediverant: cum ecce lumen ex alto emissum Batavos detexit, & vehemens ventorum turbo effecit, ut neque lintres firmare, neque scalas muris affigere valerent. Id genus prodigia ac præsidia divina & anno 1607. itemque an. 1622. 1624. Arx Antverpiensis ab Hollandis tentatur frustrà.

Anno 1624. nos ipsi Antverpiæ sensimus. Ita Miræus *Chron. Belg. ad hunc annum.* Vide suprà ad an. 1622. *pag.* 148.

Gerontocomium S. Claræ.

Domicella *Susanna Serraerts* vidua *Nicolai van der Heyden* per testamentum, confectum 12. aug. 1624., ultrà missam quotidianam apud Clarissas, reliquit media ad erigendam piam domum pro quinque feminis; Flo. 3000. pro emendo fundo, flo. 260. annuè pro sustentatione feminarum & flo. 40. annuè pro reparatione domuncularum. Erecta est ista domus viâ de *Berrevoet-straet* sub titulo S. Claræ.

Simile viâ de corte Ridder straet.

Similis domus pro quinque feminis non nuptis fundata est viâ *de corte Ridder-straet* per *Idam Sterck* ex eadem familia de Oyenbrugge, quo autem anno latet. Utraque incipit deficere.

Novum Altare in Choro Cathedrâlis.

In choro cathedralis Ecclesiæ hujus civitatis hoc anno 1624. erigi cœpit novum splendidissimumque Altare, primumque fundamentalem lapidem ad majorem Deiparæ Virginis honorem jecit *Isabella-Clara-Eugenia* Hispaniarum Infans. Tabulam novi hujus altaris repræsentantem Assumptionem B. M. cum duodecim Apostolis pinxit famosus P. P. Rubbens.

Joan. del Rio Decanus.

Tabulam istam procuraverat & solverat Joannes del Rio Brugensis ex Canonico, Officiali & Archidiacono Decanus hujus Ecclesiæ ab anno 1607. ac Episcopi Vicarius; dum hoc ipso anno 1624. moritur pridie Epiphaniæ. Sepultus est juxtà dictum summum Altare cum epitaphio, quod legitur supra portam lateralem chori ad latus septentrionale & sic sonat.

D. O. M.

Adm. R. nobilisque viri D. Joan. del Rio Decani & Episcopatûs Antverpiensis Vicarii generalis, qui solutâ picturâ summi Altaris, fundatoque sibi perpetuo Anniversario tam in hac quàm

quàm in Cathedrali Brugensi, variisque relictis ad subsidium collegii Societatis Jesu Antverpiensis, aliosque pios usus, pietatem posteris testatam reliquit. Quod mori potuit hic deposuit. Ao. MDCXXIV. die V. Januarii ætat. LXVII. Anno 1624.

R. I. P.

Edidit vir ille à se habitam *Orationem in funere RR. D. Joannis Miræi Antv. Epis.* typis Plant. 8. *Expositionem moralem Psalmi CXVIII.* Ibidem in 12. Item *Psalmorum VII. pœnitentialium.*

Huic in Decanatu Capituli Antverpiensis successit *Aubertus Miræus* scriptis famosissimus.

Obiit quoque hoc anno successor ejus in Archidiaconatu CORNELIUS DE WITTE Antverpiæ natus parentibus hollandis, peste, quæ hoc tempore grassabatur in hac civitate, sublatus 10. augusti; erat insuper Librorum Censor. E latino vernaculè dedit *vitam S. Gertrudis Abbatissæ Isslebiensis &c.* Antv. 1606. 8. Cornelius de Witte Archidiaconus.

Anno 1625. Breda post difficillimam novem mensium obsidionem die 5. junii sub potestatem Regis redacta est. Victoriæ fama in Galliam, Britanniam, Germaniam, Italiamque perlatâ fidem vix etiam apud amicos invenit. ISABELLA Archidux ad urbem victam militemque victorem visendum 12. julii Antverpiâ eò se contulit. Bredâ discedens ISABELLA *Presbyteris Soc. Jesu* ad sublevandos Collegii, ea in urbe collocandi, sumptus millia quinque florenorum, & *Capucinis* ad fundum Bredæ emendum quatuor millia dono dedit. Miræus *Chron. Belg.* 1625. Breda reducta.

Pontifex URBANUS VIII., cum audisset hanc Victoriam, Breve congratulatorium desuper misit mense augusti ad *Isabellam* Belgii gubernatricem, & simile ad Marchionem Spinolam, Congratulatur Pontifex desuper.

 qui

Anno 1625.

qui Bredam ceperat. Utrumque Breve refert vernaculè L. Aitzema *Tom.* 1. *pag.* 418. Recepta Bredâ Rex Hispaniarum interdicit sub gravissimis pœnis omne commercium inter subditos suos & incolas rebellantium Provinciarum per Edictum datum Bruxellis 29. julii 1625., quod refert Aitzema loco citato *pag.* 521.

Carthusiani Sylvæducenses.

Carthusiani Sylvæducenses, quorum monasterium in *Vucht* atrocitate bellorum in ruinis jacebat, post tentatam pluries restaurationem, desperabant se illic ultrà quietè victuros. Hinc intenderunt monasterium transferre in locum munitum. Cumque in civitate Sylvæducensi locum oportunum non invenirent, tandem tentârunt admitti in hac civitate: quod ipsis tam benè cessit, ut hoc ipso anno 1625. novella ista Carthusianorum plantatio in hac civitate in Capitulo generali Carthusiæ approbata & acceptata sit eique datus primus Rector.

Antverpiam veniunt & admittuntur.

Itaque octoginta tribus annis postquam Carthusia Antverpiensis in *Kiel* translata fuerat Liram, ecclesia Antverpiensis novâ decoratur Carthusia, quæ hodieque in regulari observantia perseverat.

An. 83. post discessum Lirensium.

Non abs re erit hìc referre originem & progressum hujus Carthusiæ tùm ex registris loci tùm aliundè.

Origo hujus Carthusiæ.

Fundationis primus auctor fuit Ludolphus van de Water Canonicus S. Joannis Silvæducensis. Is circà annum 1465. intendens erigere conventum monachorum juxtà Silvamducis in fundo suo, consuluit *Dionysium Rickelium* Carthusianum Ruremundensem, scriptis & sanctitate vitæ clarum, cujus Ordinis Religiosos institueret. Consuluit is carthusianos. Placuit consilium Fundatori, cœpitque construere Capellam

Ludolphus Canonicus fundator.

Extruit monasterium in Ollandia.

&

& quinque cellas in vico dicto *de Stroy* aliàs *Strodenroy*, in loco dicto *Ollant*, quindecim circiter passuum millibus ab urbe. Anno 1625.

Interim Prior, Procurator & Dionysius Ruremundenses scribunt ad Generalem Ordinis, quatenùs liceat acceptare hanc domum. Consensit Generalis, & nomine Capituli mandat illis, ut visitent locum, num Ordini aptus sit & eum acceptent: ac petento fundatore, *Dionysium* suprà dictum designat Rectorem primum novæ domûs, cum potestate assumendi monachos ex aliis monasteriis ac duos donatos; idque per Litteras datas, Carthusiæ 3. julii 1466., quas ex Registris loci subjicio.

Acceptatur ab Ordine.

„ Fr. JOANNES humilis Prior domûs majo„ris *Carthusiæ* venerabili patri in Christo Priori „ domûs de Bethleëm in Ruremunda Ordinis „ nostri, salutem in Domino sempiternam & „ per meritum obedientiæ regnum promereri „ gloriæ sempiternæ.

Litteræ Generalis desuper.

„ Litteras vestras litterasque Procuratoris do„ mûs vestræ, nec non litteras D. *Dionysii* „ monachi dictæ domûs vestræ super nova plan„ tatione propè Buscumducis jam inchoatâ recę„ pimus; in effectu continentes, quomodo in „ ipsa plantatione jam ædificata est una capella „ & quinque cellæ pro habitatione Religioso„ rum, & alia ædificia multa constructa; qua„ lia etiam jam sunt data ad opus dictæ novæ „ plantationis; quantaque promissa à diversis „ personis; cum quanto etiam desiderio ven. „ Vir Dominus *Ludolphus* fundator dictæ novæ „ plantationis anhelet, ut illuc mittantur per„ sonæ Ordinis, ita ut de nimia dilatione „ hoc faciendi jam tristetur.

„ Omnibus itaque his & aliis, in dictis litte„ ris extensiùs expressis, benè consideratis, „ attento permaximè, quod nedum dictus

 „ Domi-

Anno 1625. „ Dominus fundator & alius ven. Vir Magister „ *Martinus* ejus cooperator , verùm etiam po- „ pulus cum magna devotione unam plantatio- „ nem Ordinis in patria sua habere desiderat, „ auctoritate nostri Capituli generalis tenore præ- „ sentium Vobis committendo mandamus, qua- „ tenùs ad dictum locum vos personaliter con- „ feratis, & dicto Domino *Ludolpho* fundato- „ ri principali & D. *Martino* ejus prædicto „ cooperatori vos præsentetis, & locum præ- „ dictum cum omnibus pertinentiis suis, posses- „ siones, agros, nemora, prata, redditus „ & quæcumque bona, mobilia & immobilia „ jam oblata & offerenda ex parte Ordinis ac- „ ceptetis ad opus & incrementum prosperum „ dictæ novæ plantationis.

„ Et quia prædicta nova plantatio indiget uno „ bono Rectore, auctoritate jam dictâ & cum „ consilio totius domûs nostræ constituimus in „ Rectorem dictæ novæ plantationis Dominum „ DIONYSIUM prædictum, qui in dicta nova „ plantatione à principio laboravit, & præ „ cæteris facta ejus cognoscit pariter & intelli- „ git: qui per Nos sic institutus Rector regimen „ dictæ novæ plantationis pro merito obedien- „ tiæ humiliter suscipiat, ipsamque plantatio- „ nem in spiritualibus & temporalibus, struc- „ turis & aliis ad eam pertinentibus regat, ordi- „ net, disponat, dirigat secundùm Ordinis „ nostri Instituta. Cui & per præsentes damus „ licentiam exeundi ad Dominos & Magnates, „ atque ad alios, cujuscumque statûs vel gradûs „ extiterint, ubicumque eos esse contigerit, & „ quoties opus fuerit, ad tractandum cum „ ipsis, ab eisque impetrandum licentias, gra- „ tias seu privilegia dictæ novæ plantationi ne- „ cessaria seu accommoda; nec non ad reci- „ piendum quæcumque fuerint data & concessa

Dionysius Catthusianus primus Rector.

„ pro

„ pro juvamine ampliori, celebriori incremento „ ac prospero successu dictæ plantationis. Anno 1625.

„ Insuper damus licentiam, ut possit eligere „ cum vestro consilio de aliis domibus tres „ monachos, qui sint religiosæ conversationis, „ viros probos, exemplares, Ordinis Zelato-„ res ad ponendum in dicta nova plantatione „ sanctæ religionis fundamentum & bonum prin-„ cipium, tam in cultu divino quàm in ob-„ servantiis Ordinis, ad honorem Dei & salu-„ tem animarum & omnium in dicta plantatio-„ ne & domo Dei in futurum recipiendorum, „ & ad bonam ædificationem Fundatoris & „ totius populi. Qui Monachi per eum electi „ & vocati ad dictam plantationem sine mora „ habeant se transferre, cum hoc sit de more „ Ordinis & practicâ laudabili in Ordine con-„ sueta, ut ad novas plantationes viri religiosi „ & exemplares de aliis domibus semper eli-„ gantur & mittantur: & potissimum in hac „ nova plantatione hoc est observandum, ut „ sicut dono Dei jam in temporalibus accepit „ tale principium, gratiâ Spiritûs sancti diri-„ gente indies ampliorem in spiritualibus habeat „ profectum.

„ Insuper damus illi licentiam recipiendi in „ aliis domibus duos Donatos bonos & utiles, „ quos judicaverit dictæ novæ plantationi necessa-„ rios: & generaliter omnia alia faciendi, ordi-„ nandi, tractandi & procurandi, quæ ejus „ discretioni esse utilia, convenientia, necessa-„ ria & accommoda ad decus dictæ novæ plan-„ tationis; cum consilio tamen monachorum „ ad dictam plantationem evocandorum, prout „ est de more Ordinis laudabili.

„ Datum Carthusiæ die 3. mensis julii anno „ 1466. cum impressione sigilli dictæ domûs „ nostræ in testimonium præmissorum."

Anno 1625. Huic mandato paruit *Dionysius* licet ætate provectus, & locum inhabitare cœpit cum quinque assumptis religiosis. Sed vix inhabitaverant locum, quin experirentur incommoda, tum ex parte aquæ, tùm ex parte angustiæ & sitûs loci: situs enim erat ad viam regiam, unde expositi erant ad continuò recipiendos hospites, quod non quadrabat religioni solitariæ. Plures censebant ob dictas rationes locum derelinquendum & monasterium ad commodiorem locum transferendum: *Dionysius* censebat, in tali negotio non esse properandum. Fodit puteum magnum, quo subveniretur penuriæ aquæ; pro reliquis incommodis suasit, ut tantisper ferrent, nè viderentur gratiam & donum *Ludolphi* spernere.

Ob incommoditates loci.

Interim cæteris instantibus *Ludolphus* fundator villam aliam eis assignavit, sitam in loco dicto *Eyckendonck op den Dunghen*, in quem transferrent novam plantationem. Mox autem alii benefactores accesserunt, qui intentum opus promoverent.

Obtinent alium locum in Eyckendonk.

Tandem *Dionysius* in opere consensit & consilio inito cum duobus Prioribus Dulmatiæ & Trajecti ad Renum domum transtulit in *Eyckendonck*.

Domus illuc transfertur.

Inter has autem distractiones & curas *Dionysius* morbis & senio confectus à Capitulo generali dimissionem petivit anno 1469. quam accepit & rediit Ruremundam in domum professionis, in qua piè obiit 12. martii 1471.

Dionysius discedit & moritur.

In locum Dionysi suffectus est secundus Rector *Henricus Heeswich* monachus domus Trajecti, qui brevi tempore præfuit, eique suffectus est tertius Rector Fr. *Joannes de Monte* Religiosus Insulæ Reginæ-Cœli propè Vesaliam, ubi pluribus annis Priorem egerat. Hic opus cœpit promovere, capellam, cellas & alias necessaria

Secundus & tertius Rector.

cessarias officinas construere: ac in primis curavit, ut obtineretur consensus Principis, seu amortizatio novi hujus monasterii omniumque bonorum, jam obtentorum & deinceps justo titulo obtinendorum. Non constat, an anteà petierint consensum Principis pro primo monasterio fundato in *Ollandia*: præsumendum est eos id distulisse, cum mox experirentur incommoditates loci, unde prævidebant monasterium transferendum. Anno 1625. Hic promovet opus.

Itaque oblatus est eum in finem Principi Libellus supplex nomine præcipuorum fautorum & totius ordinis Carthusiensis; in quo præter consensum petunt, ut Princeps loco nomen imponat. Libellum istum, relatum ex authographo asservato in loco per Le Roy *Not. March. pag.* 45., subjungo. Petit consensum principis.

„PRÆPOTENTISSIME & Gratiosissime „PRINCEPS petunt humillimè & affectuosissimè illustris Dominus *Arnoldus* Dux Gelrensis & Juliacensis & Comes Zutphaniæ &c. „& totus sanctus Ordo Carthusiensis à vestra „generosa celsitudine licentiam & admissionem „erigendi parvum monasterium duodecim mo„nachorum & familiæ competentis ordinis „Carthusiensis propè Buscoducum ferè per dis„tantiam unius leucæ vel dimidiæ, in quodam „loco dicto *Eyckendonck*, de & ex Eleemo„synis per dictum Dominum Gelrensem filium„que ejus ac matrem ejus, ac illustrem Du„cem Cliviensem collectis; & specialiter à „quodam sacerdote quondam Canonico Busco„ducensi. Libellus supplex desuper oblatus.

„Insuper petunt humillimè prædicti propter „Deum & salutem animarum licentiam possi„dendi & utendi licitè bonis jam habitis & „justis titulis gratiâ Dei acquirendis usque ad „sobriam competentiam pro duodecim mona-

chis

Anno 1625. „chis & familia competente, ſcilicet ad ſum-
„mam centum quinquaginta lib. fland. groſſo-
„rum annuorum redituum: ſic tamen quod
„bona prædicta à juribus Principis & Patriæ
„non eximantur, ſcilicèt quod maneant cum
„talibus oneribus & juribus, quibus fuerunt
„ab aliis poſſeſſa.

„Ac etiam eandem novellam plantationem
„cum omnibus ſuis cauſis & negotiis in veſtram
„ſuſcipere ſpecialem ſalviguardiam & protec-
„tionem.

„Inſuper petitur, ut veſtra Celſitudo dig-
„netur de bona affectione oblatum tytulum &
„honorem Patronatûs dictæ plantationis in ſe
„ſuſcipere, ac eidem ut principalis fundator
„unum de Sanctis, cui magìs afficitur, in
„Patronum præficere & aſſignare. Qui Pa-
„tronus & Sanctus propter honorem, quem
„veſtra generoſa celſitudo ei in hoc oſtendit,
„liberavit (liberabit) eandem veſtram Celſitu-
„dinem ab inimicis veſtris, & poſtremò pa-
„cem & victoriam abſque dubio dabit. Quem
„Patronum deſiderant prædicti, ut veſtra cel-
„ſitudo in hac ſcedula propriâ manu ſignare
„& ſcribere dignetur; non obſtantibus in præ-
„miſſis Indultis quibuſcumque quomodolibet in
„contrarium facientibus, ad laudem Dei,
„glorioſæ virginis Mariæ & ſancti Andreæ ac
„omnium ſanctorum & pro ſalute animæ ge-
„neroſæ Celſitudinis veſtræ & pace."

Huic libello ſubſcripſit Princeps CAROLUS AUDAX Dux Burgundiæ & Brabantiæ hæc verba: „Fiat ut petitur ad honorem ſanctæ „Sophiæ Conſtantinopolis Civitatis." Hinc domus ſemper retinuit titulum *Domus Sophiæ*, & utitur hactenùs priſtino ſigillo, cui imago Salvatoris cum hac epigraphe circumcircà vetuſtis

Princeps conſenſum præbet, titulum domui indit.

teutonicis

teutonicis litteris est incisa : *Salva nos æterna Sophia.* Anno 1625.

In vim dictæ Principis apostillæ expeditum est desuper diploma, datum Abbatis-villæ 1. septembris 1471., relatum apud *Le Roy* loco suprà citato : in quo, quia locus primus non placuerat, & fortè hic secundus inveniretur incommodus, Princeps concedit, ut eo casu in alio quocumque loco circà Buscumducis monasterium suum construerent. *Concedimus*, inquit Princeps, *per præsentes, quod in loco dicto* Eyckendonck op den Dunghen, *aut si ille locus propter frequentes, ut accepimus, inundationes aquarum & inaccessibilitatem ejusdem tempore hiemali ad hoc minùs aptus reperiatur, in alio loco magis propitio & convenienti per medium milliare aut circiter ab opido nostro Buscoducensi distanti .... novum construatur & erigatur cœnobium seu monasterium ... ordinis Carthusiensis &c.* Diploma ejus desuper.

Hactenùs domus hæc gubernata fuerat per Rectores ; cùm autem jam plenè formata esset & per Principem confirmata, incorporata est Ordini, & datus est ei primus Prior anno 1472. ; quo super legitur in Registris majoris Carthusiæ ad illum annum. Incorporatur Ordini domus in Eyckendonck.

„ Novam plantationem propè Buscumducis „ Ordini nostro incorporamus in nomine Patris „ & Filii & Spiritus sancti, quam plantationem „ *Domum Sophiæ Constantinopolitanæ* nominare „ volumus, & præfecimus in Priorem dictæ „ domûs *D. Walterum* à domo Bethleëm in „ Ruræmunda absolutum. "

Verùm sicut supposuerat præcitatum Principis diploma, sic accidit. Vix enim secundum hunc locum inhabitaverant Religiosi, quin mox se proderet malignitas fundi, qui, cum totus paludinosus esset, jacta fundamenta rejiciebat ; Ob malignitatem fundi tertius locus quæritur.

unde

Anno 1625. unde iterum alius fundus aptior & solidior quærendus erat, in quo jam tertio erectio hujus conventûs tentaretur.

Obtinetur in Vuchs. Obtulit se occasio. Erat in suburbano cœnobium Monialium Orthensium, quem illæ communi consensu decreverant relinquere. Locus erat commodissimus & ædificiis ornatus, quæ facile Ordinis usibus aptari poterant. Placuit fundus monachis, emptus est eisque donatus. Emit eum donavitque *Aleydis Pieckia* conjux nobilis Domini *Arnoldi de Herlaer* equitis aurati, cœpitque statim ædificare, cellas

Dono Aleydis Piecks. construere & locum ad formam ordinis redigere, in quo suprà viginti quatuor centenaria aureorum insumpsisse legitur: unde meritò dicta fuit fundatrix hujus domûs. Accessit operi vir ejus, qui prout ex antiquis chartis constat ibidem octo Cellas instituit & dotavit. Nec ibi stetit ejus liberalitas, sed insuper bona, quæ habuit in Gelria patrio solo, immobilia adjecit. Refertur autem hic Arnoldus obiisse 1473. & conjux ejus 1484. Huic quoque operi collaboravit *Ludolphus* fundator duarum primarum mansionum, & tam lauta dona contulit ut etiam meritò inter fundatores tertiæ hujus domûs annumeretur.

Consensus Principis. Licèt autem Religiosi in citato Principis Diplomate haberent generalem consensum ad construendum monasterium suum in quocumque loco juxtà Buscumducis: tamen pro possessione hujus novæ domûs novum consensum petiverunt & obtinuerunt per Litteras CAROLI Ducis Burgundiæ datas Treviris 11. octobris anno 1473., quæ in Archivis loci servantur.

Eò transmigrant. Ad hanc itaque tertiam tempore septem annorum suam domum transmigrârunt hi Carthusiani, & in ea tandem commodam mansionem invenerunt Quo autem securè & tutè in

ea

ta perseverarent, dein novam possessionum suarum confirmationem petiverunt à Principe MARIA filia CAROLI quondam Ducis, eamque ab ea obtinuerunt per litteras datas Gandavi 12. aprilis 1476., quæ in Archivis loci servantur.

Adversitates dein passæ.

In hoc tertio suæ fundationis loco quietè vixerunt Religiosi usque ad annum 1542., quo à transeunte Rossemio multa passi sunt, & locum lytro redimere sunt coacti. Anno 1566. passi sunt ab iconoclastis, qui monasterium vastârunt. Anno 1572. iterùm ab illis passi sunt: & pulsi fugerunt *Boxtellam*, ubi aliquot annis hæserunt. Dein fugerunt in *Hees*, ubi apud Pastorem manserunt ferè per annum. Anno 1579. incendio per fœderatos immissô vastatum est monasterium in *Vucht*. Notantur hæc in Registris loci, in quibus hæc à contemporaneo monacho circà hæc tempora scripta legi: „Anno 1566. excisâ domo in diversâ „dispersi, interjectisque decem annis postquam „ad proprios agros regressi sumus, consecuta „sunt nos multa & tristiora, fugæ, latroci„nia, deprædationes, exilia & incerta sedes: „deinde quoque in Heesana & Ghestellana ten„tata; denique pervagati sumus omnem penè „solitudinem hanc Campiniæ. Nec etiamnum „hodie scimus, ubi habitemus."

Transeunt in civitatē Buscoducensem.

Anno 1585. cessantibus ibidem tumultibus, redierunt ad monasterium in *Vucht* illudque partim restaurârunt & inhabitârunt. Anno 1593. cum propter deprædatores in loco fundationis quietè vivere non possent, transierunt in civitatem Buscoducensem, ibique habitârunt in quodam suo Refugio, animô fortè ibidem pedem figendi, si commodum in ea civitate locum obtinere possent. Manserunt autem hæseruntque in suo refugio usque ad annum 1615.;

Anno 1625. quando videntes se in civitate Silvæducensi non obtenturos locum commodum, statuerunt monasterium suum transferre ad aliam civitatem clausam. In quem finem hoc anno ab ALBERTO & ISABELLA principibus petiverunt licentiam bona spectantia ad monasterium in *Vucht* divendendi, & pro pretio emendi alia bona, que amortizata censerentur. Obtinuerunt autem dictam Licentiam à Principibus hoc ipso anno per Litteras datas Bruxellis 27. martii.

Obtinent licentiã transferendi monasterium.

Verum secundo post hæc anno obtulit sese occasio pedem figendi in civitate Silvæducensi: illic enim in ordine ut bona cederent in augmentum præbendarum Cathedralis, supprimebatur Domus S. Gregorii seu *Fratrum vitæ communis*.

Mutant consilium.

Domum horum *Fratrum* conati sunt obtinere Carthusiani. Obtinuerunt autem eam inito desuper contractu cum Episcopo, & insuper domus illa ipsis assignata est per Principes. Patet hoc ex Diplomate ALBERTI & ISABELLÆ relato apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. IV. pag*, 325. in quo Principes consentientes in suppressionem dictæ domûs eam assignant Carthusianis his verbis.

Acquirunt locum in Silvaducis.

ITEM mits dyen het Clooster van de Cathuysers *van* Vucht, *ontrent de voorschreven stadt gelegen, door de voorlede troubelen geheel is geruineert geweest; die daer door genootsaeckt sijn geweest hun refugie te nemen in de voorschreven stadt in hunne cleyne huysinge, waer inne sy hun qualyck connen gehouden; sal den voorschreven Bischop de selve* Cathuysers *stellen in de possessie van het* clooster, kerck, huysinge, *soo binnen als buyten het Clooster, staende op de* Heestraete *tot vyf in getalle toebehoorende de voorschreve* Fratres. *Mits by de voorschreven* Cathuysers *daer voor gevende een recogni-*

recognitie, gelyck tuschen den voorschreven Bisschop en hunlieden is veraccordeert, nader blyckende by den bescheeden daer af sijnde. Anno 1625.

Sic locum hunc acquisiverant Carthusiani animô illic figendi domicilium: verùm res minimè successit, nam *Fratres vitæ communis* huic suæ suppressioni mox pro viribus sese opposuerunt, & lites varias desuper contrà Episcopum intentârunt in Concilio Brabantiæ, donec demùm anno 1623. consenserunt in dissolutionem communitatis suæ per Actum notarialem relatum cum prædicto Principum Diplomate loco suprà citato. Sine effectu.

Carthusiani non expectantes finem harum litium, mox ut viderent difficultates desuper moveri, statuerunt aliò transferre monasterium & Antverpiam eligentes, ibidem anno sequenti 1621. Litteras Principum obtentas anno 1615. exhibuerunt Episcopo, Capitulo & senatui, à quibus gratanter recepti acceperunt licentiam illic emendi fundum eumque inhabitandi. Hinc Antverpiam petunt.

Qui missi erant morabantur in refugio Carthusianorum Lirensium sub insignio S. Catharinæ, quæ domus sita est & format angulum platearum *Beggyne-straet* & *Rochus-straet* & divina celebrabant in capella S. Rochi illic sita. Et interim quærebant fundum commodum ad locandum monasterium, assistente sibi *Joanne Ram* Thesaurario civitatis. Et cum jam ab anno 1619. pluribus locis tentâssent, tandem obtinuerunt fundum amplum inter plateas de *Boc-stede* & *Beggyne-straet* duos hortos *Raem-hoven*, alterum dictum *de Beeck-raem* alterum *de Spiegel raem*, contiguos supradictæ domui, in quibus proprio nomine inhæredati sunt Carthusiani anno 1624. Illic demum fundum acquirunt.

Mox cœperunt Carthusiani locum aptare & usibus suis parare, ita ut brevi formam aliquam monaste- Edificant.

Anno 1625.

monasterii haberet. Petiverunt autem à Capitulo generali, ut domus hæc novella ordini incorporaretur.

Incorporatur Ordini.

Hanc incorporationem obtinuerunt anno hoc 1625., prout legitur in Actis Capituli Ordinis illius anni: „Novellæ Plantationi Antverpiensi „præficimus Rectorem D. *Guilielmum* professum & Priorem domus Liræ, propterea à „præfato Prioratu absolutum. Quem monemus, ut nihil disponat in negotiis gravioris „momenti sine consilio PP. Visitatorum; quibus committimus, ut certos ei religiosos adjungant, quos ad tanti operis inchoationem „& salutarem promotionem judicaverint aptiores."

Hinc patet deceptum fuisse Baronem Le Roy *Not. March. pag.* 45. dum dicit: *Captâ à fœderatis Belgis Sylvâ-ducis Cartusia illa migravit Antverpiam circà annum MDCXXXII. retento nomine domûs Sophiæ.* Similiter legitur *Act. SS. Tom. II. martii fol.* 254. *not. a.*, & apud alios.

Dedicatur domus.

Carthusiani sic undique omnem requisitum consensum habentes animosè perrexerunt in constructione necessariorum ædificiorum; sic ut anno sequenti 1626. Domus sit dedicata & in nova constructa Capella primum peractum sit officium. Dein successu temporis splendidissimum construxerunt monasterium & ecclesiam. Interim demùm anno 1639., dum monasterium plenè aptatum erat, Carthusiani Vuchtenses, hactenùs dispersi, congregati sunt Antverpiam. In ea autem domo feliciter & quietè perseverant hodieque, in regulari observantia exactissimi.

August. Sabothius Augustinianus.

AUGUSTINUS SABOTHIUS Antverpiæ natus anno 1593. Ordinis Eremitarum S. Augustini, Trajecti ad Mosam & alibi de verbo divino

ad populum disseruit, atque hoc anno 1625. edidit Leodii typis Christiani Ouwerx. 8. *B. Jordani de Saxonia* Ordinis Erem. S. Augustini, *de vitis Fratrum ejusdem ordinis* libros IV. cum *Notis*, Insuper *Vitam B. Claræ de Montefalco*. Foppens *Bibl. belg. pag.* 113. Anno 1625.

Post reductam civitatem, fundatum est Gerontocomium viâ *de Vents-straet*, quod vulgò dicitur *het Cruysken*, eò quod supra portam emineat parva Crux ferrea; vel *Schoenmaeckers Godts-huys* à fundatore. De eo sic Scribanius *Orig. Antv. pag.* 115: Joannes Sutor sex viris senio morbisque attritis locum dedit mulieremque addidit, quæ famularetur. E tenui supellectili venit hæc liberalitas. Scribanius non notat annum fundationis: sed cum dictum librum vulgaverit anno 1610., habemus fundatum fuisse ante istum annum: & per exhortationem, quam adjicit, satis insinuat fundatorem tunc adhuc publicè notum fuisse. Domus hæc, quæ sita erat ex adverso Montis-pietatis versus forum equorum, divendita est anno 1762. mense decembris per Eleëmosynarios de consensu Senatûs; & decrepiti in ea viventes cum tota fundatione translati sunt ad plateam *de Steenberg-straet*, in locum dictum *Sottekens-gank*; ubi perseverat fundatio sub pristino nomine *Schoenmakers-Godts-huys*, alias *het Cruysken*. Gerontocomium het Cruysken.

Cum per obsidionem Bredanam & per conatus ad eam solvendam exercitus utrimque notabiliter debilitati essent, hinc hoc anno 1626. nil notabile actum est. Obtinuerunt fœderati mense augusti Oldensaliam civitatem Transisalaniæ, cujus dirutis mœniis Princeps Orangius exercitum navi direxit in Flandriam tentaturus Hulstum; sed re nimis arduâ apparente reduxit classem, & mense septembri exercitum 1626. Bellum hujus anni.

Anno 1626. reduxit ad Rhenum, ubi mense octobri à Regiis fugatus est. Interim hoc anno inter commissarios regios & fœderatorum, qui Middelburgi in Flandria convenerant ad tractandum de commutandis captivis, cœpit agi de ineunda Pace, occultè tamen & sine patente commissione. L. Aitzema *Tom VII. pag.* 50.

Incipit tractati de pace.

Episc. consec. capellam in S. Bernardi.

Episcopus noster MALDERUS semper progrediens in restaurando monasterio S. Bernardi, cujus erat Abbas, hoc anno ibidem consecravit Capellam infirmariæ, ut refert Auctor *Chor. S. Bern.* apud Sanderum *pag.* 484. & verosimiliter etiam in hac civitate Capellam novæ Carthusiæ, de qua suprà.

Ophovius consecratur Episc. Sylvæducensis.

Eodem hoc anno 17. septembris simul cum *Jacobo Boonen* Archiepiscopo Mechliniensi & *Antonio Triest* Episc. Gandensi consecravit in hac civitate, & indubiè in templo FF. Prædicatorum, MICHAELEM OPHOVIUM Episcopum Sylvæducensem. Erat is Sylvæducensis ex ordine Prædicatorum S. T. D. & missionum Hollandicarum præfectus: resedit autem in sua cathedra usque ad annum 1629., quo Sylvamducis Fœderatorum armis expugnatam deserere coactus est & mortuus est exul Liræ 4. novembris 1637. ætatis 66. Dederat Antv. 1603. tractatum vernaculum *de casibus, quibus licet jurare* & *vitam S. Catharinæ Senensis.*

Ant. de Hainin Episc. Iprensis moritur.

Hoc anno 1. decembris obiit ANTONIUS DE HAININ ætatis 71. Episcopus Iprensis ab anno 1614. Erat in hac civitate natus, S. T. L. Canonicus Cathedralis Iprensis & Pastor ibidem ad S. Nicolaum. In Academia Duacena Seminarium erexit, quod hodie plurimùm floret.

Ven. Anna à S. Barth. moritur.

Ven. Anna à S. Bartholomæo, de qua suprà ad annum 1611. & 1622., obiit hoc anno 7. junii in monasterio Teresianarum, vulgo Hispanarum, à se fundato & cui per annos

quatuordecim præfuit, ætatis 76. professionis 57. Corpus ejus ibidem religiosè conservatur, donec ultrà procedatur ad beatificationem. Scripsit in hispania *vitam ac res gestas seraphicæ matris Suæ Teresiæ*. Scripsit & jussu superiorum *vitam propriam ac mirabilia, quæ in ea operatus est Dominus*; uti & *Instructiones seu monita sua ad moniales Antverpienses*, quæ primùm idiomate gallico Antverpiæ annò 1646 prodierunt; dein *cum auctario de morte ejus & miraculis ac vita quarumdam Antverpiensis cœnobii monialium pietate illustrium*. Bruxellis apud Joan. de Smedt an. 1708. in 8. Vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 64. Anno 1626. Ejus scripta

Guilielmus de Pretere Societatis Jesu, Bruxellensis quidem nativitate sed Antverpiensibus accensendus; quia maximam vitæ partem inter eos transegit, totus incubuit animarum saluti; atque in primis B. Mariæ virginis honori ac cultui promovendo omnem industriam adhibuit. Scripsit ediditque vernaculè: *Enchiridion Sodalitatis B. Virginis* Antv. 1611. 12. *Examen pro confessione generali*. ibid. 12. *Spiritualem paradisum piarum cantionum* ibid. 1619. *Remedium Spirituale in morbis contagiosis* Ibid. 1614. & auctiùs 1626. eo anno, quo obiit Antverpiæ 10. novembris & ætatis 48. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 420. & D. Paquot *Mem. litt. tom. II. pag.* 167. Guil. de Pretere S. J.

GODEFRIDUS VAN SANTVOORT J. U. L., natus 10. junii 1577. in Udenrode municipio territorii Sylvæducensis, Canonicus Cathedralis Antverpiensis. Abdicato dein Canonicatu, ut deo & sibi liberiùs vacaret, totum se devovit exercitiis vitæ sanctioris, extrà strepitum secularem amans nesciri & sanctum otium æmulari. Scripsit seu transtulit varia opuscula ascetica. Ex Italico in Latinum Synopsin *vitæ quinque Sanctorum* à Gregorio XV. Pont. inter di- Godefridus van Santvoort Can. Antv.

Anno 1626. vos relatorum, *Isidori agricolæ*, *Ignatii Loiolæ*, *Franc. Xaverii*, *Matris Teresiæ* & *Philippi Nerii* Antv. 1624. 8. Ex Hispanico Tractatum *de Tranquillitate animæ Christianæ* Auctore *Joanne Bonilio* Ibid. 1626. E gallico *summulam perfectionis Christianæ*. Ibid. 1626. 12. Vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 374. & D. Paquot *Memoires litt. tom. V. pag.* 146. Neuter indicat annum obitûs.

Jacobus Colius. JACOBUS COLIUS Antverpiensis, Ortelii ex sorore pronepos, natus ultimâ decembris 1563. postque Londini in Anglia sedem fortunarum suarum elegit & mercuriaribus negotiis intendit, summus interim rei antiquariæ admirator. Scripsit & vulgavit hoc anno 1626. *Paraphrasin Psalmi* 104. & 127. Middelburgi, & alia, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 510.

Ludovicus Nonnius Medicus. LUDOVICUS NONNIUS Antverpiæ natus circà annum 1554. patre Lusitano, Lovanii promotus est in secunda linea anno 1573. Fuit dein excellens Medicus, Historicus & Poëta. Hoc anno vulgavit excellens opusculum intitulatum *Diæteticon* sive *de re cibaria* Antv. 1626. 8., in quo renovat priscorum medicorum sententiam, qui scripserunt *de salubri piscium alimento*. Demonstrat (Probat esum piscium.) secundùm eos pisces esse alimentum saluberrimum sedentariis, veteranis, ægris & hominibus teneræ complexionis, ac esum piscium, quem certis diebus præcipit Ecclesia romano-catholica, simul etiam esse saluberrimum. Plura alia vulgavit, quæ exhibet Foppens *Bibl. Belg. pag.* 834. Annus obitus ejus non indicatur.

1627. Anno 1627. pauca bello acta sunt in Belgio, Marchione *Spinolâ* magìs intendente bello navali. (Bellum hujus anni.) Interim mense julio fœderati *Grollam* comitatûs Zutphaniensis civitatem obsidione cinxerunt, eamque mense augusti obtinuerunt. Regii Zelandiæ

landiæ insulam *Goesam* tentârunt, intendentes civitatem intercipere, sed frustrà. Interim Santvlietam in formam opidi redigunt & muniunt & alia ibidem quædam loca muniêrunt. Anno 1627.

Sicut anno præcedenti actum est de pace inter Commissarios, qui Middelburgi convenerant ad tractandum de commutatione bello captorum; sic & hoc anno inter eosdem commissarios, qui in eandem rem convenerant Rosendaliæ, de pace actum est, quidem sine commissione sed de scitu principalium suorum. Commissarius regius tandem tres proposuit articulos: nempe 1. Rex recipiet recognitionem de dominiis fœderatarum Provinciarum. 2. Fœderati quibusdam navibus Regi auxilio erunt, & catholicis permittent exercitium religionis saltem in uno templo in majoribus civitatibus, 3. Schaldis patebit navigationi & mercaturæ. Et licèt Articuli hi minimè placerent, perseverârunt tamen rem illam agitare per duos annos. Articuli propositi ad pacē

Carmelitæ Discalceati jam à novem annis admissi erant in hac civitate à senatu, ab Episcopo & Capitulo, à quo tunc varia privilegia obtinuerant per concordatum seu Actum notarialem, suprà ad annum 1618. relatum: verùm hactenùs fixum domicilium non habuerant, sed de loco in locum migraverant. Diu retenti fuerant spe obtinendi monasterium & ecclesiam in mera, ubi domum obtinuerant; sed opponentibus se Carmelitis, in quorum vicinia domus ista erat, licentia negata est. Cum autem spes illa in totum evanuisset, seriò cœperunt quærere aliud domicilium, quod, ut asserit Le Roy *Not. March.*, hoc anno 1627. invenerunt commodum circà forum frumentarium Brabantinum. Locum istum hoc anno cœperunt aptare usibus suis, construxeruntque splendidum monasterium & ecclesiam, in eoque perse- Discalceati construunt monasteriū & templum.

Anno 1627. perseverant usque in hodiernum diem in regulari observantia.

Reliquiæ S. Norberti exaltantur. S. NORBERTUS institutor Præmonstratensium & Episcopus Magdeburgensis obierat in civitate sua Episcopali anno 1136. ibidemque sepultus fuerat : verùm Magdeburgum jam multis annis fuerat sub jugo luheranorum, qui ecclesiasticos omnes expulerant ; ita ut Corpus S. Norberti ibidem inter hæterodoxos jaceret sine honore sine cultu. Ordo ab eo institutus id ægrè ferens jam diu laboraverat, ut corpus inde levaretur & transferretur ad locum catholicum ; id autem tandem obtinuit mediante Imperatore hoc anno 1627., quando Corpus effossum translatum est Pragam, ibidemque solemnissimè receptum. Ad hanc solemnitatem duo ex Abbatia nostra S. Michaëlis invitati iverunt, & notabiles reliquias ex isto Corpore redeuntes Antverpiam attulerunt, quæ mense septembri cum maxima solemnitate, tamquam Apostoli Antverpiensium contrà hærésim Tanchelianam, exaltatæ fuerunt. Solemnitas hæc, processio eâ occasione instituta, via, pegmata in via constituta, officia per octiduum celebrata, conciones indies habitæ, themata earumdem &c. omnia latissimè descripta sunt & prelo vulgata, quæ Papebrochius etiam latissimè inseruit *Actis S. Norberti. pag.* 894. *& seqq.*

Pestis Antv. Pestis jam aliquot annis grassabatur in Belgio & Antverpia etiam infecta erat. Undique quærebantur remedia. Guil. de Pretere anno precedenti ut supra vidimus, vulgaverat remedia Spiritualia sub titulo *Remedia Spiritualia in morbis contagiosis.*

Guillielmus Marquis Medicus. Hoc autem anno GUILIELMUS MARQUIS Antverpianus, primum Hulstensis in Flandria, dein Antverpiensis & Nosocomii ibidem medicus, vulgavit remedia corporalia sub titulo :

Decas

Decas pestifuga seu quæstiones decem problematicæ de Peste cum instructione purgandorum ædium infectarum Antv. anno 1627. apud Cæs. Trognesium in 4. Vulgavit medicus hic ad huc alia, quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 415., ubi annus obitûs ejus non indicatur. Anno 1627.

EGBERTUS SPITHOLDIUS, Canonicus & Plebanus Ecclesiæ Cathedralis ab anno 1595. Zutphaniæ natus, S. T. L. Coloniensis ac librorum Censor, vir pius ac morum suavitate amabilis, obiit hoc anno 15. aprilis & sepultus est in sacello Circumcisionis, ubi vivens sibi hoc monumentum elegerat: *Hunc lapidem posuit sibi Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus & Plebanus Antverpiensis, qui hic residentiam suam habuit ab anno Domini MDXCV. & obiit XV. mensis aprilis MDCXXVII. cujus animam Deo opt. ter max. Transiens precor commenda.* Scripserat *Pia precationum & contemplationum exercitia* Antv. Plant. 1604. latinè & flandricè. Item *Meditationes in Passionem & Resurrectionem Christi.* ibid. 1612. 12. Vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 252. & D. Paquot *Memoires litt. tom.* 1. *pag.* 156.

Egbertus Spitholdius Plebanus.

Obiit etiam hoc anno 7. junii LAURENTIUS BEYERLINCK S. T. L., Canonicus Graduatus, districtûs primùm dein civitatis Archipresbyter, & primus per annos viginti duos Præses Seminarii Episcopalis. Natus erat Antverpiæ mense aprili 1578. patre *Adriano*, matre *Catharina van Eyck* civibus honestissimis, majoribus Bergizomeis. Post humaniora in patria, Philosophiam & Theologiam Lovanii didicit, ibique adhuc juvenis Poësim & Rhetoricam docuit in Collegio Vaulxiano seu Gandensi & Philosophiam in Bethleëmitico Can. Reg. cœnobio: mox Pastor in pago Herent extrà muros & Decano Christianitatis in ipsa

Laurentius Beyerlinck Can. &c.

Anno 1627. urbe datus coopitulator à *Mathia Hovio* Archiep. Mechlinienſi, cui dum viveret gratus acceptuſque fuit. Anno 1605. in patriam evocatus ab Epiſ. MIRÆO primus inſtitutor & Præſes conſtituitur Seminarii Theologorum, agens dumtaxat annum 27. ætatis, & paulò poſt Canonicus Archipresbyter & Librorum Cenſor. Sepultus eſt in Cathedrali in Sacello D. Thomæ in ſepulchro parentum cum hoc ſpeciali epitaphio.

Epitaphium ejus. LAURENTIUS BEYERLINCK *Antverp. natus litterisque excultus, Lovanii Philoſophiam & Theol. hauſit, ad Seminarii curam huc evocatus præfuit & fecit bene, Hujus ædis Canonicus & librorum Cenſor, Diſtrictûs primùm dein Urbis Archipreſbyter nec non S. R. E. Prothonotarius. Tot muniis præclarè obitis, concionibus, ſcriptis ſacris & prophanis, Vita innocentiâ atque in Deum pietate apud cives & exteros clarus Obiit. 7. junii MDCXXVII. ætatis* XLIX.

Scripſit & vulgavit.

Scripta. *Apophthegmata Chriſtianorum* Antv. Plant. 1608. 8.

Chronici Opmeriani auctarium. Ibid. apud Verduſſ. 1612. fol.

Promptuarium morale ſuper Evangelia feſtorum anni totius *III. tom. in* 8. Coloniæ 1616. & ſeqq., opus reimpreſſum Aug. Vindelic. 1749. in 4.

Tractatus Synodicus ad Synodum Dordracenſem. Ubi de Synodorum inſtitutione &c. Antv. 1619. 8.

Examen conſilii profectionis Marci - Anto. de Dominis Archiepiſc. Spalatenſis Antv. & Coloniæ 1617. 8. Dein Auctor dedit illud flandricè Antv. 12.

Parentalia in funere Joan. Miræi Epiſc. Antv. ibid. 1611. 8.

Parentalia in funere Mathæi Hovii Archiep. Mechl. ibid. 1620. 4.

Oratio-

Orationes duæ in Exequiis Philippi III. Regis catho. & *Alberti Pii* Belgarum Principis Antverpiæ habitæ. Ibid. 1621. 4. Anno 1627.

Biblia sacra variarum translationum Antv. apud Keerbergium 1616. fol. tomis III.

Magnum Theatrum vitæ humanæ, hoc est, Rerum divinarum humanarumque Syntagma catholicum, pholosophicum, historicum, dogmaticum ordine alphabetico & libris XX. dispositum: editum à morte Auctoris Coloniæ typis Anto. Hierati 1631. *fol. tom. VIII.* Dein reimpressum Lugduni in Gallia anno 1678. & Venetiis 1707. utrobique VIII. Tom. fol.

Idiomate vernaculo dedit *Responsa catholica ad quæsita obvia prætensæ religionis reformatæ* typis Verdussii 1609. & iterum *aucta* 1617. 16. Item *Vitas III. Apostolorum Antverpiensium SS. Eligii, Willibrordi & Norberti*, apud Corn. Verschueren in 4. Item 1651. latinè & belgicè. Ita Foppens *Bibl. Belg.* pag. 804. & D. Paquot *Mem. litt. VIII. pag.* 437. & *seqq.*

Cum L. Beyerlinck in hoc opusculo tantùm agat de tribus Antverpiensium Apostolis, quorum primum ponit *S. Eligium*, signum est, *S. Amandum*, primum notum Antverpiensium Apostolum, ejus adhuc tempore in oblivione sepultum fuisse.

Bibliotheca publica Lovanii.

L. Beyerlinck moriens Bibliothecam suam legavit Universitati Lovaniensi, quo auspicio, ut asserit Erycius Puteanus *in Auspiciis Bibliothecæ publicæ Lov.* pag. 46. seriò de Bibliotheca publica acceleranda consultatum est, quæ demùm erecta est nono post ejus obitum anno. Adeò ut dictus Auctor de illo asserat, quod plus dando quàm scribendo famæ acquisivit. Sicut autem Beyerlinck tunc originem dedit Bibliothecæ publicæ, ita deinceps anno 1720. alter Canonicus Antverpiensis D. Snellaerts legando Bibliothecam suam Universitati originem dedit ædificio & Bibliothecæ

Snellaerts Can. Antv.

Anno 1627. bliothecæ publicæ, quæ hodie extat Lovanii. De hoc viro vide D. Paquot *mem. litt. XIII. pag.* 295.

Janus Gruterus historicus

Janus Gruterus Antverpiæ natus 3. decembris anno 1560. patre *Walthero* hujus urbis Consule (Dict. hist. edit. Amst. anno 1740 & Paris. an. 1759. de eo dicit : *Etoit* fils de *Jean. Gautier, qui avoit etè Bourguemaistre d'Anvers, etoit un de ceux, qui avoient signè la Requete famense presentée à la Duchesse de Parme, & qui donna l'origine au mot de* Gueux. *Il fut proscrit, passa à Nortwich en Angleterre, ou il resta quelque tems, & revint à Middelbourg d'ou il rentra dans Anvers, lorsque les Etats s'en furent rendus maitres. Pendant le Siege, qu'en fit le Duc de Parme, Gruter fut Capitaine de son Quartier & l'un des quatre Intendens des vivres.* Nomen Gruteri non reperitur in catalogo Burgimagistrorum Antverpiensium ; unde fuerit forte Scabinus, non Consul.) Præfando ad tomum Florilegii magni, quem ipse collegit, scribit se à matre *Catharina Tishem*, ab avia & esse & audire Anglum, eaque in insula vixisse, adolevisse, studuisse aut Nortwichi aut Cantabrigiæ ab anno ætatis quarto usque ad decimum nonum ; reliquos adolescentiæ suæ annos egit Lugduni Battavorum, justi Lipsii toto septennio auditor. Doctor Legum illic promotus, dum Antverpiam cogitat, ibidem domicilium fixurus, vix ingressus urbem, ab Alexandro Parmensi mox obsidendam, parentis jussu in Galliam secessit. Atque ex inde plerasque Europæ provincias obivit, ad publicam Historiarum professionem interim à variis invitatus. Verùm Heidelberga illi placuit, ubi matrimonium inivit. In hujus urbis direptione anno 1622., à milite Bavaro factâ, & bibliothecæ, quam 40. annorum spacio sibi privatim vix duodecim aureorum millibus comparaverat, & reliquas

reliquæ suppellectilis jacturam omnimodam fecit, solumque vertere coactus Argentorati paulisper substitit, vitæque ultimam stationem elegit Brittæ apud Oswaldum Smendium generum. Vir fuit grecè ac latinè, omnisque adeò antiquitatis admodum peritus, qui dum à curatoribus Academiæ Groeninganæ dilectus esset historiarum & grecæ linguæ Professor, priusquam itineri se accingeret, moritur 10. septembris hujus anni 1627. ætatis 67. Heildelbergæ ad D. Petri depositus. Plurima scripsit, quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 548. & D. Paquot XVI. *pag.* 1. & seqq. Anno 1627.

Vivebat hoc anno Dominicanus & nativitate & possessione Antverpiensis JOANNES VAN HERENBEECK (fortè *Horenbeeck*, quod nomen adhuc commune est in hac civitate) quo publicavit vernaculè *Vitam B. Henrici Suso*. B.Suso erat Dominicanus Germanus, qui post piam & sanctam vitam obierat 1366. Ejus vitam latinè scripserat Surius, quam Bollandus inseruit Actis SS. *tom. II. januarii ad diem* 25. D. Paquot *Mem. litt. IX. pag.* 269. Joannes van Horenbeeck Ord. Prædic.

Anno 1628. in belgio vix quidquam bello actum est; Regii tamen per insidias Bergas ad Zomam intercipere quidem tentârunt, sed negotium mox detectum effectu frustratum est. Interim cum Rex Galliæ rescisset, Ordines occultè cum Rege Hispaniarum agere de pace aut de sanciendis induciis, id ægrè ferens conabatur impedire. 1628. Bellum hujus anni.

Hoc tempore magistri fabricæ Parochialis ecclesiæ S. Jacobi in hac civitate agebant, ad obtinendam erectionem Capituli Canonicorum in sua Ecclesia, idque ideò quòd, cum ecclesia ista post cathedralem in hac civitate esset primaria tùm structurâ tùm numero parochianorum; interim propter cessationem oblationum Agitur pro erectione Capituli in S. Jacobi frustrà

Anno 1628. nam, occasione malignitatis temporum, esset jam in tam miserabili statu, ut ob non solutionem ordinaria officia divina debuerint suspendi in notabile detrimentum ecclesiae & incommodum populi. Sperabant autem fore, ut per erectionem Capituli, cum tunc plures qui praebendas fundare intenderent, officia divina pro commoditate populi multiplicarentur & ad splendorem restituerentur. Hac dicti Magistri hoc tempore rem itatim eo produxerant, ut Serenissima Infans ISABELLA Belgii Gubernatrix hoc anno 1628. [illegible] augusti scripserit ad Episcopum nostrum *Ant. Malderum* & ad D. *Boisschot* Brabantiae Cancellarium, ut sedulo hoc opus promoverent & omne impedimentum tollerent. Ita refertur in Diplomate regio dato Bruxellis anno 1657. relato cum literis erectionis Capituli, vulgatis Antv. typis Jac. Bern. Jouret anno 1737. 4. Interim dicti Magistri erectionem illam demum obtinuerunt post annos viginti-octo, ut infra suo loco dicetur.

Gerontocomium S. Michaelis. Domicella *Anna Marcelis* hoc anno in hac civitate fundavit gerontocomium sub titulo S. *Michaelis* vulgo *de Lange-ridder-strate* pro quinque mulierculis, quod hodieque subsistit sub cura DD. Eleemosynariorum.

Petrus Coens & Zeg. van Hontsum Can. Antv. Hoc tempore agitabatur quaestio de origine Begginarum inter duos Canonicos ecclesiae cathedralis Antverpiensis. PETRUS COENS natus Hallis Hannoniae S. T. L. Canonicus, Scholasticus & Curiae episcopalis sigillifer vulgaverat *Disquisitionem historicam de origine Beghinarum & Beghinagiorum in Belgio*, qua contendebat eas originem & institutionem habere a Begha. Opposuit hoc anno 1628. Antv. 8. ZEGERUS VAN HONTSUM Antverpianus S. T. L. Canonicus Grad. & Poenitentiarius: *Declarationem veritatis, quod Beggina Nomen, Institutum & Originem habeant*

Scribunt de origine Beghinarum.

habeant à *S. BEGGA Brabantiæ Ducissa*. Reposuit Petrus Coens : *Notas in Declarationem veridicam Zegeri van Hontsum* Leodii 1629. 8. An quæstio hæc diutius fuerit agitata, non liquet. Interim alter scribit *Beghinæ* alter *Begginæ*, prout quisque originem quærit aut à *Beghà* aut à *S. Begga*. Prior obiit 7. Aug. 1646. alter 1643. 19. januarii. Vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 964. & 1168. ac D. Paquot *Mem. Litt. tom. VIII. pag.* 51. De origine Begginarum vide quædam suprà ad annum 1240. *Tom. I. pag.* 239. & seqq. Anno 1628.

1629. Jam ab anno 1626. inter commissarios regios & fœderatorum, qui ob alia negotia convenerant tum Middelburgi in flandria tum Rosendaliæ, actum erat de terminando bello aut per pacem aut per longi temporis inducias, sed hactenùs sine patente commissione. Illam autem commissionem Hispaniarum Rex tandem ad Infantem Gubernatricem dedit 12. januarii 1629. cum potestate agendi desuper cum fœderatis & substituendi. Substituit hæc Marquettæ Dominum, qui, cum fœderatis exhibitæ fuissent commissiones, toto hoc anno cum commissariis fœderatorum egit ad sanciendas inducias viginti - quatuor annorum.

Agitur de sanciendis induciis.

Interim 30. aprilis fœderati obsidere cœperunt Sylvamducis. Mense julio Regii, trajecto Isalâ fluvio veluam invaserunt ibidemque se munierunt & Amersfordim obtinuerunt 4. augusti. Eodem mense die 19. fœderati subitâ irruptione Vesaliam ad Rhenum occupant. Ex inde Sylvamducis post quinque ferè mensium obsidionem ad deditionem 17. septembris adigunt. Inter conditiones deditionis, quibus, ut vult Aitzema *Tom.* 1. *pag.* 884., Michaël Ophovius Episcopus etiam subscripsit, una erat, quod ecclesiastici omnes intrà duos menses exirent.

Bellum hujus anni.

Fœderati Buscumducis obsident.

Episcopus

Anno 1629. Episcopus venit Antverpiam, ubi à tribus annis fuerat [illegible], unde concessit Liram; ubi [illegible] vixit usque ad annum 1637., quo ibidem obiit.

[illegible] Anno hic [illegible] [illegible] Societati Jesu; [illegible] in [illegible] [illegible] scriptis [illegible] *[illegible]* [illegible] Gandensis vide D. Paquot *Mem.* [illegible] I. [illegible] obiit 23. octobris [illegible] [illegible] [illegible] inser[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] plu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] S. [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] relatis [illegible] [illegible] [illegible] persona adsumpsit. [illegible] *[illegible] Tom. II. Septemb.* pag. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] ex sola [illegible] [illegible].

Andreas Schottus. [illegible] [illegible], *Franc[illegible]* [illegible] [illegible], [illegible] Antverpiae anno 1552. Lovanii [illegible] [illegible] in pædagogio Castrensi [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] *[illegible] Pantinum* [illegible] [illegible] & [illegible] peregrinationis [illegible]. Anno [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Antverpiâ [illegible], inde Lutetiam [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible], primumque [illegible] [illegible] Complut. Inde Toletum se [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] *[illegible]* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]. Anno [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 34. [illegible] [illegible] [illegible] & Romæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Foppens *[illegible]* [illegible]. [illegible] [illegible]

CARO-

CAROLUS SCRIBANIUS origine genuensis natus Bruxellis patre Placentino, matre Gandavensi, societatis Jesu theologus, historicus ac philosophus, par fuit cuivis cùm functioni tùm scriptioni, ingenio doctrinâque excellens; judicio autem prudentiâque paucis comparandus. Fuit Provincialis & collegii Antverpiensis, antequam transferretur ad domum Anglicanam, Rector. Ejus potissimum industriæ debetur erectio templi societatis Jesu Antverpiæ ex candido marmore, quod anno 1718. fulmine incensum periit. Obiit Antv. 1629. 24. junii ætatis 61. In gratiam Antverpiensium scripsit & typis plantinianis vulgavit anno 1610. 4. *Antverpiam*; in qua cives summis attollit laudibus & *Origines Antverpienses*, in quo urbis initia & progressum describit. Cætera ejus varii generis scripta & epitaphium refert Foppens *bibl. belg. pag.* 161. & D. Paquot. *Memoires litt. Tom. III. pag.* 348. Anno 1629. Carolus Scribanius S. J.

HERIBERTUS ROSWEYDUS ultrajecti natus anno 1569. Societati nomen dedit vicenarius. Philosophiam Duaci didicit & docuit, Sacras item Litteras Duaci & Antverpiæ professus est. A quibus studiis missione impetratâ animum ad scribendum appulit., plerosque belgii Bibliothecas lustravit atque excussit; Sanctorum vitas aliaque eruit. Edidit anno 1607. 8. typis plantinianis *Fastos Sanctorum*; in quo exhibet deliniationem Operis *De vita Christi ac B. M. Virginis Sanctorumque in ecclesia catholica tomis XIV*. At Heriberto huic molitioni immortuo, successit in provinciam illam *Joannes Bollandus*, qui totum in ea exornanda ac promovenda se dedit, ac anno 1643. cum *Godefrido henschenio* mensem januarium vulgavit duobus tomis in fol., quod opus eminentissimum illi & successores jam produxerunt usque ad diem 7. octobris Heribertus Roswydus S. J.

Anno 1629. bris tomis omninò XLIX. fol. Dedit etiam vernaculè anno 1623. *Historiam ecclesiasticam à Christo nato ad Urbanum VIII.* simul cum *Historia Ecclesiastica belgica* fol. tom. II. Reliqua plurima quæ edidit tum latinè tum vernaculè, refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 470. Obiit Antv. in domo Professâ 5. octobris 1629. ætat. 60.

Quartus denique in domo professa obiit hoc anno ætatis 69. ADRIANUS MANGOTIUS Gaudanus, munere pastorali aliquot annis functus, antequam anno 1585. Societati nomen daret, famosus *monitis sacris* & *Marianis*, quos vulgavit Antverp. *tomis* 4. in 8.

Adrianus Mangotius.

DIONYSIUS CHRISTOPHORI S. T. L. Antverpiæ natus ac ibidem in Cathedrali vî privilegiorum Academiæ Lovaniensis Canonicus, dein Canonicus & Plebanus Turnholti: beneficium illud post semestre dimisit ac Romam tendit anno 1600.; ubi Roberto Bellarmino Cardinali fuit à sacris & secretis. Dein per CLEMENTEM PP. VIII. factus est Canonicus cathedralis Brugensis, ubi residens assumptus est in Secretarium Concilii provincialis Mechliniæ celebrati 1607., cujus acta Romam detulit approbanda. Indè redux factus est Brugis Præses & Professor restaurati Seminarii ac anno 1617. Capituli Cathedralis Decanus, & tandem anno 1623. ejusdem civitatis Episcopus, ubi plenus meritis obiit 6. augusti 1629.

Dionisius Christophori Episc. Brug.

FRANCISCUS SWEERTIUS, filius *Francisci* & *Gertrudis van Os*, Antverpiæ natus est anno 1567., vir ingenio solerti & lepido. Mercurium simul sectari solebat ac musas, tempusque omne à merculialibus negotiis liberum & vacuum scriptioni dare. Dedit *Belgii totius seu XVII. Provinciarum Germaniæ inferioris brevem descriptionem*, adhæret mappæ belgicæ à vrientio

Franciscus Sweertius Historicus.

editæ

editæ 1603. Item *Monumenta sepulchralia Brabantiæ Antv.* 1613. 8. Item *Athenas belgicas* & alia plura, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 313. & D. Paquot *Memoires litt. tom. IV. pag.* 282. Uxorem duxerat *Susannam van Erp* ab eaque sex liberis susceptis moritur Antverpiæ anno 1629. ætat. LXII., sepulchro paterno in D. Georgii illatus. Anno 1629.

Emanuël Suerius Historicus.

EMANUEL SUERIUS natus Antverpiæ anno 1587. X. kal. martii parentibus *Didaco Lopez Zueyro* & *Leonora Zueyro* Lusitanis, Eques Ordinis seu militiæ Christi, honorificè servivit Regi in bello belgico. Vir politissimi ingenii, variarum linguarum & disciplinarum, in primis verò historices & mathematices gnarus fuit. Dedit hispanicè *descriptionem brevem Belgii* Antv. 1622. 8. *Annales Flandriæ* tom. II. Ibid. 1624. fol. *Corn. Taciti* & *Salustii* translationem. Plura meditanti longiorem vitam nimis præpropera invidit mors Bruxellis anno 1629.

Petrus Boexelaer Cisterciensis.

Eodem hoc anno obiit PETRUS à BOEXELAER Antverpiensis Abbatiæ S. Salvatoris vulgo *Peer-pots* religiosus cistertiensis & Supprior in patria ac confessarius Monialium vallis S. Bernardi Diestemii. Descripsit *viam salutis*, *Conferentias inter Pastorem & ovem* Antv. apud viduam Crobbaert.

1630.

Bellum hujus anni.

Hactenùs inter regios & fœderatos agitabatur Rosendaliæ ad sanciendas inducias per annos triginta sex. Verùm fœderati animati per acquisitionem *Vesaliæ* ac *Sylvaducis*, & exacerbati per irruptionem Regiorum in *Veluam*, quam evacuare nolebant Regii nisi post sancitas inducias, omnem negotiationem abruperunt, ineuntes cum Rege Galliæ fœdus ad septennium 17. junii 1630., in quo fœderati Ordines se obligabant, nec pacem nec inducias sancire cum Rege Hispaniarum sine *advisamento* Regis Galliæ,

Anno 1630.

per *Art.* 3. qui sic sonat : *Durant le quel temps de sept ans lesdits Sieurs les Estats ne traiteront ny paix ny tresve avec leurs ennemis directement ny indirectement sans l'advis de sa Majestè : comme aussi de la part de sa Majestè ne se fera aucun traitè au prejudice de leur Estat.* Interim Legatus Regis Galliæ continuò apud Ordines fœderatos institit , ut Catholicis in civitate Sylvæducensi concederetur liberum & publicum exercitium catholicæ religionis. Cæterùm Bello hoc anno nihil actum est in belgio, partibus utrimque fractis per actitata anno præcedenti.

Testimonium Senatûs de Petro Scholier Scabino.

Non abs re erit hic subjungere memorabile testimonium , quod hoc anno 1630. senatus Antverpiensis dedit *Petro Scholier* jam per decem annos scabino hujus civitatis : in eo enim indicatur notabilis heterodoxorum conspiratio in hac civitate & eâ occasione expulsio seu relegatio octoginta familiarum. Subjungo illud ex copia authentica.

Conspiratio hæreticorum

„ UNIVERSIS & singulis præsentes litteras visu„ ris , lecturis seu legi audituris CONSULES & „ SENATUS civitatis Antverpiæ Salutem. Te„ nore præsentium fidem facimus & attestamur „ nobilem & clarissimum Virum PETRUM SCHO„ LIER Equitem auratum , officio Senatoris in „ hac urbe fideliter & accuratè per annos de„ cem functum fuisse , & de omnibus sibi „ commissis , pro servitio Regis ac boni pu„ blici , optimam semper rationem dedisse, maxi„ mè in conspiratione quorumdam hæreticorum „ prædictæ urbis civium , quorum technæ & „ proditiones sedulitate & industriâ dicti Petri „ Scholier , etiam cum ipsius periculo vitæ „ fuerunt detectæ , nec non ipsa civitas à ma„ nifestissimo periculo , in quo versabatur , „ Liberata , profligatis atque proscriptis plus-

„ quam

" octoginta familiis prædictæ conspirationis suspec- Anno
" tis. Insuper attestamur prædictum nobilem 1630.
" virum Petrum Scholier ædes fortes, nomi- Octoginta familiæ proscibuntur.
" natas Ballaer, habere extrà muros hujus civi-
" tatis prope Castellum, quæ cum omnibus
" suis prædiis & appendicibus ad majorem dicti
" Castelli & urbis securitatem, jam ab annis
" septem à milite præsidiario Regis, cum magno
" dicti Petri Scholier dispendio, occupantur.
" Et quia hæc ita vera sunt, non potuimus
" illi denegare veritatis testimonium, sine dolo
" malo. In cujus rei fidem sigillum ad cau-
" sas hujus dictæ civitatis Antverpiæ præsenti-
" bus apponi jussimus, die octava mensis novem-
" bris, anno salutis millesimo sexcentesimo tri-
" gesimo. Et subsignatum erat *Van Lyere* &
" sigillatum in viridi cera, in certa cistula in-
" clusa. Collatam cum suo originali concor-
" dare attestor A. Paon Nots publ."

PETRUS SCHOLIER, cui hoc testimonium datum est, quique in eo Nobilis & Clarissimus intitulatur, erat Antverpiensis & juris consultus, ingenio stiloque elegans. Post lustratam Italiam Lovanii musas amoeniores coluit & amicos interioris admissionis viros ampliss. *Gerardum Corselium* Legum Antecessorem & *Erycium Puteanum*. Lusit: *Satyras* sive *Sermones Familiares* in corruptos seculi mores typis Plantin. 1623. 4. Eosdem recudit & notis ac commentariis suis adornavit anno 1683. Antverpiæ *P. Albertus le Roy* ordinis S. Augustini, Prior Augustinianorum Antverpiæ suæque Provinciæ Historiographus. Cætera quæ vulgavit vide apud Foppens *Bibl. belg. pag.* 1008. & D. Paquot *Memoires litt. tom. I. pag.* 263. Supervixit præmisso testimonio quinque annis: obiit enim Antverpiæ anno 1635. 16. novembris. Petrus Scholier.

Anno 1630.

Conspiratio hæreticorum Antv.

Quantum ad conspirationem hæterodoxorum, de qua fit mentio in præmisso testimonio, & expulsionem eâ occasione octoginta familiarum, non invenio, quo præcisè anno acciderint; interim verosimilè est accidisse anno 1622. aut 1624., quando fœderati Antverpiam aut arcem ejus tentârunt intercipere: verùm tam notabile factum certè notatum invenietur in registris civitatis.

Episc. edit Ordinationes Synodales

Cum propter tumultus bellicos & pericula viarum Synodus convocari non posset, & tamen necesse esset defectus in regimine ecclesiarum corrigere & decreta malè observata renovare, Episcopus noster JOANNES MALDERUS convocatis Decanis christianitatis coram illis publicavit ORDINATIONES Synodales, quæ referuntur in collectione Synodalium anni 1680. typis Plant. *pag.* 417. In illis autem Ordinationibus Episcopus sæpiùs indicat, se ante has alias adhuc edidisse Ordinationes, quas non habemus.

Leo Meyerus Præpositus Harlebacensis.

LEO MEYERUS Antverpianus J. U. L., ab anno 1599. Præpositus ecclesiæ collegiatæ S. Pharaïldis Gandavi, post Harlebecæ ad S. Salvatorem anno 1615., obiit ibidem scriptis & eruditione clarus 28. decembris 1630. Edidit inter alia *Panegyres Marianas* binas, alteram Annuntiationis alteram Assumptionis die dictam, prior Antv. typis Moreti edita 1602. 4., altera Verdussii 1608. 4. & alia, quæ vide apud Foppens *Bibl. belg. pag.* 814.

Guil. Oonselius Dominicanus.

GUILIELMUS OONSELIUS natus Antverpiæ 9. augusti 1571. inter Dominicanos se dedit Gandavi, cursumque studiorum partim in Hispania partim in Belgio peregit, S. T. Licentiatus Lovanii & Magister in Ordine renuntiatus. Vir vitæ integer, doctrinâ & eloquio clarus, præco Evangelii non minùs zelosus quàm disertus.

Præfuit

Præfuit suis Prior Gandavi ac Brugis, tandem morte inopinatâ Teneramundâ rediens & à Priore benedictionem petens, ante pedes ejus exspiravit Gandavi 3. septembris 1630. Plura prælo dedit inter quæ *Praxis juvandi ægrotos.* Gand 1618. 12, *Victoria & Triumphus apostolica rom. Ecclesiæ & casus synagogæ hæreseos* belgicè Gand 1625. & plura alia pro concionatoribus. Foppens *Bibl. belg. pag.* 481. & D. Paquot *Mem. litt. X. pag.* 192. Anno 1630.

Anno præcedenti fœderati Ordines tractatum inierant cum Rege Galliæ: verùm subsidium pecuniarium à Rege fœderatis promissum non solvebatur, quia fœderatorum exercitus præcedenti æstate non prodierat in campum. Regii hactenùs possidebant Majoratum Sylvæducensem, cujus superioritatem contendebant Fœderati, tamquam possidentes civitatem capitalem Sylvæducis. Et quæstio ista Tilburgi agitabatur inter commissarios utrimque missos. Interim exercebatur Retorsio & quisque inde recipiebat, quod poterat; & prohibebat nè alteri solveretur. Fœderati fine may cum ingenti classe in flandriam tendunt tentaturi Brugas, sed præveniente exercitu regio 4. junii fugerunt & eâdem via redierunt; unde factum est hoc duplex Chronicum. 1631. Bellum hujus anni.

HENDRICUS NASSAVIUS TENDIT BRUGAS PRIMA JUNII, SECUNDA VENIT, TERTIA VIDIT, QUARTA FUGIT.

Quartâ augusti Antverpiam venit ISABELLA Gubernatrix cum *Maria Medicæa* Regina matre *Ludovici* Franciæ Regis, quæ è Francia fugiens Bruxellas venerat. Hic viderunt Classem regiam nonaginta navigiorum solventem versùs Zelandiam 10. septembris, quæ triduo post in æstuario *Vlack* nuncupato ab hoste profligata est & Isabella Antverpiæ.

Anno 1631. multi capti. Victoriam hanc celebrârunt Foederati. Erat adhuc Antverpiæ ISABELLA 8. octobris, quo die ibidem signavit testimoniales ad Regem pro Abbate Parcensi, qui discedebat in Hispaniam, prout refertur apud Sanderum *Brab. illust. Tom. I. pag.* 267.

Contributio capitalis etiam à Clero

Habeo extractum ex Actis Capituli, cujus concordantiam testatur C. van Halmale Actuarius, in quo hæc leguntur: „In ordinario Capitulo 14. febr. 1631. lecti sunt Articuli opinati per duo membra statuum, scilicet Prælatos & Nobiles, pro contributione capituli summæ nonaginta millium florenorum in singulos menses sub conditione dummodo tertium membrum consentiat. Domini censuerunt taxationem capitalem esse faciendam per ecclesiasticos & non per laïcos aut eos de Magistratu.

„21. martii 1631. Dominis specialialiter convocatis super contributione capitalis taxæ, & modo eam colligendi, placuit Dominis ut *D. Antony* tamquam Major Capituli habeat paratas pecunias... non tamen actu solvat absque ulteriori DD. mandato, & interim scribatur seu referatur nomine Capituli Illust. Dño Archiepiscopo Mechl., Dominos non intendere eam capitalem taxationem sic simpliciter solvere... nisi pro Capitulo obtineatur Acta à Statibus Brabantiæ, quod hæc impositio facta sit absque ullo præjudicio consequentiæ: non enim intelligere Capitulum, se posse taxari à statibus Brabantiæ & gravari nisi de proprio & libero consensu, sicut singuli Abbates, qui ex Clero brabantiæ Statuum congregationi interveniunt; uti etiam nequæ ex laïcis quisquam taxari potest, nisi de consensu sui Collegii seu eorum sub quorum ordinem redigitur...

Religiosi

Religiosi S. Bernardi anno 1612., ut suprà vidimus, cum JOAMNE MALDERO Episcopo nostro & suo Abbate, intervenientibus commissariis Aulæ, convenerant de quota prædicto Episcopo annuè pendendâ ex bonis monasterii, vitâ ipsius durante. Ab eo autem tempore Religiosi egerant, ut conventio illa per Pontificem & Principem statueretur tamquam sufficiens pro successoribus Episcopis & sic firmaretur in perpetuum: verùm hactenùs id obtinere non potuerant. Vî illius conventionis habebat Episcopus annuè novem millia florenorum, Domum episcopalem, usum hospiciorum Bruxellis & Liræ, provisionem fœni & lignorum & accessum liberum ad monasterium cum comitatu sumptibus monasterii.

Anno 1631. Religiosi S. Bernardi.

Itaque hoc anno 1631., cum idem Episcopus, ut solebat annuè, visitaret monasterium, Prior & Religiosi petiverunt, ut Episcopus declararet id, quod sibi pro dote pendebatur vî prædicti contractûs, sufficiens esse & tale meritò æstimandum esse pro successoribus suis. Petebant Religiosi hanc declarationem, ut obtentâ eâ faciliùs accessum habuissent apud Pontificem & Regem. Episcopus autem precibus istis deferens, dedit subjunctam declarationem, quæ refertur apud Sanderum *Brab. illust. tom. I. pag.* 485.

Petunt ab Episcopo & obtinent.

„ Nos JOANNES MALDERUS Dei & Sedis „ apostolicæ gratiâ Episcopus Antverpiensis om„ nibus & singulis has visuris salutem in Domi„ no.

Testimoniū sufficientiæ dotis Episcopalis.

„ Notum testatumque facimus, quod visita„ verimus, ut singulis annis solemus, mo„ nasterium loci S. Bernardi ad scaldim situm, „ mensæ meæ Episcopali per Sedem apostoli„ cam unitum, præsenti anno millesimo sex„ centesimo trigesimo primo, quoque (l. quodque)

N 4 in

Anno 1631.

„in illa visitatione à Priore & Religiosis fuerimus „rogati, ut vellemus declarare id, quod Nobis pro dote pendunt ex contractu inito „anno 1612., intervenientibus tamquam Principis Commissariis illustrissimo ac reverendissimo Domino MATHIA HOVIO Archiepiscopo „Mechliniensi & Reverendo Domino *Nicolao* „*Zoesio* tunc Consiliario Parlamenti Mechliniensis „& posteà Episcopo Silvæducensi, quem gratum „habuerunt omnes Religiosi in Coolhem ad hoc „congregati die 13. decembris ejusdem anni 1612., „& confirmavit Princeps, ut patet ex litteris „desuper expeditis, esse sufficiens & tale meritò æstimandum etiam pro successoribus nostris „in perpetuum futuris; idque tunc temporis à „senioribus petitum esse, ut contractus idem „etiam quoad successores auctoritate Sedis „apostolicæ iniretur, quamvis propter temporum incertitudinem istud tunc apud conventuales aliosque Religiosos non potuerit.

„Nos, volentes in hoc & sedi Episcopali „Antverpiensi & monasterio gratificari, declaramus per præsentes, dictam dotem cum suis „ampliationibus, (*quæ post annum* 1612. *accesserant, quæ quales fuerint nescitur*) „esse moderatam, sufficientem & rationabilem; adeò „ut meritò auctoritate summi Pontificis & Regis in perpetuum (*sit*) stabilienda: eo solùm „adjecto, quod quando contingeret valde notabilem esse annonæ caritatem, tria adhuc „florenorum millia isto anno adjicerentur mensæ Episcopali, quæ additio cessaret cessante „ejusmodi caritate.

Augendæ tempore caritatis annonæ.

„Ut autem intelligatur meritò sufficientem „hanc dotem haberi, ponderandum valde est, „quod per eam Episcopus liberetur ab omnibus oneribus ordinariis vel extraordinariis, „jam impositis & imposterùm imponendis; quæ

Rationes inductivæ.

„onera

 Anno 1631.

„ onera cum tempore belli valde magna sint in „ impositis extraordinariis, mutuo dando, largitionibus pro solvendis militibus (prout nuper experti sumus diversis vicibus & adhuc „ hodie experimur) meritò libertatem à talibus „ oneribus magnifaciet & pro tempore existens „ Episcopus, ut Nos magni fecisse, dum hac de„re tractaremus cum Principis Comissariis per „ praesentes, declaramus.

„ Considerandum etiam, debere in monasterio „ secundùm bullam incorporationis ali Religio„sos justo numero; & denique in subsidium „ mensae suae Episcopum certum emolumentum „ vigore litterarum apostolicarum habere ex mo„nasteriis villariensi & S. Michaëlis Antver„piensi.

„ Facta est haec declaratio in Palatio nostro „ Episcopali Antverpiae die penultimâ novembris „ anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo. „ In cujus rei fidem praesentibus subscripsimus. „ Inferius, JOANNES Episcopus."

Cum hac declaratione nihil effecerunt Religiosi, nec umquam obtinuerunt perpetuitatem praedictae dotis. Post paucos autem annos sub episcopatu GASPARIS NEMII coeperunt prosequi separationem Abbatiae ab Episcopatu, ut infrà dicetur. Frustrà.

Hoc anno 1631. 29. junii aetatis LI. obiit MAXIMILIANUS AB EYNATTEN Arschottanus aut ut alii Bruxellensis, vir nobilis, S. T. L., Cathedralis Antverpiensis Canonicus per annos 24., Scholasticus 22., Sigillifer 15., Patent haec ex ejus Epitaphio, quod legitur in Cathedrali. Vir vitâ & moribus elegans collegit ex variis *Manuale exercitiorum* Antv. 1619. 8. & aliàs saepiùs. Vide D. Paquot *Memoires litt. tom. V. pag. 76.* Max. ab Eynatten Canonicus.

HARMAN-

Anno 1631.

Hermannus Loemelius Can.

HERMANNUS LOEMELIUS Antverpiensis S. T. L., titulum illum anno 1617. Duaci adeptus & Canonicus Cathedralis Audomarensis, edidit *Spongiam*, quâ diluuntur calumniæ nomine facultatis Parisiensis impositæ libro, qui inscribitur *Apologia circà regimen catholicorum in Anglia &c.* Audomar. 1631. 4. Item *Ecclesiæ Anglicanæ querimoniam apologeticam* 4. Audomar. 1631., cui anno sequente reposuit *Franciscus Hallier* Sorbonæ Doctor ac dein Cavallicensis Episcopus *Defensionem Hierarchiæ &c.* 4. Parisiis. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 476., ubi annus obitûs non indicatur.

Thomas Fiënus Medicinæ Doctor.

THOMAS FIENUS Antverpiæ natus anno 1566. patre *Joanne* itidem medico Antverpiensi (qui anno 1584. fugiens incommoda timendæ obsidionis decesserat in Hollandiam, ideo publicè cum pluribus aliis, ut suprà vidimus, revocatus, anno sequenti paulo ante reductam civitatem obiit Dordraci; medicinæ potissimum operam dedit in Italia. In Belgium reversus anno 1593. primariam Lovanii medicinæ cathedram eodemque anno lauream Doctoralem adeptus fuit. Dedit *Disputationem an cœlum moveatur ac terra quiescat* Lipsiæ, & alia multa medicos concernentia, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1134. & D. Paquot *Memoires litt. tom. IV. pag.* 213. Decessit autem Lovanii an. 1631. idibus martii æt. 64., sepultus in D. Petri.

1632.

Bellum hujus anni.

Initio anni 1632. statuerant Fœderati tentare Antverpiam, cum ecce proditores quidam patriæ, admissi ad concilium, ob prævisas difficultates id dissuaserunt, judicantes Ordines rem meliùs acturos, si exercitum dirigerent ad Mosam, ad obtinenda loca ad Mosam sita & Trajectum ad Mosam occuparent, quo facto via pateret ad interiora præcipuarum Provinciarum, asserentes plures magnos tum ecclesiasti-

cos

eos tum laïcos paratos ad excutiendum jugum Regis Hispaniarum, si modo Fœderati promitterent, se cuique relicturos sua privilegia & liberum & publicum religionis Catholicæ exercitium prout hactenùs in possessione fuerant.

Anno 1632.

Fœderati sollicitant subditos Regis ad rebellionem

Placuit consilium & exercitus directus est ad Mosam. Sed antequam quidquam ageret, litteras sparserunt Fœderati per Belgium catholicum, datas Hagæcomitis 22. maii. Quibus subditos Regis Hispaniæ excitant suo exemplo ad rebellandum & se sibi jungendum, promittentes ipsis conservationem privilegiorum & exercitium liberum Religionis catholicæ. Litteras illas refert L. Aitzema *tom. I.* 1189. sic sonantes:

De STATEN GENERAEL der vereenigde Nederlanden allen den geenen, die dese sullen sien ofte hooren leesen Saluyt. Dein more suo regimen hispanicum tamquam tyrannicum propalant. Dein: *Soo is het, dat Wy.... goetgevonden hebben, hun mits desen vrundelyk te versoeken, dat sy... haer willen ontrecken van het beswagrlyk ende ondraegelyk jock der Spaengiaerden en haye adherenten ende sich met dese geunieerde Provincien vrywillich voegen, presenterende.... Belovende meer gemelde Provincien heylichlijck ende onverbreekelijck mits desen, dat wy hun met de selve steden ende leden van dien, als oock hare ingesetenen soo Geestelijcke als Werelilijcke, van wat staet, qualiteyt ofte conditie sy souden mogen zyn (die haer sullen voegen als vooren) sullen conserveren ende maintineren by haer privilegien, vryheden ende rechten, als oock by de publycke exercitie van de Roomsche Catholijcke Religie... Ghedaen in s'Gravenhage... den twee en-twintighsten mey* 1632.

Fœderati obtinent Venloum.

Dein exercitus Fœderatorum ad mosam cœpit agere Austriacorum armis alibi occupatis, & quartà junii obtinuerunt Venloum. Inter conditiones deditionis fuerunt: *I. Dat*

Anno 1632.

I. Dat de Stadt Venlo, de Borgeren ende Inwoonderen der selve sullen blyven by hare rechten, privilegien, vryheden, oude hercomen ende coustuimen ...

Conditiones concernentes Religionem.

IV. Dat die van de gereformeerde religie sal ingeruymt werden de kercke van S. Joris, om haeren Godts-dienst te exerceren.

V. Dat mede de Borgeren ende Ingesetenen der selver stadt sullen mogen verblyven ende gemainteneert werden by de publycke exercitie van de Roomsche catholijcke Religie.

VII. Dat de Pastooren ende ghelijcke Gheestelijckheyt als mede alle andere Religieusen van de Cloosteren van mans ende vrouws-persoonen sullen moghen blyven ende t'gebruyck harer goederen behouden, de vryheyt van haer vertreck tot allen tyden onbenomen.

Ruremundendam.

Sexta ejusdem mensis obtinuerunt absque obsidione Ruremondam. Inter conditiones deditionis fuerunt hæ.

Conditiones concernentes Religionem.

I. Eerstelijck, dat die van de voorsz. stadt sullen hebben te dispitieren daer in die van de gereformeerde religie haeren Godts-dienst publiekelijck sullen exerceren, het sy die van S. Joris ofte andere daer toe bequaem zynde.

II. Dat also de voorsz. stadt haer vrywillich reunieert met de geunieerde Provincien, onder de gehoorsaemheyt van de Hoogh ende Mog. Heeren Staten generael, de selve ende hare Ingesetenen, so Geestelijcke als Wereltlijcke, van wat staet, conditie ofte qualiteyt die sonde moghen zijn, die haer sulen voegen als voren, geconserveert ende gemainteneert sullen werden by hare privilegien, vryheden ende rechten, als oock by de publiecke exercitie van de Roomsche Catholijke Religie, ende datse haer inkomen respectivelijcken sullen genieten.

Inde

Inde Exercitus ductus est versus Trajectum ad mosam, ad eam obsidendam, obtinueruntque eam post difficilem duorum mensium obsidionem 23. augusti. Inter conditiones deditionis erant hæ. Anno 1632. Trajectum ad mosam.

II. Dat binnen Mastricht sal voortaen vryelijck ende publieckelijck gepredickt ende geoefent werden de gereformeerde religie, so als die in de geunieerde Provincien wert geexerceert, ende dat in de kercken van S. Jacob ende Hilarius, so de selve daer toe bequaem zyn, ende so niet, sullen daer toe twee andere bequaeme kercken werden gebruyckt. Conditiones concernentes Religionem.

III. *Dat de Heere hooge* Proost van S. Servaes *ende alle Gheestelijcke, kerckelijcke ende religieuse Persoonen, als de Heeren* Proost *van onser L. Vrouwen, beyde de Heeren* Dekens *ende* Capittelen *met haere suppoosten, de* vier Pastoren, *de Collegie van de Societeyt, alle Cloosters ende Persoonen, van wat staet digniteyt, qualiteyt, ordre ofte functie die zyn, geen uytgesondert, sullen blyven ende werden gemaintineert in ende op alle hare respective goederen, inkomsten, digniteyten, privilegien, vryheden, exemptien, heerlijckheden, jurisdictien, collatien van prebenden, beneficien, officien, functien, bedieningen, ghebruycken ende possessien, soo binnen als buyten dese stadt, niet uytgesondert, soo als sy alle ende een eygelijck de selve voor desen ende tot noch toe hebben gehadt, beseten ende gebruyckt, sonder dat yemandt van de selve daer in eenich belet, verminderinge, ofte verhinderinge sal geschieden.*

IV. Dien volgens sal in de stadt Mastricht blyven de publycke Exercitie van de roomsche catholijcke Religie in de kercken, cloosters, ende over al soo de selve tot noch toe geexerceert is geweest, sonder eenige verhinderinge ofte belet.

VI.

Anno 1632.

VI. Dat de Heeren Staten der vereenigde Nederlanden, anders niet binnen de voorsz. stadt ende district der selver en sullen aenveerden als t'ghene, dat men aen den Coninck van Spaignien als Hertogh van Brabant daer inne toegestaen heeft ... Ende dat aen den Bisschop ost Prince van Luyck sal blyven de gemene indivist jurisdictie ende alle syne domeynen soo als voor desen ende tot noch toe.

VII. Dat de voornoemde Heeren Staten de voorsz. stadt sullen gouverneren, t'samentlijcken metten voorsz. Bisschop ende Prince van Luyck, als eenen staet ende Provincie particulier.:: soo in materie van justitie als resort ende politie.

Et Limburgi.

Post hæc pars exercitûs missus est ad obtinendum Limburgum, obtinuitque 9. septembris sub conditionibus, inter quas hæ.

Conditiones circà Religionem.

II. Dat in de voorsz. Stadt van Limbourgh *ende door de gansche provincie over de Mase, blyven sal de openbare exercitie van de catholycke, apostolycke ende Roomsche Religie in de kercken, kloosteren ende over al; gelijck de selve geoefent is geweest tot noch toe, sonder eenich verhinderen. Welverstaende datse bequame plaetse geven sullen, om daer in te oeffenen de gereformeerde Religie, aengesien datter maer eene kercke in de stadt en is.* Articuli omnes deditionum respectivè prædictarum civitatum referuntur per L. Aitzema *Tom. I. ad hunc annum.*

Ex his patet, consilium prædictorum proditorum, quoad concedendum in locis obtinendis liberum exercitium religionis catholicæ, habuisse suum effectum: sed quod inde sperandum dederant, quod nempe civitates plures hoc medio sese ultrà fœderatis dederent, infundatum compertum est.

Hinc

Hinc Ordines fœderati iterum litteras edunt, consimiles illis quas elapso mense majo vulgaverant, quibus incolas Belgii fideles Regi Hispaniarum incitant ad suo exemplo rebellandum & discedendum à suo principe, ac ultrò se sibi jungendos, promittentes conservationem privilegiorum & exercitii publici Religionis catholicæ. In fine minantur vi armorum ipsos cogendos, si ultrò sese non junxerint. Litteræ illæ datæ sunt Hagæ-comitis 11. septemb. 1632. & refert eas L. Aitzema *tom.* 1. *ad hunc annum pag.* 1269. Anno 1632. Ordines iterū excitant subditos Regis ad rebellandum.

Interim cum ex parte INFANTIS Bruxellâ missus esset *Jacobus le Roy* ad Nassavium, adhuc hærentem in castris propè Trajectum ad mosam, & ille, licèt missus ad alia negotia, loqueretur de sanciendis Induciis aut Pace, Nassavius videns se deceptum & jam certior factus, quod Belgæ catholici nullo modo dispositi essent ad rebellandum, & consequenter prævidens ad singulas civitates subeundas consimiles difficultates, quas subierat in obsidione Trajecti ad mosam, mox aures præbuit. Et missis utrimque deputatis negotium seriò ibidem agitari cœpit. Dein in fine anni negotiatio translata fuit Hagam-comitis, quo decesserunt utrimque deputati, inter quos primus Archiepiscopus Mechliniensis. Agitur de Pace aut Induciis.

Abbas Parcensis anno præcedenti, reformaturus monasteria ordinis sui in Hispania sita, eo decessit cum testimonialibus serenissimæ INFANTIS datis Antverpiæ 8. octobris 1621., relatis apud Sanderum *Chor. S. Abb. Parcensis cap.* 18. seu *Tom. I. pag.* 266. Ordines Brabantiæ hanc occasionem nacti, per Abbatem Regi exhibent deplorandum statum Provinciarum, & offerentes Libellum petunt ab eo quinque puncta. Primò: ut procuret cessationem excessuum Ordinis Brab. afferunt Regis Hisp. libellum. Petitur

Anno 1632. cessuum militarium, hactenùs impunè commissorum. Secundò: ut impediat vexationes in transmissione mercium in Hispaniam. Tertiò: cum occasione dissentionis inter Capita copiarum diversarum Nationum circà præeminentiam, sæpiùs accidissent mala irreparabilia, ut talem inter eos ordinem ponat, quo quisque sciat, quo loco habendus sit, & quo ordine agere debeat sub pœna indignationis. Quartò: ut jubeat Rex confici & sibi tradi Actum ratificationis suorum privilegiorum juxtà promissa Serenissimæ Infantis sibi nomine Regis facta 1. aprilis 1623. Quintò denique, ut Rex ob deplorandum Provinciarum statum dignetur non tantùm continuare solita subsidia, sed eadem pro sua liberalitate adaugere; propter urgentissimam patriæ necessitatem.

Petita hæc Ordinum Brabantiæ latè referuntur loco suprà citato, ubi & Hispanicè refertur favorabilis Regis apostilla.

Franciscus Haræus Historicus. FRANCISCUS HARÆUS seu *Verhaert* Ultrajectinus, Lovanii alumnus Collegii Standonici, Philosophiam dedicit in pœdagogio Porci, dein in eadem Universitate Theologiæ operam dedit; Lovanio decessit Duacum, ubi aliquot annis docuit Rhetoricam & factus est S. T. Licentiatus. Dein peragravit Germaniam & Italiam, & cum P. *Antonio Possevino* S. J., qui anno 1581. à Pontifice mittebatur Nuntius in Poloniam & Moscoviam, regiones illas lustravit. Reversus in Patriam factus est Canonicus Buscoducensis, ubi verosimiliter residebat anno 1598., quando ibidem conscripsit Epitaphium confratri suo *Simoni Verepæo*, & anno 1602. quando illic approbatus est libellus ejus: *Olympiades &c.* Posteà apparenter ob turbas Belgicas dereliquit Buscumducis & venit Antverpiam, ubi aliquot annis Pastorem egit, prout ipse se

inscribit

inscribit in secunda editione prædicti libelli, cui hic titulus : *Concordia Historiæ sacræ & prophanæ per Olympiades & fastos ... à Româ condita usque Christum passum studio R. D. Francisci Haræi ultraject. S. Th. Licentiati Pastoris ad D. Magdalenæ apud Antverpienses II. editio. Antverpiæ prostant apud Hieronimum Verdussium MDCXIV.* in 4. Templum D. Magdalenæ est ecclesia monialium pœnitentium ; dictum ALBARUM SORORUM. Diploma Principis fundationis harum monialium transcripsit & nomine suo subsignavit Haræus anno 1612. ; quod suprà retuli ad annum 1312. Quot autem annis in ea qualitate hic resederit nescitur. Nullus hactenùs hanc ejus commorationem in hac civitate notavit , nequidem D. Paquot , qui tamen indicat editionem illam Antverpiensem anni 1614. Posteà Haræus obtinuit canonicatum in cathedrali Namurci , quem permutavit cum canonicatu S. Jacobi Lovanii : ubi possessionem adivit circà annum 1623. & illic pedem fixit ac obiit 11. januarii 1632. æt. indubiè 80. sepultus in D. Petri juxtà sepulchrum *Thomæ Stapletonii* quondam ejus magistri. Scripsit & vulgavit *Annales Ducum Brabantiæ* Antv. Plant. 1632. tribus tomis in fol. & alia multa , quæ indicant Foppens *Bibl. Belg. pag.* 294. & D. Paquot *Mem. Litt. II. pag.* 64. & *VIII. pag.* 229. & seqq. Anno 1632.

Annus 1633. transiit agitando negotium Pacis aut longarum Induciarum. Sed cum hactenùs fœderati nollent intervenire Regem in hoc negotio , & tantùm vellent tractare cum commissariis in qualitate deputatorum Ordinum Provinciarum ; qui semper instabant se nihil posse concludere , nisi quis interveniret nomine Regis : Petrus Paulus Rubbens famosissimus non tantùm in arte pictoria sed etiam in rebus agendis , qui gratus erat Regi & ex ipsius commissione feliciter

1633. Negotium Induciarum agitatur.

P. P. Rubbens se offert Commissarium Regium.

Anno 1633. felicitet egerat cum Anglis & Hollandis in negotio pacis sancitæ jam ab anno inter Hispaniam & Angliam; hic, inquam, scripsit initio januarii ad Principem Nassavium, petens ab eo litteras, quibus liceret venire Hagam-comitis, & nomine Regio loqui in negotio, quod tractabatur de pace aut induciis. Consenserunt Ordines fœderati & litteras ei concesserunt ad quatuor menses.

Et acceptatur ab Ordinibus sed frustrà.

Cum autem hoc innotuisset Bruxellis, ubi tunc agebant commissarii Ordinum Provinciarum catholicarum, dicti commissarii & notanter *Arschottanus* id ægrè tulerunt, indignum judicantes hominem mediocris conditionis sibi præterri, & præcipuas nomine Regis habiturum partes in tanto negotio. Hinc actio Rubbenii evanuit, Commissarii Bruxellâ redierunt Hagam-comitis fine januarii & ibidem cum commissariis Fœderatorum, expectantes continuò ex hispania commissionem Regiam, tractârunt usque ad finem anni, quando agente Rege Galliæ, multa Ordinibus promittente, negotiatio in totum abrupta fuit. Unde Commissarii redierunt Bruxellas mense decembri.

Negotiatio abrumpitur.

Simulac autem negotiatio abrupta fuit, cœptum est agi inter Ordines fœderatos & Regem Galliæ ad se jungendos contrà Regem Hispaniarum.

Conspiratio Nobilium.

Auctor *Chor. Abb. Parcensis* apud Sanderum *tom. I. pag. 268.* indicat hoc anno in Belgio nostro detectam fuisse infamem conspirationem quorumdam Nobilium, sed de ea agit L. Aitzema ad annum sequentem *Tom. II. pag. 166* ubi asserit Ducem Arenbergium ea occasione amisisse Regis gratiam, eo quòd conspirationem scivisset & non revelâsset.

Princeps Isabella ægritu-

Pientissima Princeps ISABELLA-CLARA-EUGENIA, nè cum mœrore videret abruptum negotium

negotium desideratæ pacis aut Induciarum & regressum Commissariorum, è vivis excessit prima decembris communi omnium luctu. Loculo ejus plumbeo inserta est hæc inscriptio, quæ refertur apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. I. pag.* 630. Anno 1633.

Deo & sacræ memoriæ magnæ Principis ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ *Dei Gratiâ Hispaniarum Infantis*, PHILIPPI II. *Regis filia*, CAROLI V. *Imperatoris neptis*, *Regum* PHILIPPI III. & IV. *sororis & amitæ*, ALBERTI *Pii Archiducis Austriæ Principis Belgii pientissimæ conjugis*; *sanctimoniæ*, *sapientiæ*, *Clementiæ cæterarumque*, *dum vixit in terris*, *cœlestium virtutum incomparabilis Heroinæ*, *mortales exuviæ hic sitæ sunt. Vixerat in solatium omnium annis* LXVII. *mensibus* III. *diebus* XVIII. *Devixit summo cunctorum cum mœrore kalend. decembris* MDCXXXIII. Epitaphium in loculo.

Deposita est Bruxellis in templo D. Gudulæ humi ante gradus Altaris Ven. Sacramenti juxtà maritum. Uterque, inquit, Baro le Roy *Not. Marchi S. R. J. pag.* 25. sine ullo Epitaphio aut sublimi monumento; qui Prædecessorum destructa & violata sepulchra restauraverant, non invenêre, qui ipsis, quod testamento mandaverant caverantque, monumentum conderet. Sepelitur in D. Gudulæ sine monumento.

Cæterum Principes hi multa bona contulerunt ecclesiis monasteriisque, inter quæ anno 1600. fundant collegium Societatis Jesu Winocebergi. Apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. IV. pag.* 321. Pia Opera ejus & Alberti conjugis.

Anno 1603. concedunt Brigittinis, ut ubicumque in Belgio liceat sui Ordinis monasteria erigere. Ibidem *pag.* 149.

Anno 1605. augent proventus Præbendarum majorum Bruxellis in D. Gudulæ. Ibid. *Tom. I. pag.* 625.

Anno 1633.

Anno 1610. Bruxellis ædificant & munificè dotant templum & monasterium monialium Carmelitanarum discalceatarum. Ibid. *Tom. III. pag.* 646.

Anno 1615. admissionem PP. Societatis Jesu in Belgium confirmant Ibid. *Tom. IV. pag.* 310.

Anno 1617. Isabella instituit Bruxellis in Ecclesia B. M. V. de Sabulone fundationem pro sex puellis honestis cum dote 200. florenorum. Ibid. *pag.* 323.

Anno 1617. consentiunt in erectionem Seminarii Episcopalis Sylvæducis Ibid. *Tom. IV. pag.* 325.

Anno 1618. Admittunt Religiosos Ordinis Minimorum in Belgium cum licentia ubicumque in locis sibi subjectis erigendi conventus. ibid. *Tom. I. pag.* 629.

Anno 1618. fundant ac dotant conventum FF. Carmelitarum discalceatorum in sylva Marlania juxtà Namurceum Ibid. *Tom. IV. pag.* 328. *& seqq.*

Anno 1626. Isabella consentit in erectionem conventûs Capucinorum ad Furam-ducis Ibid. *pag.* 333.

Anniversaria eorum Antv.

Cæterum Principes hi amplissimam fundationem fecerunt in Cathedrali Antverpiensi, ex qua per Canonicos hodieque celebrantur duæ missæ quotidianæ & duo quotannis Anniversaria regali pompâ.

Franciscus de Moncade gubernat Belgium.

Post obitum ISABELLÆ Belgium pro Rege gubernavit ferè per annum FRANCISCUS DE MONCADE vir fortitudine bellica & libris editis famosus.

Joan. Malderus Epis. moritur.

Obiit etiam hoc anno 21. octobris Episcopus noster JOANNES MALDERUS ætatis suæ LXXI., cum per annos XXII. diœcesim suam moribus, verbis & scriptis tamquam verus Pastor rexisset. Vitam & virtutes ejus Oratione funebri

expressit

expressit *Joannes Hemelarius* Canonicus cathedralis Antverpiensis (de quo infrà ad an. 1655.) prelo vulgatâ hoc ipso anno. Anno 1633.

Sepulturæ mandatus est in choro Cathedrali ad latus septentrionale sub elevato marmoreo monumento, præsulis quiescentis imaginem exhibente, quod æri incisum exhibet Baro LeRoy *Not. March. S. R. J. pag.* 71., adjuncto sequenti Epitaphio. Oratio funebris. Sepultura.

DEO S. MEMOR. POSTERITATIS.

Depositum JOANNIS MALDERI Episcopi Antverpiensis. V. Cui Viro Lewa S. Petri vita lucem, Bruxella litteras, Duacum Philosophia; Lovanium per omnes studior. Gradus Doctoral. Theologia Lauream; Doctrina perogativa Lectionem publ.; Prudentia Seminari Regii curam.; fama virtutis eximia insignis hujus cathedra dignitatem, nihil ambitienti, nihil expectanti ex merito contulère. In qua, cum regendo, providendo, docendo, scribendo, vivendo pius, benignus, pervigil, bonus, fidelis, carus omnibus ac venerab. Pater, Pastor, Præsul præfuisset, profuisset, praluxisset annis XXII. mensibus II. *diebus* XIV. *ad mercedem laboris consequend. evocatus decessit atatis sua anni* LXXI. *mensis tertii die* IX., *Christi Domini MDCXXXIII.* XII. *kal. novembr.* Epitaphium.

Ab altera parte legitur, ut refert D. Paquot *Mem. litt. VII. pag.* 23.

D. O. M.

Hunc juxta cathedram cineri suo locum elegit Joannes Malderus *Episcopus Antverpien. V., S. Theologia Doctor Regiusque in Lovan. Acad. quondam Professor, cujus doctrinam scripta theol., moralia, controversa, ascetica; prudentiam Collegii Regii cura, mox & hac in Sede vigilantia; munificentiam eleëmosyna, hac ades, Seminarium dote auctum, Collegiumque Lovanii Theolog. are ejus proprio fundatum, in*

 mansu-

Anno 1633. *mansuetudinem , modestiam , cæterasque magni Præsulis dotes fama publico ad posteros elogio transfundit. Obiit maturus ævi , cum luctu omnium ordinum elatus a. d. XXI. octobr. anno MDCXXXIII. Ut in pace sit requies ejus , pie Lector Deum roga.*

Scripta. Episcopus hìc ingenii sui monumenta reliquit , quæ aut Lovanii docuerat , aut dein horis succisivis meditatus erat.

Et primò quidem , cum vix possessionem Episcopatûs adiisset , conscripsit patrio idiomate pro Ovibus suis *Instructionem Catecheticam* , cujus titulum & præmissum Edictum retuli suprà ad an. 1613.

De Virtutibus Theologicis & *de Justitia* ac *Religione* 1617. fol. *Anti-synodica* sive *Animadversiones in decreta Conventûs Dordraceni , quam vocant Synodum nationalem , de V. capitibus inter Remonstrantes & Contrà-remonstrantes controversis.* Antv. Plant. 1620. 8.

De fine & Beatitudine hominis : de Actibus humanis , de Virtutibus , vitiis & peccatis : de Legibus , de Gratia , justificatione & Meritis 1623.

De abusu Restrictionum mentalium 1625. 8.

De sigillo confessionis Sacramentalis 1626. 8.

Commentarius in Cantica Canticorum 1628. 8.

Meditationes Theologicas universæ Theologiæ summam complectentes 1631. 8.

Tandem prodiit *De SS. Trinitate , Creatione in genere & de Angelis* 1634. fol. , & alia quæ exhibent Foppens *Bibl. Belg.* *pag.* 684. & D. Paquot *Mem. litt. tom. VII. pag.* 26.

E Cathedra quondam docuerat Episcopus iste ecclesiasticos proventus sustentationi superfluos in pios usus impendendos. Fecit quod docuit : magnificum namque Lovanii erexit Collegium pro Theologis , quod ex ejus nomine *Malderi* vocatur ,

Fundationes ejus.

vocatur, coëmptis in eum usum ædibus, quas possidebat Ludovicus Tempelius eques Drossardus Brabantiæ. Collegium hoc hodieque floret. Ad Bursas præferentiam dedit studiosis è familia tum paterna tum materna oriundis. Fundavit insuper in Cathedrali sua Anniversarium, quod quotannis solemniter celebratur cum Vigiliis 21. octobris. Anno 1633.

Suprà vidimus post abruptum negotium Induciarum inter Regem Hispaniarum & Fœderatos Ordines, dictos Ordines mox cœpisse agere cum rege Galliæ ad ineundam conventionem adversùs Regem Hispaniarum. Sat citò autem convenerunt: Tractatum enim conclusérant Hagæ-comitis ad septennium 15. aprilis anno 1634., quem integrum refert L. Aitzema *tom. II. pag.* 94., ex quo quatuor primos articulos subjungo, tamquam quadantenùs concernentes Religionem. 1634. Tractatus inter Regem Galliæ & Ordines fœder.

I. Premierement les dits Seigneurs Estats Generaux *promettent de continuer à faire la guerre par mer & par terre avec toutes leur forces aux Espagnols & Provinces, qui en dependent; sans pouvoir entrer ny entendre à aucun Traictè de* paix, trefve *ny* suspension d'armes *directement ou indirectement le huicts premiers mois suivans, ny les pouvoir conclure de douze mois, le tout à commencer du premier jour du mois de may prochain.* Quatuor primi Articuli.

II. Sa Majestè *promet aussi de nè traiter de huict mois & de nè conclure de douze mois avec le Roy d'Espaigne aucun accommodement sur les affaires & differens, qui sont entre eux; & d'employer son pouvoir vers les Ministres de la Couronne de Suede & les Princes confederès en l'Almagne de faire le mesme.*

III. Les dits Sieurs Estats Generaux *feront publier de rechef & effectuer de bonne foy, quand*

Anno 1634. *l'occasion s'en presentera, la Declaration, qu'ils firent l'annèe mil six cent trente deux pour ceux de la Religion Catholique Romaine, dans toutes les provinces, qui s'uniront ou rendront voluntairement & sans contrainte à eux. Et pour ceux, qui seront pris par la force des armes, d'autant qu'ils n'ont pas le pouvoir d'en resoudre & s'engager sans le consentement des Provinces: les dits Seigneurs Estats promettent en considerations des instances reiterèes, qu'en à fait le Roy, d'en faire rapport aux Provinces susdits, à fin qu'il leur plaise adviser, quel contentement ils pourront donner à sa Majestè.*

IV. Et si apres les douze mois susdits les dits Sieurs Estats Generaux veulent traiter & conclure paix ou tresve avec leurs ennemis, ils ne pourront faire durant ce present Traictè sans intervention de sa Majestè...

Ex his patet, qualiter Rex Galliæ exposuerit Religionem harum Provinciarum.

Cæterùm post hunc tractatum partes reliquum anni transegerunt deliberando qualiter, ubi, quando & quo titulo aggrederentur Provincias Regis Hispaniarum; notanter ex parte Regis Galliæ, nè offenderet Pontificem aut Regem Angliæ, & præcipuè qualiter Provincias illas inter se partirentur.

Gas. Nemius nominatur VI. Antv. Episc. Interim Rex Hispaniarum nominavit ad Episcopatum Antverpiensem GASPAREM NEMIUM S. T. Doctorem. Litteræ nominationis regiæ datæ Madriti 23. may 1634. referuntur in *Chor. S. Abb. S. Bernardi* apud Sanderum *Brab. illust Tom. I. pag.* 488.

Qualis fuerit NEMIUS natus erat Sylvæducis circà annum 1587. Theologiæ fundamenta hauserat Duaci sub celeberrimo *Guilielmo Estio* S. T. D. & Professore. Dein Pastorem egit Viroviaci Flandriæ

oppi-

oppidulo in diœcesi Iprensi : inde revocatus Duacum, prædicto magistro suo è vivis sublato successor datus est, tum in præfectura Seminarii regii Theologorum (cujus secundus Præses fuit) tum in publica scripturæ sacræ explanatione, Collegam in prælegendo nactus celeberrimum item Franciscum Sylvium; paulò post magistralem in Theologia lauream suscepit. Canonicatum etiam in Ecclesia collegiata S. Petri ibidem adeptus est, designatus insuper S. Theologiæ Professor ordinarius ac Regius, quod munus docendi in scholis Duacensibus per annos circiter viginti summo omnium concursu & applausu obivit. Talis erat Nemius, dum hoc anno per Regem Philippum IV. nominabatur ad Episcopatum Antverpiensem. Verùm non nisi post annum consecratus est Episcopus, ut infrà dicetur. Quæ autem fuerit causa dilationis, non video.

Anno 1634.

Rex etiam hoc anno nominavit Gubernatorem Belgii Fratrem suum FERDINANDUM S. R. E. Cardinalem ætatis anno 25., qui solemniter & cum magna pompa exceptus est Bruxellis 3. novembris hujus anni.

Ferdinandus Cardinalis Gubernator Belgii.

JACOBUS STRATIUS Antverpianus S. J. Theologus rexit Collegium Lovaniense & Brugense totamque Provinciam Flandro-belgicam. Scripsit latinè *Meditationes Liturgicas*. *Stimulum pietatis ad sacrificium Missæ piè audiendum & faciendum* Antv. & Coloniæ 1633. 24. *Declarationem præcipuorum articulorum fidei* à novatoribus in controversiam vocatorum flandricè Antv. 1617. *Demonstrationem Fidei Catholicæ* ibid. 1629. & alia, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 538. Obiit Lovanii 7. aprilis 1634. ab ingressu in religionem 55.

Jac. Stratius S. J.

Duo item ex Ordine Prædicatorum obierunt hoc anno, qui propter diuturnam habitationem

Nicol. Jansenius & Vinc. Heubergius Ord. Prædic.

Anno 1634. nem merentur inter scriptores Antverpienses recenseri, NICOLAUS JANSENIUS, vernaculè *Jansenboy*, Ziriczæus S. T. L. qui in missione Danica obiit, & VINCENTIUS HENBERGIUS patriâ Geldoniensis, qui obiit Antverpiæ. Horum opera vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 912. & 1156.

Otho van Veen Pictor. OTHO VAN VEEN seu OCTAVIO VÆNIUS Leydensis Batavus, natus anno 1556. patre *Cornelio* J. U. D. viro consulari, ætatis anno 15. religionis intuitu missus Leodium ibidem annos aliquot vixit in familia *Gerardi Goesbekii* Episc. Principis & Cardinalis. Romam inde profectus toto ibi quinquennio moratus est apud Cardinalem *Madruccinum* & artem pictoriam exercuit ac litterarias scientias coluit. In Belgium reversus plures annos vixit Antverpiæ inter primos ævi sui Pictores, habens discipulum famosum *P. P. Rubbens*, ubi & penicillo suo Ecclesias mirè decoravit: ipsius inter alia sunt in Cathedrali picturæ Altaris capellæ Ven. Sacramenti representans cœnam Domini, & Altaris Merciariorum seu S. Nicolai in navi ecclesiæ repræsentans Christum inter peccatrices. Fuit primùm sub Alexandro Duce Parmensi castrorum exercitûs regii in Belgio metator, dein sub Alberto & Isabella Monetæ præfectus Bruxellis. Plures etiam libros edidit, quos figuris sua manu delineatis decoravit, quos vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 937. Obiit Bruxellis 6. may 1634.

1635. Anno 1635. Rex Galliæ & fœderati Ordines novum fœdus inierunt. Anno præcedenti, ut suprà vidimus, post initum tunc fœdus toto anno

Fœdus inter Gallos & Hollandos contra Regem Hisp. deliberarunt qualiter, quomodo, ubi & quo titulo aggrederentur Provincias belgicas Regis Hispaniarum, & quomodo easdem inter se dividerent. Hoc autem anno super istis omnibus

bus convenerunt & fœdus inierunt, conclusum Parisiis 8. februarii hoc anno 1635., quo concluserunt junctis armis aggredi Provincias Belgicas Regis Hispaniarum ad illas obtinendas & inter se dividendas. Fœdus illud integrum refert L. Aitzema gallicè & flandricè *Tom. II.* ad hunc annum & *Tom. VII. pag.* 104., unde subjungo præfationem & articulos V. & VI. Anno 1635. Pars præfationis.

L'Experience faisant connoistre à tout le monde, que le procedè des Espagnols n'est autre, que de servir de toutes sortes de moyens pour empieter sur tous les Princes leurs voisins, les tenir divisès entre eux & rendre la guerre immortelle dans la chrestientè. Le Roy tres-crestien *&* les Sieurs les Estats *generaux des Provinces unies de Païs-bas, voulans... ayder les peuples des Païs-bas à se deliberer de la dure servitude, ou ils sont soumis par les Espagnols, ont convenu, que... sa ditte* Majestè *rompra à guerre ouverte avec le Roy d'Espaigne, des que ce traittè sera signè & ratifiè, & lors commencer à toute sorte d'hostilitè au Païs-bas: comme aussi les dits Seigneurs* les Estats *generaux continueront la guerre avec toutes leurs forces: Et* le Roy *& les dits* Seigneurs *les Estats attaqueront à force ouverte les Provinces, que le Roy d'Espagne tient au Païjs-bas au conditions suivantes...*

Art. V. *Et parce qu'il pourroit arriver, que les susdites Provinces des Païs-bas... ne voudroient pas contribuer ce qu'elles pourroient à leur* Libertè... *le Roy & les Sieurs les Estats se rendront maistres du dit païs, dont le partage sera fait ainsi qu'il s'ensuit...* Quidam Articuli.

Partage du Roy.

Le païjs de Luxenbourg, *les Comtès de* Namur *& de* Haynault, Artois *&* Flandres *jusques aux limites, qui se feront par une ligne, laquelle prendra* Divisio Belgicarum Provinciarum præmatura.

Anno 1635.

prendra de Blankenberg *inclus & tirera entre* Damme & Bruges *à moitie chemin des ces deux places, d'ou elle ira droit à* Rupelmonde, *qui demeurera au ...*

Partage de Messieurs les Estats.

Le Marquisat du St. Empire ou est compris la ville d'Anvers, *La Seigneurie de* Malines, *le Duchè de* Brabant *& le reste de la coste depuis* Blanckenberg, *qui demeurera au Roy jusques au* Swind, *les villes de* Damme & Hulst *avec le païs de* Waes *jusques à la ligne cy-dessus ...*

Art. VI. *L'Armèe du Roy estant entrèe dans les dits Païjs & la rupture faite ... elle durera jusques à l'entiere expulsion des Espagnols des Païjs-bas ...*

Bellum hujus anni.

In vim hujus conventionis exercitus Regis Galliæ & fœderatorum Ordinum convenerunt prope Trajectum ad Mosam, inundaturi &, ut videbatur, mox superaturi totam Brabantiam. Inde descendunt, & fines Leodienses necdum excesserant, cum tamquam pertæsi diuturnæ moræ Hougardiæ in Bogardos eorumque monasterium impietatem exercere cœperunt. Inde Thenas aggrediuntur & superant 8. junii. Ibidem tam immaniter processerunt, ut horrorem incuterent toto Belgio; indeque Belgæ, similia sibi metuentes, fidem suam Regi Hispaniarum fortiùs astrixerunt. Inde descenderunt Lovanium illudque obsidere cœperunt 21. ejusdem mensis, sed 4. julii inde turpiter discedere coacti sunt. Interim 26. junii obtinuerunt nostri Schenkenschans, ad quam recuperandam accesserunt exercitus gallorum & fœderatorum, eamque demùm recuperârunt anno sequenti.

Excidium Thenense.

Lovanium obsessum & liberatum.

Nostri obtinent Schenke schans.

Dissertatio de justitia armorum & fœderum Regis Galliæ.

Cæterùm cum bella & fœdera Regis Galliæ, cum infensis Religionis catholicæ hostibus, obloquia excitarent catholicorum tam in Gallia quàm alibi, Anonimus quidam gallus Regem suum

suum conatus est justificare publico scripto intitulato : *Questions decidèes &c. par M. Besian Arroy P. Docteur en Theologie de la facultè de Paris & Theologal de l'Eglise de Lion. A Paris* 1634. Hunc libellum refutavit Cornelius Jansenius S. T. D. Lov. dein Episcopus Iprensis sub ficto nomine edens *Alexandri Patricii Armacani Theologi* MARS GALLICUS *seu de justitia armorum & fœderum Regis Galliæ*, in quo excidium Thenense latè describit. Prodiit replica pro Gallo, dein pro Armacano. Anno 1635.

Jam minima apparebat spes pacis propter atrocitatem vix incepti belli, quod juxtà promissa continuari debebat usque ad totalem expulsionem Hispanorum. Interim cum tam malè cessisset prima hæc Brabantica expeditio, & per excidium Thenense animi Belgarum exacerbati essent, subitò & inexpectatè jaminde mense septembri cœptum est agitari negotium pacis Craneburgi, dein Arnemi & mense octobris Turnolti & dein alibi. Agitur de generali pace.

Interim Antverpiæ 17. aprilis receptus est FERDINANDUS Cardinalis, frater Regis nostri Philippi IV., tamquam ab eo constitutus Gubernator Belgii. Receptus est autem Antverpiæ & in aliis civitatibus apparatu tanto, inquit Papebrochius *Act. SS. Tom. VII. may pag.* 281. quantùm ulli umquam Principi, possessionem ipsam adeunti, factum ulla hominum memoria noverat. Sic exceperunt Belgæ Gubernatorem fratrem Regis, in testimonium publicum fidelitatis suæ ergo Regem eo tempore, quo undique sub specioso libertatis titulo sollicitabantur ad rebellionem. Pompa autem introitûs ejus Antverpiæ, descripta per *Gasperium Gevartium* J. C. S. P. Q. Antverpiensi ab Actis, prelo vulgata fuit sub hoc titulo : *Triumphus Austriacus*, idest, *Descriptio Arcuum triumphalium* Ferdinandus Gubernator recipitur Antv.

Anno 1635. *lium & pegmatum in adventu sereniss. Principis* Ferdinandi Austriaci *Hispaniarum Infantis Belgarum & Burgundionum Gubernatoris &c. an.* 1635. *XV. kal. may Antverpiæ exhibitorum cum delineatione picturarum Iconumque.* Pleraque à manu atque inventione *Petri Pauli Rubbenii* pictorum Principis fol. Liber hic hodieque summo studio & sumpta requiritur.

Crux metallica erecta in Mera.

Senatus Antverpiensis, qui hactenùs non cessaverat restituere devastata per calvinianos iconomachos tum in ecclesiis tum in monasteriis, tandem hoc tempore, quo bellum crudelissimum ab inimicis imminebat etiam extrà parietes in locis publicis pietatem suam & fidelitatem Religioni voluit eminere. Hinc decrevit in publico amplissimoque civitatis loco, dicto *De Meer*, erigere sumptuosissimam simul & artificiosissimam Crucem cum Crucifixo.

Locus iste tectus est canali, qui, dejectâ portâ Meranâ, circà annum 1527 tectus est fornice usque ad plateam à Clarissis dictam; unde locus iste factus est amplissimus & ornatissimus totius civitatis. In isto loco Senatus tunc renascente hæresi iconomachorum erexit Crucem ferream ponderum mille sexcentorum, utrimque habentem crucifixum; ut suprà ad illum annum dictum est. Hæc autem Crux anno 1580., dum Antverpia gemebat sub jugo heterodoxorum per Capitaneum quendam dejecta est & confracta. Cui Senatus post reductam civitatem, & cùm in Ecclesiis & monasteriis devastata utcumque restituta essent, substituit anno 1593. pro qualitate temporis Crucem ligneam, ut ibidem dictum est. Jam autem cum omnia Religionem concernentia in majori quàm umquam splendore restituta essent, Crucem ibidem ponendam confici curavit, fusam artificiosissimè cum Crucifixo ex metallo, imponen-

imponendam basi sexogonæ ex vario marmore. Erecta fuit Crux ista tota ubique deaurata hoc anno, habens cum basi altitudinem pedum triginta trium. Iconismum illius æri artificiosè incisum exhibet Baro le Roy *Not. March. S. R. J. fol.* 75. In pede Crucis metallico legitur: *Joannes Couthals me fecit an.* 1635. Erat is natus Mechliniæ. Sub Iconismo legitur: *Crux hæc metallica deaurata, 33. pedum altitudinis, spectanda in loco dicto Mera, erecta anno MDCXXXV. Consulibus Roberto Tucher & Joanne Roose opus promoventibus.* Opus hoc hucusque ibidem salvum stetit, expositum omnium conspectui & admirationi.

Anno 1635.

Crux in Facons-pleyn.

Eodem seculo non absimilis Crux erecta est in loco dicto *Facons-pleyn*, Christus appendens confectus est per famosum celatorem *Arnoldum Quillinum.*

Crux in Cœmeterio B. M.

Nuper Magistri fabricæ Ecclesiæ cathedralis non absimilem Crucem erexerunt in medio cœmeterii ejusdem Ecclesiæ ex cæruleo lapide cum Christo ex lapide candido.

Gaspar Nemius consecratur VI. Episc.

GASPAR NEMIUS cum jam à quatuordecim mensibus nominatus esset ad Episcopatum Antverpiensem; tandem hoc anno 22. julii consecratus est VI. Antverpiensium Episcopus, idque in sua cathedrali per *Jacobum Boonen* Archiepiscopum Mechliniensem, assistentibus *Antonio Triest* Episcopo Gandavensi & *Michaële Ophoven* Buscoducensi. Præfuit Præsul hic tamquam verus pastor per annos circiter septemdecim.

Religiosi S. Bernardi agunt ad separationem ab Abbatia.

Promotio hæc NEMII ad Episcopatum Antverpiensem & consequenter ad Abbatiam S. Bernardi, Religiosis ejusdem Abbatiæ spem contulit obtinendi separationem Episcopatûs ab Abbatia: ipse enim *Nemius*, existens S. T. D. Duaci, ex parte Religiosorum consultus, num expediret ista separatio, responderat in scriptis,

se

Anno 1631. se non tantum judicare separationem faciendam, verum etiam Episcopum tum temporis existentem ad separationem faciendam esse cogendum, Ita Auctor *Chr. Abb. S. Bern.* apud Sanderum *Tom. I. pag.* [illegible].

Itaque Religiosi [illegible] convenerunt, & [illegible] commissarios nominarunt, qui cum Episcopo [illegible] agerent, *Judocum Gilis* Priorem. [illegible] confessarium monialium [illegible] Lovanii & *Gabrielem Aliers* Pastorem in [illegible]. Commissarii hi rem suam sic egerunt, ut sententiam Episcopi & Capituli Antverpiensis [illegible], & [illegible], ut infra dicetur.

[illegible] Joannes Baptista Gramaye Antverpianus J. U. L. [illegible], [illegible] S. Walburgis [illegible] Præpositus [illegible] suos [illegible] pro[illegible] Lovanii J. U. [illegible] 1600. [illegible] Bel[illegible] loca [illegible] Hinc [illegible] Hi[illegible] [illegible] in [illegible] Decan[illegible] [illegible] Verum po[illegible]

[illegible]

iamque se contulit & Cardinali Francisco à Dietrigsteyn Olomucensi Episcopo adhæsit, Gymnagio celebri gubernando ab eo admotus. Negotiorum causâ in belgium inde dum rediisset, reditumque in Germaniam cogitaret, Lubecæ in Holsatia in morbum incidit, ibidemque anno hoc 1635. vivere desiit, in Cathedrali illic depositus. Anno 1635.

In Oratione, quam 1640. habuit & edidit Lovanii Antonius Daye S. T. D. pro funere Nicolai Vernulæi, dicitur *Grammay* primò fuisse professor Rhetorices in Gymnagio Porci ac postremò ab Urbano PP. VIII. promotus ad titulum Archiepiscopalem Upsalensem, simulque designatus Vicarius apostolicus ad partes septentrionales. Leo Aitzema, in Opere *Zaeken van Staet en van Oorlog tom. I. pag.* 216. *& seqq.*, dicit eum anno 1623. fuisse Commissarium Imperatoris apud Ordines fœderatos, refertque ibidem ad longum actitata per eum apud Ordines Hagæcomitis. Intitulatur ibidem *Prælatus* & *Primas Affricæ.* Et Ordines ei dant titulum *Excellentiæ.* Edidit *Enconium Brabantiæ. Historiam Brabantiæ.* Antiquitates *Brabantiæ, flandriæ, Namurci, Cameraci* &c. & plura alia, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 569.

Francisci Dooms Ord. Præd.

Franciscus Dooms Antverpiæ natus 1570. Ordinem Prædicatorum amplexus est in Conventu Insulensi. Dein anno 1604. S. T. Doctor ac Regens studii in conventu Lovaniensi. Anno 1610. perfectioris vitæ cupidus tendit in Galliam amplexurus reformationem ibidem introductam in Ordine per P. *Sebastianum Michaëlis*, & tandem obiit in Conventu Lugdunensi anno hoc 1635. Fuit zelosus exorcista, quo super plura opuscula scripsit & vulgavit, quæ exhibet D. Paquot *Mem. litt. tom. VIII. pag.* 21.

Anno 1635.

Joan. Woverius J.C.

JOANNES WOVERIUS seu van den *Wouwer* Antverpiæ natus anno 1576. 23. Martii post jacta in patria literarum fundamenta, Lovanii [illegible] & contubernio usus est *Justi Lipsii* viri præstantissimi, cui intimus fuit. Post lustratas [illegible] Galliam, Hispaniam, Italiam Germaniamque partem visitatis, mox in Senatorum ordinem adscriptus fuit; post ærarii regii in Belgio auditor atque à consiliis bellicis: tandem publica causa ad Regem PHILIPPUM IV. ab ISABELLA Infante delegatus, a Rege Eques nominatur & torque aureo insignitur. Obiit 23. Septembris 1635. Scripsit *Panegyricum* ALBERTO & ISABELLÆ *Belgarum Principibus* Antv. Plant. 1609. 8. *Vitam B. Simonis Stockii* [illegible] Ibid. 1614. 8. *De Consolatione* ad P.P. Rubbens lugentem Philippi fratris mortem. Ibid. 1615. & alia plura, quæ refert Foppens *Bibl. Belg.* pag. 779.

Henricus Kesselius J.U.D.

HENRICUS KESSELIUS seu *Cesselaer* Antverpiæ natus anno 1583. (ut dicit *Moreri Amst.* 1740. dicit docuit.) Antverpiæ literas humaniores, Philosophiam Lovanii, Jurisprudentiam Ingolstadii. Inde Romam profectus anno 1607. ætatis 24. renunciatus est J. U. Doctor. Tertio post anno incidente catarrho utroque privatur lumine, quo non obstante anno 1625. illic obtinuit cathedram eloquentiæ in Archigymnasio sapientiæ, ubi adhuc eam docebat hoc anno 1635. Ultra de eo nil legitur. Edidit *Panegyricum de laudibus Pauli V. Pont. Max.* Romæ 4. & alia plura, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg.* pag. 451. & D. Paquot *Mem. Litt.* tom. V. pag. 84.

Joannes van der Linden Cellita.

JOANNES VAN DER LINDEN Antverpiensis, frater Alexianus seu Cellita professus conventus Antverpiensis, illiusque deinde Pater ac suorum in Belgio Provincialis: anno 1633. iter Jerosolymitanum aggressus est ad visitanda terræ sanctæ loca.

Rever-

Reversus in Patriam, nec non Eques S. Sepulchri dominici creatus, edidit vernaculam & piam *Itineris* sui *descriptionem* anno hoc 1635., quæ sæpiùs reimpressa pueris in scholis trivialibus prælegitur. Obitus non indicatur. Fop. *Bibl. belg. pag.* 678. Anno 1635.

Negotium pacis seu induciarum, quod agitabatur Turnholti contrànitente Rege Galliæ, totaliter abruptum est mense februario anni 1636. Et ecce 30. aprilis ejusdem anni Rex Galliæ per Legatum suum proponit Hagæ-comitis Ordinibus fœderatis tractationem ad pacem generalem totius Europæ; placuit propositio & Colonia statuta est, quo desuper convenirent Legati. Sed hoc negotium, sic inceptum & duodecim annis agitatum, tandem non produxit nisi pacem particularem inter belligerantes in Belgio. 1636. Negotium pacis abruptum. Incepta agitatio pacis generalis.

Interim mense aprilis recuperarunt combinati exercitus Regis galliæ & Ordinum *Schenkenschans*, quam ab æstate præcedente obsederant: obtinuerunt autem illam sub conditionibus. Petiverant inter alia obsessi, ut ecclesiastici cum bonis suis liberè possent exire, sed ab obsidentibus desuper nihil concessum est. Bellum hujus anni.

Deputati Religiosorum S. Bernardi jam ultrà annum egerant cum Episcopo & Capitulo cathedrali ad obtinendum ab eis consensum in separationem Abbatiæ ab Episcopatu. Sic autem rem suam egerunt, ut non tantùm obtinuerint consensum in separationem, sed etiam in designationem bonorum Abbatiæ, quæ cederent pro dote Episcopatui pleno jure. Et desuper confectum est scriptum Notariale, sub beneplacito tamen Regis & Pontificis. Scriptum illud refert integrum Baro le Roy *Not. March. S. R. I. pag.* 55. unde illud contractum subjungo. Consensus Episc. & Capituli in separationem Abb. ab Episc.

Anno 1636. „ COMPARUERUNT coram nobis *Joanne*
„ *Jacobæo* & *Jacobo van den Huffel* Notariis pu-
„ blicis, per Concilium curiæ Brabantiæ admissis;
„ Antverpiæ residentibus & testibus infrascriptis;
„ perillustris & reverendissimus Dominus GAS-
„ PAR NEMIUS Episcopus Antverpiensis ac
„ reverendi admodum Domini AUBERTUS
„ MIRÆUS Decanus, *Franciscus van de Zype*
„ Archidiaconus, *Franciscus Dinghens* Thesau-
„ rius, *Petrus Coens* nuper sede vacante EOco-
„ nomus Episcopatûs Antverpiensis & *Aubertus*
„ *van den Eede* Actuarius capituli, Canonici
„ cathedralis ecclesiæ Antverpiensis; deputati ex
„ parte Capituli, juxtà Actam hìc retrò insertam,
„ ex una.

...tus Notarius desuper

„ Nec non reverendus admodum Dominus
„ HENRICUS VAN DER HEYDEN Abbas Villarien-
„ sis, Pater abbas seu immediatè superior mo-
„ nasterii S. Bernardi, ad Schaldim, venerabiles
„ Domini *Judocus Gillis* Prior, *Petrus ab Issche*
„ Confessarius monasterii D. Mariæ sub vinea
„ Lovanii & *Gulielmus Adiers* Pastor in Ede-
„ ghem Religiosi & deputati à conventu dicti
„ monasterii S. Bernardi, per litteras sub sigillo
„ ejusdem conventûs expeditas vigesimâ mensis
„ octobris MDCXXXVI. hìc etiam retrò
„ insertas; ex altera partibus.

„ Et declarârunt, quod, cum pro Reli-
„ gionis orthodoxæ conservatione visum esset
„ felicis recordationis PAULO IV. summo Pon-
„ tifici & PHIL. II. Regi Hispaniarum Belgii
„ Principi, erigere novas in Belgio sedes Epis-
„ copales cum dote trium millium Ducatorum
„ auri de Camera, ex dignitatibus ac benefi-
„ ciis ecclesiasticis dimembrandâ, & in executione
„ illius dimembrationis variæ exortæ essent diffi-
„ cultates: posteà occurrente vacatione Abba-
„ tiæ S. Bernardi ad scaldim sub nova Diœcesi

„ Antverpiensi, placuit tum potiùs, pro promptiori dotis provisione, iisdem Pontifici & Regi mensæ episcopali Antverpiensi prædictum monasterium S. Bernardi, nomine Abbatiæ extincto, unire, annectere atque incorporare. Anno 1636.

„ Ac deinde, post executionis per aliquot annos suspensionem, Episcopi Antverpienses successivè prædictum monasterium ejusque proventus diversimodè administrârunt, & super dote sua alios singuli atque alios tractatus inierunt, ac de ejusdem unionis dissolutione sæpiùs tractarunt atque aliquando convenerunt, Rege etiam catholico in dissolutionem consentiente & summo Pontifice illius promotionem suo nuncio demandante.

„ Ac denique anno millesimo sexcentesimo sub beneplacito suæ sanctitatis & serenissimorum Principum ALBERTI & ISABELLÆ reverendissimus Dominus GUILLIELMUS à BERGIS, tunc Episcopus Antverpiensis ac deinde Archiepiscopus Cameracensis, assentiente capitulo Antverpiensi cum Religiosis ejusdem monasterii S. Bernardi, cum simili assensu reverendi admodum Domini Abbatis Villariensis Patris-abbatis seu immediatè quondam superioris ejusdem monasterii, super dissolutione ejusdem unionis & bonorum separatione atque perpetua dote Episcopatûs Antverpiensis convenerat atque transegerat: & iidem serenissimi Principes bonorum separationem assignationemque approbârunt; sed absolutam unionis dissolutionem pro eo tempore nondum convenire judicârunt, quippe templo reliquisque omnibus monasterii ædificiis sub ruina adhuc jacentibus. Transactio anno 1600. facta frustrà.

„ Prout etiam diversâ rerum & temporum mutatione secutâ, bonorum etiam prædicta separatio in alios contractus per Episcopos sequen-

Anno 1636. ,, ſequentes eſt converſa. Et demùm faventibus ,, (Induciis) parte templi & ædificiorum monaſticorum reſtauratâ , Religioſis poſtliminiò ad ,, locum S. Bernardi ſunt reducti , ac denique ,, major ædificiorum pars eſt refecta , totumque ,, tandem templum contectum.

,, Et reverendiſſimus Dominus GASPAR NEMIUS ad Epiſcopatum Antverpienſem promotus , interpellantibus etiam Religioſis ſuper dicta ,, unionis diſſolutione , ſeriò cogitare cœpit : atque ,, imprimis , an ſalvâ congruâ dote menſæ ,, Epiſcopalis Antverpienſis , ſeu fine ob quem ,, priora tempora incorporationem fieri ſuaſiſſent, ,, ſatiùs non eſſet , iſti eccleſiæ dari Prælatum, ,, qui cultum divinum & diſciplinam monaſticam præſens continuò exactiùs poſſet curare ,, & temporalem œcononiam , quiſque ſibi ,, deinceps tamquam magis propriam , diligentiùs adminiſtraret : ac denique Religioſi ſub ,, Prælato ſuæ profeſſionis promptioribus animis ,, vocationis ſuæ ſtadium decurrerent , & an non ,, propriùs (l. propiùs) ratione ad priorum fundatorum intentionem accederet.

,, Ut poſtquam ſuper eo negotio cum pluribus viris piis atque eruditis deliberaſſet in eam ,, ſententiam inclinavit , quâ & menſæ Epiſcopali debitè provideretur & monaſterium ,, cæteroquin in priſtinum ſtatum reſtitueretur : ,, & habitis diverſis communicationibus ſuper eo ,, & bonorum ſeparandorum & menſæ Epiſcopali Antverpienſis reſervandorum quantitate ,, & deſignatione ; tam cum reverendo admodum Domino Prælato Villarienſi , quàm venerabilibus Dominis Priore & Religioſis à conventu deputatis , quam cum RR. admodum ,, DD. Decano & Capitulo Antverpienſi ſeu ab ,, eo deputatis , eorumque in Capitulo factâ ,, relatione die octavâ & nonâ ; iiſdemque

,, depu-

„ deputatis factâ nomine ejusdem Capituli, in „ quantùm ad illud spectat, authoritate ad „ concludendum decimâ decembris anno MDC- „ XXXVI. Tandem præfati perillustris ac reveren- „ dissimus Dominus Episcopus & reverendi admo- „ dum & venerabiles Domini comparentes qualitati- „ bus prædictis convenerunt, concordârunt & „ transegerunt sub beneplacito Sedis apostolicæ „ & Regiæ catholicæ Majestatis in modum, qui „ sequitur. Anno 1636.

„ In primis quod prædicta unio, annexio „ & incorporatio ejusdem monasterii S. Bernar- „ di dissolvetur, idemque monasterium in „ pristinum statum restituetur, sub modo ta- „ men, formâ & restrictionibus sequentibus. Unio dissol vetur sub conditionibus.

„ Imprimis quod Episcopus Antverpiensis „ perpetuis futuris temporibus remanebit pro- „ prius Episcopus S. Bernardi, Conventûs ac „ Religiosorum, etiamsi fortè contingeret eos ob „ bellorum temporumve injuriam, ut jam „ pluribus accidit, seu aliam quamcumque cau- „ sam extrà diœcesim migrare aut aliò trans- „ ferri. 1. Episc. manebit proprius monasterii Episcopus.

„ Retinebit etiam Episcopus pro tempore „ futurus superintendentiam super eodem mo- „ nasterio, qualem habet super aliis monaste- „ riis sui Episcopatûs ejusdem ordinis, ejusdem „ fortè migratione aut translatione non ob- „ stante. 2. Habebit superintendentiam.

„ Ac semper præerit vacatione occurrente „ electioni novi Prælati aut superioris. 3. Præerit electioni Abbatis.

„ Episcopo pro tempore futuro reservatur „ omne jus, quod ad quæcumque beneficia „ ecclesiastica, extrà monasterium sita, hac- „ tenùs competiit Abbatibus S. Bernardi. 4. Habebit jus ad Beneficia omnia.

„ Exceptis Pastoratibus de *Woude*, *Gastel*, „ *Oudenbosch*, *Hoeven*, *Loenhout* & *Capelle*, „ in quibus Prælatus S. Bernardi juxtà tenorem 5. Exceptis sex pastoratibus.

 bullâ-

Anno 1636.

„ bullarum incorporationum eorumdem Pasto-
„ ratuum retinebit jus præsentandi seu deputan-
„ di aliquos ex suis Religiosis ; quibus Episco-
„ pus , si eos per examen reperierit idoneos ;
„ tenebitur ad formam dictarum Bullarum pro-
„ videre.

6. Nisi Abbas sit in mora.

„ Si porro contingat quàcumque ex causa
„ Prælatum nolle præsentare aliquem sui monas-
„ terii Religiosum , poterit Episcopus pro ista
„ vice alteri providere pleno jure , quem ma-
„ gis judicabit idoneum.

7. Si Abbas præsentet non idoneū, alium poterit præsentare.

„ Si autem præsentatus repertus fuerit non
„ idoneus , illo rejecto poterit Prælatus alium
„ sui monasterii Religiosum præsentare , qui sit
„ idoneus : quod si talem exinde non præsenta-
„ verit , poterit Epis. similiter pro ista vice alteri
„ providere.

8. Pro inhabilibus senio &c. tenetur Abbas alios nominare.

„ Si qui autem rectè provisi ob senectutem seu
„ aliam causam judicio Episcopi fortè inhabiles
„ fiant , tenebitur Prælatus illis amotis alios
„ idoneos præsentare & eis Episcopus provi-
„ dere.

9. Episcopo manebit Antverp. Palatiū

„ Antverpiæ remanebit Episcopo palatium ,
„ quod nunc est episcopale , auctum per plu-
„ res emptiones , prout inpræsentiarum est cum
„ omnibus domibus adjacentibus , tam in pla-
„ tea dicta *Cæmeterii* quàm *S. Bernardi.*

10. Bruxellæ refugium.

„ Bruxellæ autem eidem Episcopo cedent tres
„ domos contiguas in platea dicta *Wolffgracht* ;
„ cum porta , area & stabulis usque ad antiqua
„ mœnia exclusivè , ubi ostium , quod per illa
„ transitum præbet , obturabitur.

11. Et usus refugiorum Liræ , Mechliniæ & in Coolhem.

„ Liræ , Mechliniæ & in Coolhem domus
„ quæ servantur pro hospitio Prælati & Reli-
„ giosorum , quamquam remaneant monaste-
„ rio , poterit tamen Episcopus in iis jure &
„ sumptu suo hospitari : habebitque in domo
„ Lirana unum granarium , ubi grana sua con-

„ serventur

„ serventur, ac aliam loci commoditatem, ubi „ aliæ provisiones, quibus in eo loco opus ha„ bebit, reponantur: quæ omnia inquilinus „ tenebitur curare iisdem legibus, quibus grana „ & provisiones ejusdem monasterii. Quare & „ inquilinum Prælatus in illâ domo constituet „ Episcopo gratum. Anno 1626.

„ Si porro contingat eòdem Episcopum & „ Prælatum convenire, cedet Prælatus Epis„ copo locum principalem magisque commo„ dum. 12. præ Abbate.

„ Episcopali mensæ ulterius in perpetuum an„ nexa atque incorporata remanebunt Bona, „ decimæ, villæ, terræ, prata, feuda em„ phiteuses & census ut sequuntur... 13. Bona assignata pro dote.

Bona, quæ hic enumerantur, magis specificè referuntur in Actu flandrico confecto desuper anno sequenti 23. martii & relato per Baronem Le Roy post hanc transactionem, quem curiosi ibidem videre possunt.

„ Onera præcariarum, ut vocant regiarum, „ imposita hactenùs monasterio & quæ ad „ illius rationem per Status Brabantiæ imposte„ rum fortè imponentur, subventionum etiam „ subsidiorum aut alia quovis nomine, feret „ Episcopus unam tertiam, duas reliquas mo„ nasterium... 14. Divisio onerum imponendorum.

Vulgò fertur, Religiosos mensæ Episcopali cessisse medietatem bonorum Abbatiæ, de quo tamen nihil usquam invenitur. Ex hac autem divisione onerum generalium, colligi posse videtur, mensæ Episcopali non cessisse ultrà unam tertiam.

„ Quod si contingat aliquando aliqua ex bo„ nis monasterio relictis quâcumque ex causa & „ quocumque modo alienari, habebit Episcopus „ pro Episcopatu jus retractûs & præferentiæ „ præ omnibus aliis; sicut & vicissim Præ- 15. In alienatione utrimque habetur jus retractûs.

„ latus

Anno 1636. „ latus S. Bernardi pro ſuo monaſterio, ſi quid „ ſimiliter contingat alienari ex bonis Epiſcopa„ tui annexis. Quod etiam intelligitur, non „ tantùm ſi ex mericis aut aliis ſterilibus terris, „ Epiſcopatui aut monaſterio competentibus, ali„ quod contingat dari in Emphiteuſim perpe„ tuam vel temporalem ſimilem contractum, „ ſed etiam ſi quæ terræ inundatæ aut etiam „ (quod deus avertat) inundandæ Epiſcopo aut „ Prælato nolente facere ſumptum aggerum po„ nendorum, habeantur pro relictis, aut aliis „ ſumptum facturis quocumque contractu tem„ porali aut perpetuo concedantur...

„ Actum Antverpiæ in Palatio Epiſco„ pali die decima decembris anno milleſimo „ ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, præſentibus RR. „ DD. *Theodoro Vooght* S. T. L. & *Arnoldo* „ *Carpentier* S. T. Baccalaureo presbyteris uti „ teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Sub„ ſignatum GASPAR Epiſcopus Antverpienſis, „ HENRICUS Abbas Villarienſis, AUBERTUS „ MIRÆUS Decanus, F. VAN DE ZYPE Archi„ diaconus, Fr. *Judocus Gillis* Prior S. Bernardi, „ *F. Dingens*, *P. Coens* Canonicus *Aub. van* „ *der Eede*, *Fr. Petrus van Iſſche*, *Fr. Guil*„ *lielmus Addiers. T. Vooghts* teſtis *Arn. Car*„ *pentier* teſtis, quod atteſtor *J. Jacobæus* Nota„ rius *J. van Huffel* Notarius.

Cum hæc tranſactio facta eſſet ſub beneplacito Pontificis & Regis, allaborandum nunc erat ad eorum conſenſum obtinendum; obtentus eſt autem conſenſus Pontificis anno 1645., Regis verò demùm obtentus fuit anno 1649. quando dimenbratio iſta realiter peracta fuit. Ratio tam longæ dilationis fuit quod mox poſt concluſum hunc tractatum cœperit recrudeſcere turbatio Belgii & perſecutio eccleſiaſticorum, *Retorſiones* vulgò dictæ: unde Religioſi S. Bernardi coacti ſunt

sunt monasterium derelinquere & iterum discedere in Coolhem, ubi aliquot annos hæserunt. Anno 1636.

Cæterùm licèt nesciatur, an hæc transactio eadem sit, quæ anno 1600. cum Episcopo *G. De Berghes* facta fuerat, certum tamen est sub hac ipsa transactione deinceps anno 1649. dimembrationem peractam fuisse sine ulla mutatione, ut infrà patebit.

Petrus Rystius Ordinicanus.

PETRUS RYSTIUS Antverpianus Ord. S. Dominici studiorum causâ Lovanii vixit, & cum Theologia linguæ hæbraicæ cognitionem non vulgarem conjunxit, utrumque docuit in suo conventu Antverpiensi. In missione batavica bonam frugem fecit multaque passus fuit, ultrajecti anno 1624. 22. januarii ab Altari raptus vinctusque & plateatim per urbem ductus ac carceri mancipatus. Neque ideo tamen susceptos pro fide labores deseruit, nam lytro persoluto dimissus Roterodamum secessit, ibique in eodem apostolico munere vitam finivit vigente adhuc ætate hoc anno 1636. die 28. junii. Edidit de *Monomachia serpentis & hominis* lib. III. Antv. 1619. 8. Fop. *Bibl. belg. pag.* 947. D. Paquot. *Memoires litt. tom. I. pag.* 47.

Jacobus Tirinus S. I. Theologus.

JACOBUS TIRINUS Antverpiensis, natus ibidem anno 1680. olim Lovanii secundus in scholis Artium, dein Societatis Jesu Theologus. Anno 1611., ut refert Auctor *Char. S. Soc. J. Antv. apud Sanderum* rexit Domum Anglicanam cum ageret annum ætatis trigesimum primum, & anno 1612. 11. julii quatuor votorum professione se obstrinxit, atque anno mox sequenti Congregationi generali satis juvenis interfuit. Anno 1616. novæ domui Professæ in hac civitate factus est primus Præpositus, cui domui in ea qualitate præfuit novem annis, in-

trà

Anno 1636. trà quos curavit constructionem Templi, & quatuor annis præfuit missioni hollandicæ. Sacram Scripturam tribus annis interpretatus est, unde prodiit & vulgavit omnibus numeris absolutum *Commentarium in vetus & novum testamentum* Tom. III. fol. Antv. typis Nutii 1632. cui præmittit *Chronicum sacrum à condito mundo usque ad excisam per Titum erosolimam* & alia utilia, & subjicit inter alia *Indicem controversiarum seu quæstionum Fidei.* Laudatum hoc opus vide loco suprà citato, & apud D. Paquot *Memoires litt. Tom. V. pag.* 164. Obiit vir ille in hac civitate hoc anno 1636. die 14. julii ætat. LVI.

1637. Quantùm ad negotium Pacis generalis Coloniæ tractandum anno 1637. nihil actum est, nisi consultatum qualiter scriberentur litteræ *salvi-conductûs* pro respectivis Legatis eo mittendis. Actum quidem est aliqualiter de Induciis interim per quinquennium, sed frustrà.

Actitata ad pacem.

Mense aprilis tentàrunt Fœderati *Hulstum* sed frustrà. Die 22. julii cœperunt obsidere *Bredam.* Interim Princeps Cardinalis obtinuit 26. augusti *Venloum* & mox obsedit *Ruremondam*, quam obtinuit 3. septembris. Breda 7. octobris se dedit fœderatis, à quibus Religio reducitur in eum statum, in quo sub ipsis fuerat ante annum 1625.

Bellum hujus anni.

Venloo & Ruremonda à Regiis recepta.

Breda recepta à Fœderatis.

Ludovicus de Roomer in hac civitate in cœnobio Facontino Canonicarum regularium, novum à fundamentis excitaverat sacellum ad honorem D. Josephi, picturis & marmoribus pretiosum, magnitudine amplum, inaurati Tholi altitudine suspiciendum. Sacellum istud ritè dedicatum hoc anno 1637. ipso S. Josephi festo, apertum est & cœptum frequentari. In eo fundator sibi & uxori *Catharinæ Haecx* præmortuæ monumentum posuit. Dein soror ejus illud

Sacellum D. Joseph apud Facontinas.

novis

novis identidem ornamentis omnique sacri apparatûs supellectile locupletavit, adjuta liberali munificentia germani fratris *Gaspari de Roomer* Neapoli primi nominis mercatoris. *Act. SS. Tom. III. martii pag.* 18. *n.* 62. Anno 1637.

Judocus Desmarez Antverpiensis Societatis Jesu, latinis Grecisque litteris egregiè excultus, obiit Rector Collegii Malbodiensis hoc anno 1637. 13. decembris. Ediderat *Commentarium brevem in Horatium* repurgatum ab omni obscoenitate in gratiam Juventutis. Duaci 1636. 8. & *Onomasticum*, *Horationa phrasis puritas* &c. ac quo vocabula à Latinis hactenùs usurpata explicantur, quem morte præventus non complevit. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 767. D. Paquot XIII. 163. Judocus Desmarez S. J.

Cyprianus Crousers Antverpianus Ordinis Capucinorum per tractum Rheni Commissarius, edidit Coloniæ anno 1625. 4. *Lectiones pareneticas ad Regulam S. Francisci* relatas Romæ in *Indicem* 3. aug. 1656. donec corrigantur. Obiit Genuæ in conventu Capucinorum anno 1637. ætatis 67. è Capitulo generali rediens. Foppens *Bibl. Belg. pag.* 223. & D. Paquot *Mem. Litt. tom.* 8. *pag.* 93. Cyprianus Crousers.

Anno 1638. vix audiebatur quidquam de pacificatione generali; nisi quod Hamburgi agitabatur de præliminaribus. Et interim agebatur de dividenda negotiatione pacis generalis, sic ut pacificatio Germaniæ agitaretur Lubecæ in inferiori Saxonia, & pacificatio Belgii Coloniæ. 1638. Negotium pacificationis

Hoc anno Antverpia sibi timebat ab hostibus appropinquantibus, cœperant illi pulsis hispanis fortalitium Caloum & aliud adjacens altero ab Antverpia lapide in Wasia plura molituri: verùm mense junio Hispani cæsis & in fugam actis hostibus Caloum receperunt. Cædes & fuga Foederatorum Bellum hujus anni. Hispani cæsis fœderatis

Anno 1638. ratorum hâc occasione tam turpis fuit, ut Orangius met judicaret à centum annis talem factam non fuisse, sic refert L. Aitzema *Tom. II. pag.* 535. Factum refert C. Janningus ex Historico Domestico contemporaneo *Act. SS. Tom. IV. junii pag.* 1035. *n.* 309. hoc modo.

Recipiunt Caloum.

Postridie Idus junii occupaverant hostes batavi flandrensem aggerem, cæsis aut fugatis militibus nostris, Duce Guilielmo Nassavio; & in eo Castella duo, duabus hinc leucis dissita, quorum alterum Calloanum erat; moxque ibi castra sua, quâ per singulos aggeres inter depressa & palustria accessus erat, incredibili celeritate communire adorti, magnum urbi terrorem injecerunt. Jam octiduum propè occupatas tenebant stationes, indies minùs expugnabiles. Placuit tandem serenissimo Principi Cardinali Ferdinando Belgii *pro Rege fratre* Gubernatori, adhibitis in consilium belli Ducibus, vî pelli hostes. *Illos igitur die xx. dicti mensis, qui dominicus erat, sub noctem* à tribus partibus aggressi sunt nostri per aggeres difficillimos, ab ipsis nempè intercisos ac loricis sudibusque præmunitos; tantaque alacritate ac robore decertaverunt, ut Batavi primâ nocte magnâ clade affecti, alterâ in fugam ingenti terrore effusi, ex munitissimis suis sedibus præter spem propè omnem sint expulsi. Cæsorum in iis & in fluvii æstuariis mersorum ad tria millia, totidem & amplius millia captivorum, opima præda, victoria celeberrima. Ita Janningus.

Victoriam hanc celebravit CASPERIUS GEVARTIUS J. U. L. S. P. Q. Antverpiensi ab Actis, vulgans *Calloa recuperata* typis J. Meurtii Antv. 1642. fol. Item Franciscus de Montmorency S. J. edens: *Partâ de Batavis ad Antverpiam victoriâ Epinicion* Antv. Plant. 1638. 4. & Nicolaus

ianus Vernulæus edens : *Triumphum ob cæsos ad Caloum Batavos* Lov. 1638. 4. Anno 1638.

Cum præcedenti seculo *S. Theresia* & *S. Joannes à Cruce* tentâssent reformationem Ordinis Carmelitani, eamque obtinere non potuissent; ipsi cum sequacibus suis auctoritate Pontificia à reliquo ordine sejuncti sunt & Generalem suæ reformationis obtinuerunt, ac ad distinctionem à reliquis dicti sunt *Discalceati*. Deinde alii necessariam hujus Ordinis reformationem tentârunt, & tandem felix auspicium habuit in Britannia armorica, unde derivata fuit Valencenas, ubi primò reformatio ista acceptata fuit, inde introducta fuit in monasterium Gandavense, & anno 1631. in Lovaniense, ac anno 1633. in Carmelum Bruxellensem ac tandem anno hoc 1638. in Antverpiensem. De hac reformatione sic Auctor *Chor. S. Carmeli Antv.* apud Sanderum *tom. II. pag.* 268. Reformatio Carmelitarum.

Anno 1638. sub R. adm. P. *Livino Canisio* Priore, ipso annitente & promovente, reformatio in hunc Carmelum ipso sanctæ *Annuntiationis* festo fuit introducta... Magna mox in exteriori, nigro in grisæum vestis colore mutato, aparuit mutatio, major in interno. Eminuit inter omnes summa R. P. *Livini Canisii* quoad temporalia regendi industria, quoad spiritualia sollicitudo, & pietas. Hæc aliam statim templo faciem, toti conventui formam induxit, ut tota in domo nihil quàm virtutum occurrerent & viderentur exempla. Ille domesticam ita œconomiam direxit, ut gravissimo ære alieno soluto, bono famæ odore per civitatem audiret Carmelus. Ita Auctor ille. Antverpiensium.

Notandum, quod Carmelitæ in hac demùm reformatione ad exemplum Discalceatorum cœperint mutare sua nomina, & relinquentes nomina Mutant nomina sua.

Anno 1638. mina familiæ, assumere alia à Sanctis; ut vel sic pleniùs mundo renuntiarent

Baltasar Basseliers. Minorita. BALTASAR BASSELIERS Antverpiensis, Ordinis FF. Minorum regularis observantiæ per Germaniam inferiorem Definitor, obiit hoc anno ætatis circiter 70., quo ediderat *Conciones morales super Evangelium Joannis de Lazaro quadriduano redivivo.* Antv. typis Gul. Leestenii 1638. 8. Dicavit opus *Gaspari Nemio* Episc. Antv. Foppens *Bibl. belg. pag.* 122. & D. Paquot *Mem. Litt. Tom. IX. pag.* 167.

Hubertus Phalesius Benedictinus. Obiit etiam hoc anno ipsa assumptæ virginis, quam impensè coluerat, festivitate HUBERTUS PHALESIUS Antverpiensis, monachus benedictinus in Abbatia Affligemiensi, quondam Prior & Pastor Bornhemensis, ac posteà supprior Affligemiensis, in sacris litteris apprimè versatus. Paraverat *concordantias SS. Bibliorum* variis in locis expurgatas & locupletatas cum præambulis ad easdem, editas typis plantinianis 1642. fol. Concinavit item *Chronicon Affligemiense* Ms. quod, inquit Foppens *Bibl. Belg. pag.* 489. si ederetur in lucem, eruditis omnibus foret acceptum, sed putatur jam ad alienas devenisse manus. Ejus etiam sunt manuscripta sequentia apud Affligemienses asservata: *Septimana Virginea. Zona parthenia exornata. Hebdomas annorum à Magdalena mystica decursa &c.*

1639. Bellum hujus anni. De pace anno 1639. nihil specialiter auditum est, nec bello belgico quidquam actum. sed in fine anni inita fuit conventio inter gallos & fœderatos, sic ut Galli subministrarent media & fœderati aggrederentur anno proximo 1640. Brugas, Damnum & fortalitia, quæ possidebant hispani à Slusa ad Blanckenbergum & Blankenbergum met: verùm hæc conventio effectu caruit.

Plebania

Plebania Antverpiensis sub cura sua habens civitatem & totum suburbium varias successu temporis subiit mutationes. Anno 1124., dum Capitulum Antverpiense è S. Michaëlis translatum est ad Capellam B. Mariæ, ei unitus erat Canonicatus : deinceps Canonicatus sejunctus fuit, quo autem id factum sit tempore nescitur. Anno 1304., cum onus ejus grave nimis esset, sejunctum est totum suburbium & erectæ ibidem duæ Parochiæ S. Georgii & S. Willibrordi, absque tamen fonte baptismali. Parochialis ecclesia S. Georgii post octo circiter annos productis mœnibus incorporatus est civitati, & reliquo suburbio ei subjecto dein provisum est pro tempore nocturno per subsidiarium in *Kiele*. Anno 1316., dum extrà memoriam erat, quando & quomodo Canonicatus à Plebania sejunctus fuerat, cum fructus Plebaniæ tenues & exiles censerentur, consistentes utique in quartâ parte oblationum dictæ ecclesiæ, iterum Plebanatui unitus est Canonicatus. Dein iterum variè sublevatum est onus Plebaniæ : anno 1441. datus est fons baptismalis Parochiæ S. Willibrordi, Anno 1477. similiter concessus est fons baptismalis Parochiæ S. Georgii & anno 1479. erecta est simul & semel nova Parochia S. Jacobi cum omnibus juribus parochialibus ; & tandem eodem anno Ecclesia S. Walburgis, in qua anteà quædam parochialia exercebantur, concessus est fons baptismalis & cemeterium. Denique anno 1529. erecta est simul & semel Parochia S. Andreæ cum omnibus parochialibus juribus : sic ut Plebania sub cura sua non retineret nisi mediam civitatis partem.

Anno 1639.

Mutationes quas subiit Plebania Antverpiensis.

Anno 1614. cum onus Plebaniæ totaliter sed indivisim incumberet seu portaretur per duos subsidiarios, qui Pastores dicebantur, divisa

Parochia divisa.

Anno 1639. est ista parochia in duas regiones, aquilonarem & meridionalem, ut Pastores illi quisque regionem suam curaret.

Dividitur Plebania. Tandem hoc anno 1639. cum Plebanus, cui cura animarum incumbebat, eam exceptis quibusdam casibus non exerceret nisi per dictos Subsidiarios, qui Pastores dicebantur: satius judicatum est Plebaniam dividere inter duos istos Pastores, sic ut illi, qui pondus portabant, forent Plebani & Canonici, habentes singuli pro dote medium Canonicatum & præbendam. Sed, cum Plebanus in vivis esset, qui erat GASPAR ESTRIX Lib. Censor; ad hoc servire non poterat Canonicatus, quem ille possidebat, rogatus est D. *van Beusecum* S. T. D. & Professor Lovanii; ut Canonicatum, quem in hoc Capitulo possidebat; hunc in finem resignaret, quod & fecit viâ romanâ sub pensione annua quadringentorum florenorum: & simul à Pontifice obtenta est licentia dictam Præbendam dividendi in prædictum finem. Itaque inita conventione cum actuali Plebano, divisa est Plebania inter duos Pastores & assignata est unicuique pro dote dimidium prædictæ Præbendæ D. van Beusecum sub conditionibus, quæ referuntur in Litteris Episcopi desuper confectis; quas ex originali subjungo.

Litteræ Episcopi desuper. *Ex Archivis Capituli.*

„GASPAR Dei & apostolicæ Sedis Gratiâ „Episcopus Antverpiensis omnibus has visuris „salutem in Domino.

„Notum facimus per præsentes, quod, cum „incongruum videatur, ut is, cui ex officio „cura animarum incumbit, eam minimè ex„erceat & illius exercitium sit penès ejus „dumtaxat substitutos, prout pridem in eccle„sia nostra cathedrali usurpatum est, ubi Ple„bano cura animarum injungi &, quibusdam „dumtaxat casibus exceptis, per Subplebanos

„exerceri

„ exerceri consuevit. Conveniens potiùs nobis „ est visum de consensu adm. RR. DD. de „ Capitulo ecclesiæ nostræ cathedralis oppor- „ tunè imposterùm providere. Anno 1639.

„ Et sicut de eorumdem assensu reverendissi- „ mus Dominus JOANNES MALDERUS Præde- „ cessor noster die decima-nonâ decembris anno „ MDCXIV, juxtà præscriptum Concilii Trident. „ *Cap.* 13. §. *In iis. sess.* 24., parochiam B. „ Mariæ ecclesiæ nostræ cathedralis, in qua per „ duos Pastores Sacramenta & pastoralia indis- „ criminatim administrabantur, in duas regio- „ nes divisit, meridionalem & aquilonarem, „ suis utrimque terminis circumscriptas: ita „ etiam visum est Nobis, ipsum plebanatum „ dividere in meridionalem & aquilonarem, & „ utrique suam parochiam ita tribuere, ut „ ad rationem Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* „ 16. ipsum exercitium curæ animarum per se „ ipsos gerendum reassumant, sine præjudicio „ tamen Decani & Capituli itemque moderni „ Plebani, in divisionem quidem hujusmodi sub „ certis ad vitam suam conditionibus consentien- „ tis, ita ut vitâ suâ durante in juribus ipse „ permaneat.

„ QUOCIRCA de prædictorum DD. de Capi- „ tulo assensu, in vim & conformitatem Conci- „ lii Tridentini facultatisque per illud, sacros „ Canones seu aliàs Nobis competentis, admi- „ nistrationem curæ animarum & plebanatûs „ prædictæ Ecclesiæ nostræ cathedralis, ejusdem „ Capitulo ab initio incorporati, in duos „ Plebanatus secamus, meridionalem videlicet „ & aquilonarem, & utrique suam regionem „ & parochiam attribuimus: ita videlicet ut ea „ habeatur ab utroque secundum limites, qui- „ bus ab eodem reverendissimo MALDERO fuit „ distincta, & habeant Plebani per civitatem Dividitur Plebania.

Anno 1639. „Antverpienſem ſecundùm ductum ejuſdem „lineæ & limitum eam prærogativam diviſim; „qualis hactenùs uni Plebano fuit indiviſim.

„Quare iidem Plebani exercitium curæ ani„marum in utraque parochia B. Mariæ reaſſu„ment & uterque eas obibit functiones, quas „reſpectivè ſubierunt hactenùs Subplebani.

Utrique pro dote aſſignatur medius Canonicatus

„Pro dote autem Plebanatuum diviſorum „aſſignandam decrevimus & aſſignamus Canoni„catum & præbendam, quam ante hàc poſ„ſedit R. D. *Chriſtianus Beuſecum*, ex ipſius „libera reſignatione vacantem, & eum in finem „juxtà tenorem Litterarum apoſtolicarum divi„ſam.

Canonicatus plebani exoneratur & alter oneratur.

„Et ex nunc prout ex tunc; cum moder„num Plebanum cedere vel decedere continget, „exoneramus prædictam præbendam, quam „idem Plebanus nunc poſſidet, ab onere atque „officio Plebaniæ, illudque transferimus omni „modo in ſupradictam præbendam præfati „Domini *Beuſecum* ut ſuprà ſectam; eidem„que illud ex nunc prout ex tunc perpetuò „diviſim obtinendum & exercendum per utrum„que Plebanum reſpectivè in ſua regione (ita „ut præbenda quam poſſidet D. Plebanus „modernus non alio ſpeciali onere tunc ma„neat affecta, quàm Lectionis Theologicæ) „annectimus, unimus & incorporamus ſub „modo, formâ & conditionibus à Capitulo & „Plebano moderno propoſitis & à Nobis accep„tatis.

Sub conditionibus.

Collationis utriuſque forma.

„1. Collatio utriuſque Plebanatûs, ſicut „hactenùs unius Plebanatûs, cum acceſſione „dotali mediæ utriuſque præbendæ & Cano„nicatûs ſpectabit ad Nos & ſucceſſores noſtros „Epiſcopos & RR. adm. Dominos Decanum „& Capitulum, per concurſum ab iiſdem

„intituend

„ instituendum ; in qua collatione etiam singuli „ Canonici capitulares votum habebunt. Anno 1639.

„ 2. Iidem Plebani tamquam Canonici primo „ statim anno gaudebunt fructibus & distributio- „ nibus nec habebunt annum carentiæ & conse- „ quenter nec annum gratiæ, quem alii Canonici „ eo intuitu habent. Statim percipient fructus.

„ 3. Singuli Plebani solvent media tantùm „ jura possessionis.

„ 4. In comitatu funerum habebunt portio- „ nem pastoralem prout hactenùs & singuli „ mediam canonicalem ; & si contingat illos „ abesse, accrescet illorum portio cæteris Ca- „ nonicis præsentibus. Dimidium.

„ 5. In vino honorario habebunt singuli me- „ dietatem tantùm, quando processionibus & „ aliis officiis, quibus illud assignatur, inter- „ erunt.

„ 6. In choro habebuntur præsentes & sin- „ guli medias distributiones lucrabuntur, quan- „ do concionantur vel actu administrant Sacra- „ menta, exceptis matutinis, processionibus, „ stationibus, anniversariis & fundationibus, „ quæ excludant facta, exceptâque omni distri- „ butione argenteâ. Præsentia in Choro.

„ 7. Quando erunt secundùm statuta in tabula „ collationis, uterque habebit mediam septi- „ manam ; & ubi contigerit alterum non esse „ in tabula, media septimana vacans specta- „ bit ad totum Capitulum. Collatio beneficiorum.

„ 8. In nummis capitularibus singuli habebunt „ mediam distributionem, & uterque tempore „ à statutis ordinato ad Capitulum admittetur, „ in eoque atque alibi locum obtinebit ex ordi- „ ne temporis acceptæ possessionis, & hi Cano- „ nici-plebani non erunt Capitulares nisi post „ Canonicos, qui jam acceperunt possessio- „ nem. Admissio in Capitulum.

Anno 1639.

à Domibus Canonicalibus excluduntur.

„ 9. In domibus canonicalibus turnum non habe-„bunt, sed juxtà Noſtrum & Capituli ac Ma-„giſtratus conſenſum nunc præſtitum , domus, „quas nunc inhabitant Paſtores , perpetuò Ple-„banis manebunt affectæ : donec forte Fabrica „aſſignaverit meliores, ſaltem Aquilonari in ſua „parochia.

De Vice-paſtoribus, qualiter aſſumendi &c.

„ 10. Uterque tenebitur habere ſubſidiarium „Vice-paſtorem , quem ipſis deſignabit Epiſ-„copus , Decanus & Capitulum. Qui Subſi-„diarii miniſtrabunt & emolumenta ex admi-„niſtratione provenientia percipient , ſecundùm „inſtructionem à Nobis & ſucceſſoribus noſtris, „Decano & Capitulo dandam , atque inſuper „ipſi Plebani honeſtum dabunt ſtipendium ſin-„guli ſuis ſubſidiariis , quale Nos & ſucceſſo-„res noſtri , Decanus & Capitulum pro ratione „temporis arbitrabimur : præſertim poſt extinc-„tam penſionem ex dicta præbenda dicto R. D. „*Beuſecum* debitam , quam ſinguli ei quotan-„nis ſolvent pro medietate , ducentos ſcilicet „ſinguli florenos , aut ex eorum præbenda „perſolvetur.

Tempore Peſtis.

„ 11. Peſte infectis per ſuam reſpectivè partem „miniſtrabunt per ſe aut ſuos ſubſidiarios ; niſi „à ſenatu ſeu populo obtinuerint , ut ſumptu „publico aliqui habeantur , qui illud onus obe-„ant ad totalem exonerationem Capituli , „vel ex fructibus prædictarum præbendarum „ſolvetur deſervitori peſtiferorum competens „ſalarium, qui fructus pro eodem ſemper ma-„nebunt obligati.

„ 12. Capellaniæ , quas nunc habent Paſto-„res , unientur duobus parvis Canonicatibus „ſub conditionibus à Nobis ac ſucceſſoribus „noſtris , Decano & Capitulo conſtituendis , „aut erigendis ſub modo , formâ & oneribus poſ-„teà explicandis : illaſque dimittent antequam ad „poſſeſſionem admittentur.

„ 13. Poſt

„ 13. Post cessum aut decessum moderni „ Domini Plebani, prædictus uterque possessor „ dictæ sectæ præbendæ assumet nomen *Ple-* „ *bani* : interim autem utetur nomine consueto „ *Pastoris*. Anno 1639.

„ 14. Ex hac divisione Plebanatûs seu nova „ constitutione non prætendent iidem futuri Ple- „ bani ad integram præbendam, sed contenti „ erunt pro omni dote medietate sic divisæ præ- „ bendæ.

„ 15. Capitulum nullos sumptus feret hacte- „ nùs factos aut faciendos Romæ aut alibi „ pro divisione, unione, erectione aut confir- „ matione respectivè Plebanatûs & præbendæ „ Plebanatuum aut præbendarum.

„ Quas omnes & singulas conditiones in ad- „ missione ad possessionem tenebuntur futuri „ Plebani se observaturos jurare, uti & pro- „ mittere se accepturos & observaturos omnia „ & singula, quæ illis per Nos & successores, „ Decanum & Capitulum observanda ordinabun- „ tur.

„ Datum Antverpiæ die duodecimâ mensis ju- „ nii anno Dñi 1639. *signatum* GASPAR Epis- „ copus Antverpiensis."

Præmissæ Litteræ etiam referuntur apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. II. pag.* 1115., sed valde mendosè.

Puncta hæc hodiè non omnia observantur à tempore litis desuper agitatæ in Concilio Brabantiæ inter *Decanum* & *Capitulum* supplicantes & D. *Melchiorem van den Bosch* Plebanum rescribentem, in cujus sententia hæc desuper leguntur. Aliqui articuli deincep mutati.

t'Hof . . . recht doende . . . verclaert den Rescribent . . . niet ontfangbaer. Dat niet te min voor het toecomende aen den selven vry staet selfs te doen den dienst van de Onder-pastoors

Anno 1639. *oft wel anderſints de ſelve daer over te ſalarieren ende te contenteren, gelijck hy met hun ſal connen overcomen. Condemnerende de ſupplianten aen den Reſcribent te laten volghen, conformelijck de Bulle Papale, by tour de hellicht van het Huys-canonicael, d'welke daer ſal comen te vallen... Verbiedende aen de Supplianten ten reſpecte van den tour ende Huys-canonicale voortaen aen den Reſcribent eenigh beletſel te doen directelijck oft indirectelijck; noch oock aen het liber geniet der prebende plebanael. Ordonnerende aen de ſelve ſupplianten hun te deporteren van de belaſtinghe ende beſwaerelijcke conditien breeder in de voorſ. vierde concluſie des Reſcribents gementioneert... Actum* 16. *octobris* 1665.

Suprà *tom. I. pag.* 136. dedi nomina Plebanorum ante diviſionem, quæ repereram; ubi poſt *Spitholdium* inſerendus eſt *Leonardus Marius* S. T. D. & Profeſſor Coloniæ, qui electus an. 1626. plebaniam acceptavit; ſed poſteà mutato conſilio gratias egit. Vide de viro iſto Fop. *Bibl. Belg. pag.* 817. Subjungo nunc nomina Plebanorum poſt diviſionem, prout communicata ſunt.

Plebani partis auſtralis.

Plebani poſt diviſionem Plebaniæ.

1. *Robertus Swertius.* obiit 1646.
2. *Melchior van den Boſch* obiit 1669.
3. *N. Brants* obiit 1678.
4. *N. à Caſtro* S. T. L. electus Canonicus graduatus obiit eodem anno 1703.
5. *Dominicus Alphonſus van Erthorn* S. T. L. electus graduatus an. 1709. Obiit Archidiaconus anno 1737.
6. *Franciſcus van der Aa* J. U. L. electus graduatus an. 1721. Obiit Archipresbyter anno 1727.
7. *N. Eelkens* obiit 1731.

8. Ampl.

8. Ampl. D. *Petrus Verheyen* S. T. L. examinator Synodalis, christianitatis districtûs Antverpiensis decanus, Librorum Censor & Auctor. Anno 1639.

Plebani partis septentrionalis.

1. *Guilielmus Breugel* obiit 1650.
2. *Petrus Hasius* obiit 1658.
3. *Joannes van Leemputte* S. T. L. obiit 1678.
4. *Rumoldus Backx* S. T. L., de quo D. Paquot *Mem. litt. tom. VIII. pag.* 334. obiit 1703.
5. *Joannes van Exsel* obiit 1732.
6. *Joannes van Ey* obiit 1762.
7. *Petrus Gommarus van Hommelen* obiit 1772.
8. Ampl. D. *Joannes Franciscus Lippens* S. T. & J. U. L.

Eriguntur duo parvi Canonicatus.

Articulo 12. relati decreti indicatur duos Pastores, obtenturos pro dote mediam præbendam canonicalem, priùs debere abdicare Capellanias, quas ante possidebant, applicandas ad erigendos duos parvos Canonicatus. Anteà erant sex parvi Canonicatus erecti, ut suprà vidimus ad annum 1571. sub Episcopo Sonnio. Per hanc autem erectionem accrevit numerus ad octo, qui numerus hodieque perseverat.

Illorum officium.

Horum Canonicorum officium consistit præcipuè in sustinendo Choro in cantu, celebrando diebus feriatis missam conventualem, & ministrando tamquam diaconi & subdiaconi, dum Canonici primævi dictam missam celebrant.

Canonicatus theologalis.

Cæterùm in Præfatione dicitur, Canonicatum Plebani moderni, post cessum aut decessum ejus, exonerari onere plebanali, & non alio onere tunc manere affectum quàm Lectionis Theologicæ. Ex modo dicendi videtur posse colligi, Plebanum ultrà onus plebanale fuisse simul obligatum ad Lectionem Theologicam, & præ-

Anno 1639. & præbendam iſtam, quæ hodiè eſt Theologalis, fuiſſe olim Plebanalem.

Convictus Soc. Jeſu. Auctor *Primi ſeculi Soc. Jeſu*, qui opus illud vulgavit anno 1640., aſſerit lib. VI. cap. 2. *nuper* in hac civitate per Patres erectum fuiſſe CONVICTUM, ad meliùs inſtituendam juventutem. Hinc habemus erectionem hanc factam fuiſſe ante annum 1640. nec diu ante.

Auctor *Chor. S. Soc. Jeſu* apud Sanderum *Tom. III. pag.* 24. dicit *Convictum* hunc inſtitutum primò fuiſſe in domo Anglicana, ubi Gymnagium erat & Collegium Societatis; Patres ibidem aſſumpſiſſe juvenes, qui ſecum conviverent habitantes in eadem domo & edentes in eodem refectorio, unde nomen *Convictus*; dein ſeparatum refectorium habuerunt. Convixerunt Juvenes autem cum Patribus ibidem uſque ad annum 1654., quo empta eſt domus ampla viâ *S. Jacobs-merckt*, ad quam tranſlati ſunt juvenes ſimul cum tot ſolùm Patribus, quot neceſſarii erant ad eorum directionem. Subſiſtit hæc domus ſic uſque in hodiernum diem ſub vulgari nomine *Convictus*.

Emmanuël Rodriguez Ord. S. Aug. EMMANUEL RODRIGUEZ Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſcholarum Antverpienſium Præfectus, Poëſeos & melioris litteraturæ cognitione excelluit. Legitur Drama ejus tragicum, cui titulus *Herodes Sæviens* Antv. typis J. Crobbartii 1626. 8. Item Commœdia cui titulus *Rodericus Fatalis* Lov. 1631. Eodem auctore edita eſt *Grammatica Angelorum myſticorum* ſive *Labyrinthus Cryptographicus*, quo ſibi mutuò ejus artis periti occultos animi ſui conceptus per litteras omni ſuſpicione carentes multifariam, tutè, ſecretè & fideliter ſignificare poſſunt. Antv. apud G. Wolſchatium 1639. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 260. Annus obitus non indicatur.

JOAN-

JOANNES BRANTIUS J. C. natus Antverpiæ 1. octob. 1554. Lovanii philosophiæ operam dedit. Inde ob turbas belgicas in Galliam profectus Aureliis & Biturigis Juri operam dedit, laureamque obtinuit sub magno *Cujacio*, dein Italiam petiit, & lustratis Bononiâ, Patavio, Ticino ac Româ, tum visendi tum discendi studio, in Belgium rediit. Post quinquennium in causis agendis transactum factus est anno 1591. S. P. Q. Antverpiensi ab Actis; quod munus cum ultrà triginta annos obivisset, in eo successorem obtinuit filium *Henricum*: ipse verò in senatorium numerum cooptatus est & vita functus hoc anno 1639. ætat. ferè 80. annorum. Plura scripsit & vulgavit, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 590. & D. Paquot *Memoires Litt. tom. I. pag.* 299. Anno 1639. Joan. Brantius J. C. & Senator.

Anno 1640. quantùm ad negotium pacificationis generalis vix quidquam audiebatur; interim tamen Hamburgi commissarii hærebant in statuendis præliminaribus. 1640. Negotium pacis.

Bello etiam hoc anno nil notabile actum est. Fœderatorum copiæ multa quidam moliti sunt in Flandria, sed Regii continuò omnia eorum molimina everterunt, & quidem cùm favore. Bellum hujus anni.

AUTBERTUS LE MIRE dictus MIRÆUS S. T. L. Bruxellensis natus ibidem è familia quondam stabilita Cameraci 1. decemb. 1573. patre *Guilielmo*, qui primus post reductam civitatem è catholicis fuit urbis Quæstor, matre *Joanna Speeckaert* Bruxellensi, Humanioribus incubuit Duaci, ubi & Philosophiam incepit, quam Lovanii absolvit in Falcone, obtinuitque anno 1591. in generali promotione locum septimum. Paulò post in eodem Falconis Gymnasio litteras humaniores professus est, auditor ipse Justi Lipsii ferè continuus atque interioris admissio- Autbertus Miræus Decanus.

nis

Anno 1640. nis discipulus & amicus. Theologiæ operam dedit in Collegio Majori sub Joan. Clario S. T. D. per quem œconomus Collegii factus obtinuit primò Beneficium simplex in Collegiata Anderlechtensi, dein anno 1598. vi Nominationis obtinuit Canonicatum in Cathedrali Antverpiensi. Absolutis pro Licentia disputationibus Antverpiam venit, ubi mox eminere cœpit. A patruo Joan. Miræo factus à secretis atque ad summi momenti negotia adhibitus, varias quoque alias functiones obivit, Scholastici, Sigilliferi, Bibliothecarii, quæ licet totum hominem occupare potuissent, tanto ardebat amore musarum, ut ubicumque semper legeret, disquireret, observaret, notaret, excerperet aut scriberet, unde farrago librorum bono publico prodiit, quo toto orbe factus est famosus. Anno 1610. à patruo Episc. missus fuit primò in Bataviam ac deinde in Galliam, ut impiis hæreticorum conatibus, contrà pacta Induciarum Religionem turbantibus, tempestivè occurreretur. A morte patrui anno 1611. Duacum profectus est, testamentum ejus executurus, ibique est factus S. T. Licentiatus: nec diu post à sacris Oratorii seren. Principum ALBERTI & ISABELLÆ, Pastor ac Bibliothecarius Aulæ, Protonotarius Apost. ac postremò à morte Joan. Del Rio anno 1624. Decanus nominatus est Cathedralis Antverpiensis ac Episcopatûs Vicarius generalis: sicque vixit usque ad annum hunc 1640., quo obiit 19. octobris ætatis anno 67. sepultus in Choro cathedrali, ubi legitur duplex inscriptio, altera in Chori parte meridionali, altera in ambitu chori, quam subjungo.

D. O. M. S.

Epitaphium. Autberto Miræo *H. Cath. Eccl. Decano, studiis scriptisque clarissimo, qui Ordinibus religio-*

religiosis origines, *Annalibus gesta*, *piis fundatoribus famam*, *Historiis Lucem*, *Scriptoribus per elogia vitam*, *Patriæ claritudinem*, *Ecclesiæ huic decus asseruit*: *quibus assiduè laboranti ac feliciter operanti & perennare dignissimo mors manum injecit anno MDCXL. mens. oct. die* XIX. *Vitæ ejus* LXVII, *Joan. Carol. Franchemius Miræus*, *ex asse hæres*, *avunculo magno*, *præparenti opt. in H. E. Choro condito*, *gratitud. ergò Monumentum P. C.* Anno 1640.

Innumera, quæ scripsit & vulgavit operi vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 108, *& seqq.* & apud D. Paquot *Mem. Litt. Tom. I. pag.* 140.

JOANNES BAPTISTA WILS Antverpiensis S. T. Baccalaureus ad S. Willibrordum in suburbio ejusdem urbis Pastor, dein factus Carmelita discalceatus, dictus ELIAS à S. TERESIA, vir fuit magni zeli & concionator indefessus. Lusit in seculo *Epigrammata de Viris vitæ sanctimonia illustribus ex Ordine Præmonstratensi* Lovanii 1615. 4. In Ordine: *Legatio Ecclesiæ Triumphantis ad Militantem pro liberandis animabus fidelium defunctorum* Antv. 1640. fol. tom. II. Reliqua brabantico idiomate *Vitam S. Teresiæ* ex hispanico cum *notis* Antv. 1632. 8. Vitam *Annæ de S. Bartholomeo*, quæ anno 1626. hic obiit cum fama sanctitatis. ibid. *Palatium spirituale Begginagiorum* ibid. 1640. 8. Obiit in hac urbe natali 6. septemb. 1640. Foppens *Bibl. Belg. pag.* 257. D. Paquot *Mem. litt. II. pag.* 319. J. B. Wils Pastor dein Discalceatus dictus Elias à S. Teresia.

NICASIUS BAXIUS Antverpianus *Joannis* Senatoris filius, Ordinem S. Augustini amplexus litteras politiores græcasque apud suos Bruxellæ atque Antverpiæ annos multos tradidit, vir accuratæ diligentiæ, constantis laboris, studii indefessi; in versibus pangendis facilis, probus & probatus, in Orationibus purus. Omnia Nicasius Baxius Augustinianus.

Anno 1640.

ejus opuscula excusa sunt Antv. Typis Verdussii. Dedit *Synopsim Vitæ & Miraculorum B. Thomæ de Villanova* 1622. *Vitam B. Joannis Sahaguntini* è gallico 1626. 8. & plura litteraria, quæ vide apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 898. Vivere desiit Antverpiæ anno 1640. 22. octobris, pharmaco cujusdam medici Judæi Lusitani sublatus, quòd (ut ipse met posteà fassus est) sibi videretur vir iste rebus Christi longiori vitâ plurimum profuturus. De veritate hujus facti dubitat D. Paquot *Memoires litt. tom. VI. pag.* 243., ubi latiùs Baxii opera recenset.

Dominicus van den Boom Ord. Præd.

DOMINICUS VAN DEN BOOM Antverpiensis Ordinis Prædicatorum conventûs ejusdem civitatis S. T. L. Visitaverat terram sanctam. Eximius promotor fuit devotionis S. Rosarii, pro qua vulgaverat Antv. anno 1617. vernaculè *Brevem explicationem Confraternitatis S. Rosarii* sæpiùs reimpressam. Obiit 2. martii 1640. Vide D. Paquot *Mem. litt. IX. pag.* 159.

Assuerus Engelgrave Dominicanus.

ASSUERUS ENGELGRAVE Antverpiensis Ordinis FF. Prædicatorum S. T. Baccalaureus; concionibus se celebrem reddebat tum in Brabantia tum in Flandria; dum eum mors in flore ætatis sustulit 21. julii 1640. Reliquit *Conciones varias de Tempore & de Sanctis.* Tres fratres habuit *Assuerus* itidem ecclesiasticos, duos Jesuitas *Henricum* & *Joan. Baptistam*, quorum primus obiit 1670. alter 1658., de quibus infrà ad illos annos, & *Franciscum* Ord. Prædicatorum sicut ipse, qui fuit Prior Conventus Lovaniensis & obiit missionarius Ultrajecti.

Sicut hìc videmus quatuor fratres *Engelgrave* duos Dominicanos, duos Jesuitas: sic nuper hìc vidimus quatuor fratres ejusdem nominis & familiæ, duos Canonicos S. Jacobi, duos Canonicos Cathedralis, quorum unus superest.

Joannes

Joannes Engelgrave J. U. L. natu maximus fuit Canonicus & Actuarius S. Jacobi & obiit 5. octobris 1745. Sequens *Henricus* fuit etiam Canonicus S. Jacobi ac Thesaurarius & obiit 27. Januarii 1767. *Guilielmus* natu minimus J. U. & S. T. L. fuit Præses Seminarii Episcopalis, Canonicus graduatus, Pœnitentiarius, Judex & examinator Synodalis ac Librorum Censor, tandem nominatus per Principem ad Decanatum ejusdem ecclesiæ, ante installationem obiit 21. aprilis 1741. Tertius autem, qui hodieque superest Ampl. D. FRANCISCUS ENGELGRAVE J. U. L. fuit Eleëmosinarius hujus Civitatis anno 1722. mortuâ Conjuge statum ecclesiasticum amplexus Theologiæ operam dedit Lovanii, ubi factus est Præses Collegii Vigili, Canonicus ac Thesaurarius Cathedralis Antverpiensis ac anno 1759. Decanus ejusdem Capituli & judex Synodalis, qui, sicut hodieque præest vigilantissimè, præsit in ævum. Anno 1640.

JOANNES BAPTISTA LAMBERTINI Dominus de *Cruyshöven*, natus Antverpiæ circà annum 1570. patre *Egidio Lamberti*, qui originem ducebat ex nobilissima senatoriaque *Lambertinorum* Bononiensium familia per *Bernardum Lamberti* Colonellum cæsum cum Duce Brabantiæ ad Nancæum anno 1477. qui primus ex ista familia in Belgio pedem fixit, Matre *Maria Pollaerts*, quorum Epitaphium legitur in Cathedrali, ipsis sibi suisque positum per fratrem Theodorum Lambertinum. Joan. Bapt. Lambertini Historicus.

Litteris humanioribus Cortraci imbutus, Philosophiam & jurisprudentiam didicit Lovanii. Dein itineri se dedit, lustratâ Galliâ in Italiam tendit. Romæ per annum egit lustrans provincias vicinas. Hæsit etiam Bononiæ, ubi gentiles suos Lambertinos salutavit & titulum J. U. D. obtinuit. Dein conscendit naves Tusciæ Itinera ejus.

Ducis

Anno 1640.

Ducis armatas contrà Turcas ; Maltam pervenit & navigavit versùs Moream. Dein per Italiam & Germaniam reversus in patriam secundo post anno tendit in Hispaniam eamque totam lustravit.

Prætor Halensis in Brabantia.

Inde reversus factus est supremus Prætor civitatis & territorii Halensis altero lapide suprà Distemium, ubi in ea qualitate agebat anno 1621., vidi enim litteras Archiducum ad eum illo anno datas 3. aprilis subsignatas ALBERT & *Verreycken*, cum hac inscriptione *Mre chier & bien amè Jehan Lamberti Mayeur de notre ville Halen.*

Et Hallensis in Hannonia.

Dein à Prætura Halensi in Brabantia translatus est ad Præturam Hallensem in Hannonià aut simul utramque tenuit : Henschenius enim, qui illum filiumque ejus optimè noverat, dicit *Act. SS. Tom. III. maj. pag.* 184. *n.* 9. „ Fuerat D. Joannes Baptista Lambertinus anno 1625. „ civitatis & territorii Hallensis in Belgio à mi„ raculosa Deiparæ imagine celeberrimi loci, „ tertiâ à Bruxellis leucâ positi, summus Præ„ tor " Hæc Henschenius. Lambertinus tamen tribus annis post hæc in Opere, quod vulgavit anno 1628., se inscribit Prætorem Halensem.

Interim, pergit Henschenius, „ Cum sacri „ Jubilæi causa Romam profectus eâdem occa„ sione gentiles suos Lambertinos Bononiæ salu„ tasset, ad sacram B. Imeldæ memoriam ve„ nerandam deductus est. Reduci ergò ad suos „ Hallenses gratulari volentes alumni Gymnagii, „ quod nostra ibi societas habet, argumentum „ à visis adoratisque sacris illis cineribus sump„ serunt Poëtæ, totam deinde Beatæ historiam „ partiti vario metro ac versu etiam græco... „ Atque hæc omnia, ut intrà unum erant con„ scripta libellum, sic habuimus restituimusque

nominis

„ nominis paterni virtutumque hæredi ; inter „ familiæ monumenta servanda." Ita Henschenius. Annum obitûs ejus hactenùs non detexi. Scripsit & vulgavit. Anno 1640.

Vitam B. Imeldæ Lambertinæ, quam italicè scriptam ex Italia attulerat, latinè versam vulgavit Antv. typis J. Cnobbartii 1625. & flandricè 1638. Scripta ejus.

Theatrum regium seu *Regum Hispaniæ, Arragoniæ, Navarræ* ac *Portugaliæ brevis series* Brux. 1628. 4.

Parænesis ad virtutem capescendam &c. Antv. 1640. 12. Vide Henschenium loco citato, Foppens *Bibl. Belg.* pag. 571. & D. Paquot *Memoires Litt. tom. V. pag.* 73.

Lenglet du Frenoy *methode pour etudier l'histoire in* 4. *tom. III. pag.* 298. & *tom. IV. pag.* 255. indicat aliud Lambertini opus, nempè *Historiarum Venetarum libri V. & VI. sive rerum memorabilium ab anno* 1423. *ad annum* 1601. *à Venetis gestarum enarratio.* Antv. 1640. in 8.

Ex conjuge *Joanna d'Ittere* reliquit filium ejusdem secum nominis, hujus civitatis senatorem ac anno 1660. Eleëmosynarium, junctum *Mariæ-Teresiæ Fredricx*, ex qua reliquit filiam *Mariam-Teresiam* nuptam *Joanni-Francisco de Heuvel*, qui fuit Eleëmosynarius anno 1687. Ex his sex proles 1. *Maria Catharina* nupta Joanni-Francisco Otgens de Middelhernisse. 2. *Teresia* nupta Joanni de Man. 3. *Joannes-Franciscus.* 4. *Joanna-Catharina* nupta Godefrido van Ysendyck 5. *Susanna* nupta Petro-Jacobo van Kessel. 6. *Simon-Joseph* junctus primò Mariæ-Josephæ Schut, secundò Helenæ-Catharinæ Roosendael. Ex prima, quinta & sexto super sunt hodieque in hac civitate posteri masculi. Posteri ejus.

Anno 1640.

Recogniti à Lambertinis Bononiensibus.

Prosper Lambertini existens Archiepiscopus Bononiensis & S. R. E. Cardinalis inquisivit; num ex ista familia superessent in Belgio, & reperti sunt in hac civitate supradicti. Eâ occasione tres ex illis, unus *Otgens* & duo *Van Kessel* lustraturi Italiam tenderunt Bononiam & salutarunt Cardinalem, qui eos honorificè excepit & tamquam de familia recognovit datis desuper litteris 16. martii 1738., quas vidi. Dein cum *Prosper* anno 1740. factus esset Pontifex dictus BENEDICTUS XIV., duo ex illis alter *Otgens* alter *Van Kessel* Romam redierunt gratulaturi Pontifici, qui eos honorificè excipiens apud se retinuit & Camerarios honorarios constituit, ac deinde alteri Canonicatum Gandavi, alteri Præposituram apud Treviros contulit.

Imago primi seculi S. J. vulgatur.

Prodiit hoc anno typis Plantinianis famosum Opus intitulatum *Imago primi seculi Societatis Jesu.* Prodiit latinè in fol., flandricè in 4. Auctorem non præfert, nec scitur quis fuerit. In vita Joan. Bollandi ante *tom. I. martii pag. XI. n.* 32. *& seq.* indicatur, Bollandum conceptum efformasse & divisionem operis; partes divisionis traditas esse elaborandas variis, qui non nominantur; Bollandum curâsse impressionem; & additur opus illud confectum & completum fuisse tempore octo mensium. Flandrica editio differt à latina.

Franciscus Goubau.

Franciscus Goubau Antverpiensis, olim per annos plures Romæ versatus in aula Marchionis Castelli-roderici catholici Regis Philippi IV. ad S. Sedem Legati; huic legationi ab epistolis existens, latentes PII PP. V. *Epistolas* Romæ reperit suisque notis ac indicibus illustratas, dum in belgium reversus esset, anno hoc 1640. typis Plant. evulgari curavit in 4.

ANTONIUS THYSIUS Antverpiæ natus anno 1565. calvinianus, Theodori Besæ aliorumque sui temporis sectariorum discipulus, Harlemi & Amstelodami Minister, dein theologiæ illius professor, primò in Hardovicana apud Geldros Academia, inde in Lugduno-battava. Unus fuit è deputatis ab Ordinibus Hollandiæ ad transferendum & revidendum *Biblia*, quæ, juxtà decretum synodi Dordracenæ datum anno 1626., in linguam belgicam versa anno 1637. expensis Ordinum fœd. prodierunt fol. Leydæ & alibi. Obiit Leydæ hoc anno 1640. 7. novembris ætatis 75. sepultus in templo D. Petri ibidem, ubi legitur ejus Epitaphium. Vide D. Paquot *tom. XIV. pag.* 265. *& seqq.* — Anno 1640. Ant. Thysius calvinista.

PETRUS PAULUS RUBENS Pictor toto orbe celeberrimus, casu natus Coloniæ 29. junii 1577., quo parentes ob turbas belgicas confugerant, patre *Joanne Rubens* cive & Senatore Antverpiensi, matre *Maria Pipelinck*. Patre è vivis sublato Rubenius annorum IX. adolescens cum matre totaque ejus familia venit Antverpiam anno 1686., id est mox post reductam civitatem sub obedientia Regis. Ætate maturior se dedit Picturæ, primò sub *Adamo van Noort*, dein sub *Othone Vanio*. Posteà anno 1600. ætatis an. 23. Italiam petiit, in qua artis pictoriæ *omne tulit punctum* dictusque ævi sui *Apelles*. Apud Ducem Mantuanum totum ferè egit septennium, seu pingendo seu legationes Romam & in Hispaniam obeundo. Tandem in patriam rediit, & anno 1609. uxorem duxit *Elizabetham Brant* filiam *Joannis* viri doctissimi S. P. Q. Antv. ab Actis, de quo suprà ad annum præcedentem *pag.* 251. Ad hæc favoribus Principum Belgii excitatus Antverpiæ domum magnificam excitavit, quam artificiosè exornavit, ibique otium pingendi nactus incomparabili penicillo templis, pala- — P. P. Rubens Pictor.

Anno 1640. palatiis, claustris, particularium ædibus picturas summi pretii tradidit, quarum multas hodieque Antverpia possidet. Nullâ variorum Principum sollicitatione hinc avelli potuit, sorte contentus suâ. Ad publica tamen negotia aliquando evocatus Consiliarii titulo decoratus est, legationeque perfunctus jussu *Isabellæ* Infantis anno 1628. in Hispaniam ad *Philippum* IV, paulò post ad fœderatos Belgii Ordines, dein ad *Carolum* I. Brittanniæ Regem, qui Rubenium Equestri dignitate muneribusque honoravit. Posteà nempe anno 1633., ut suprà vidimus, ab Ordinibus Fœderatis iterùm admissus tamquam commissarius Regis ad laborandum in negotio pacis Belgii, opus illud forte perfecisset, nisi impeditus fuisset per invidiam quorumdam Principum Belgii, qui ferre non poterant hominem minoris conditionis sibi in tanto negotio præferri. Tandem podagra aliisque infirmitatibus exhaustus obiit Antverpiæ 30. may 1640. sepultus in D. Jacobi, ubi sacellum est familiæ Rubenianæ, hodieque ob insignes picturas celebre.

Non abs re erit hìc jungere duos Pictores Antverpienses Rubenii æmulos, quorum annus obitus nescitur.

Martinus Pepyn Pictor. MARTINUS PEPYN Pictor Antverpiensis, Rubenio in pluribus non impar, Romam tendit, ibique hæsit & verosimiliter obiit. Refertur, quod cum fama ferret Pepinum relictâ Româ reversurum in patriam, id Rubenio displicuisse, quodque dein sparso rumore Pepinum mutâsse sententiam Romæque matrimonio junctum esse, Rubenium non potuisse se continere, quin diceret, se eo casu non timere à quoquam Belgii pictore superari. Plures habentur speciosæ picturæ, quæ ab ejus penicillo prodierunt, sed paucæ reperiuntur Antverpiæ, quia præci-

præcipuum tempus transfegit in Italia. Circa annum 1623. ornavit penicillo suo minora duo Altaria in ecclesia hospitalis S. Elizabethæ in hac civitate; pinxit tabulas & portas, ut vulgo vocantur, eas claudentes utrimque coloribus; tabula altaris S. Elisabethæ repræsentat S. Elisabetham cum aulicis distribuentem turbæ pauperum monilia sua; porta una repræsentat illam genuflexam ante sponsum Christum, altera eam agonizantem; in dorso unius repræsentatur S. Elizabeth in hospitali receptis lavans pedes, in dorso alterius pauperes ad eam properantes. Tabula altaris S. Augustini repræsentat baptismum S. Augustini per S. Ambrosium; porta una ordinationem ejus in Episcopum, altera repræsentat eum decumbentem lecto curantem infirmum; in dorso unius S. Augustinus distribuens eleëmosynas, in dorso alterius pauperes ad eum accurrentes. Altaria ista renovata sunt anno 1766. juxtà delineationem D. *Engelberti Baets* Architecti famosi, qui portas in lateribus sic disposuit, ut vertantur, adeoque utrimque facilè videantur. Habetur insuper in eadem ecclesia epitaphium, ipsius penicillo pictum, *Roberti Hubar* Pastoris hospitalis, qui obiit 1624. Repræsentatur mortuus jacens in lecto in habitu sacerdotali cum pluribus personis circumstantibus.

Anno 1640.

Abraham Janson Pictor.

ABRAHAMUS JANSON Pictor Antverpiensis in juventute, quasi natus ad picturam, facilè superabat æquales, sed cum dein matrimonio junctus sua dilapidasset, ægrè ferens, opera sua non ita ut desiderabat æstimari, invidebat Rubenio. Hinc, ut refertur, quodam die provocabat Rubenium ad pingendum, sic ut confectis picturis assumerentur arbitri, qui de merito judicarent. Verùm Rubenius provocationem non acceptans respondebat, se libenter

Anno 1641. ter ipsi cedere, seque contentum judicio publico. Interim plures picturas reliquit, quæ non cedunt Rubenianis & aliquando Rubenianæ censentur.

Bellum hujus anni. Anno 1641. 14. febr. iterum facta est conventio seu tractatus inter Regem Galliæ & fœderatos ordines, quo simul aggrederentur Provincias belgicas. Tractatum hunc refert L. Aitzema *Tom. II. pag. 771.* & *Tom. VII. pag. 148.* unde hæc subjungo.

Il est convenu, que le Roy & les Sieurs les Estats generaux des Provinces unies des Païs-bas mettront en campagne chacun un Armée composée de dixhuit à vingt mil hommes à pied & de quatre mil cinq cens, à cinq mil chevaux; que les dites armées entreront au premier jour de May au plus tard sans y manquer dans le Païs-bas. Que celle des Sieurs les Estats attaquera Gueldres, Hulst, Anvers *ou une autre place de pareille consideration, & que celle de sa Majesté en attaquera aussi une considerable de son costé, ou fera telle diversion en s'avançant dans le païs des ennemis, qu'estant obligés de tenir une bon partie de leur forces pour s'opposer aux desseins de sa Majesté, monSieur le Prince d'Orange aye d'autant plus de facilité, d'avoir un succes heureux de l'entreprise, qu'il fera.*

Tractatus hic nullum notabilem effectum habuit. Fœderati enim tantùm obtinuerant hoc anno & quidem cum magna difficultate *Genapum* fortalitium in Gelria.

Negotium pacis. Cæterùm circà negotium pacis hoc anno præliminaria Hamburgi conclusa sunt, in quibus statuebatur negotium illud deinceps non agendum *Hamburgi* aut *Coloniæ*, sed *Monasterii* & *Osnaburgi*. Monasterii autem negotium pacis Belgii tractari deinceps perseveravit, & tandem post

post septem annos, anno nempe 1648., ibidem feliciter ad finem perductum est. Anno 1641.

Obiit hoc anno Bruxellis 9. novembris FERDINANDUS Austriacus Gubernator Belgii per annos sex, erat filius Philippi III. & frater Germanus Philippi IV. Hispaniarum Regis, Diaconus Cardinalis titulo S. Mariæ in *Porticu* & Archiepiscopus Toletanus, ætatis. 32. Ferdinandi gubernator Belgii moritur.

DAVID à MAUDEN Antverpianus, natus anno 1575. primis litteris in patria eruditus, Lovanium dein missus, emenso Philosophiæ stadio, theologiam jurisprudentiamque simul didicit, ratus utrumque hoc studium non inutile futurum ei, qui animarum sit curam suscepturus, gradumque Licentiæ anno 1606. VIII. junii accepit. Quondam inter Canonicos graduatos Cathedralis Daventriensis cooptatus dein fuit Bruxellæ in Ecclesia B. Mariæ de Capella per annos xxv. Pastor & in oppido Bredano Ecclesiæ Collegiatæ D. Petri Decanus. Scriptis se Juris-consultum & Theologum exhibuit, quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 230. Obiit Bruxellis anno hoc 1641. sepultus in sacello B. M. V. ædis suæ parochialis. David à Mauden Pastor.

LAURENTIUS UWENS Noviomagus Societatis Jesu ecclesiastes latino & patrio sermone disertus. Rexit Antverpiense Collegium ac bis domum Professorum, disciplinæ religiosæ in se ac aliis sedulus exactor ac tandem hisce muniis immortuus est 2. octobris 1641. ætat. 51. Dedit *Orationem in funere Viri Ampl. Petri Pecquii Brab. Cancellarii* Lov. 1625. 4. & *Imaginem primi seculi Soc. Jesu* vertit flandricè Antv. 1640. 4. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 812. Verùm editio flandrica, quam habemus, nomen ejus non præfert, nec cum latina consentit. Laurentii Uwens S. J.

ANTONIUS VAN DYCK pictor famosus, qui ecclesias penicillo suo decoravit, magistro suo Antonius v. Dyck Pictor

Anno 1641. *P. P. Rubbens* uno tantùm anno supervixit. Natus erat Antverpiæ 22. martii 1699. patre *Joanne* telarum mercatore, matre *Cornelia Kersboom*. Magistro suo in pluribus par & in pingendis iconibus superior, Italiam petiit, ejusque urbes, Siciliamque visitavit. Inde in patriam redux exercens ibidem artem innotuit CAROLO I. Angliæ Regi bonarum Artium & & inprimis pictoriæ fautori, qui artis ejus præstantiâ illectus eum torque aureo & numismatibus, sed & equestris titulo decoravit. Ductaque ibidem uxore obiit Londini anno 1641. ætatis 42. sepultus in cemeterio juxtà ecclesiam D. Pauli. Etiamsi ingentem peccuniæ summam dilapidâsset, reliquit tamen uxori suæ plusquam centum millia Imperialium, quæ inimitabili suo penicillo corraserat.

1642. Bellum hujus anni. Anno 1642. bello in Belgio nihil actum est. Statuerant Fœderati ordines aggredi Gelriam; sed cum audissent gallos ab Hispanis cæsos; toto anno sese continuerunt modo defensivo.

Negotium Pacis. Præliminaria ad pacem, anno præcedenti Hamburni confecta, in quibus ad ulteriorem agitationem negotii istius designabantur *Monasterium* & *Osnaburgum*, à Potentatibus sat citò ratificata fuerunt; Imperator autem, pòst aliquantulam hæsitationem, tandem ultimo ea ratificavit 22. julii hujus anni 1642.

Nemius Epis promulgat condemnationem Jansenii. URBANUS PP. VIII. condemnaverat librum, vulgo *Augustinum*, Cornelii Jansenii per bullam datam 6. martii 1641.: cum autem quidam Belgii Antistites bullam istam recipere ac publicare tardarent, Episcopus noster *Nemius*, singulariter observans erga S. Sedem, eam ipsemet hoc anno è cathedra proclamavit, ovesque suo exemplo tamquam bonus Pastor ad obedientiam adhortatus est.

CORNELIUS

CORNELIUS GRAS seu *Grassius*, Antverpiæ natus an. 1562. parentibus piis & opulentis, in juventute mercaturæ operam dedit. Sed cum videret locum natalem sub jugo rebellium & infectam hæresibus, sicut plurimi alii decessit Coloniam, continuans se dare mercaturæ, donec tandem illic se dedit Carthusiæ, in qua 10. aug. 1592. professionem emisit; quo die domui dono dedit picturam repræsentantem martyrium S. Laurentii, quæ hactenus conservatur. Obiit ibidem 19. junii 1942. æt. 80. Scripsit vernaculè *De Sacrificio Missæ* Col. 1603. 16. *Vitas Sanctorum* à Surio collectas, à Lippeloo in compendium redactas auctiores fecit & recensuit *Tom. IV.* Col. 1616. D. Paquot *Memoires litt. tom. IV. pag.* 207. Anno 1642. Corn. Gras Carthusianus

MATTHIAS MARTINIUS de WAUCQUIER Middelburgius vir probè Catholicus, latinè græcèque non vulgariter eruditus, correctorem egit in typographeio plantiniano diligentem sanè atque accuratum. Ipse autem plura è gallico & hispanico latinitate donavit, quæ vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 877. & D. Paquot *Memoires litt. tom. I. pag.* 126. Obiit hoc anno 1642. Matthias Martinius Waucquier.

FRANCISCUS DE LICHT Antverpiensis presbyter edidit hoc anno 1642. typis Martini Binnaert libellum; cui titulus *Veritas genuina Nihili asserta.* 16. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 299. Franciscus de Licht.

Anno 1643. 30. martii signata est nova conventio inter Regem Galliæ & Fœderatos Belgii Ordines, quâ obligabantur partes dirigere mense majo copias suas in belgicas provincias subditas Regi Hispaniæ, in illisque aggredi notabilia loca. Dein *Franciscus de Mello* Belgii pro Rege Hispaniæ Gubernator obsidens *Rocroium* civitatem Campaniæ versùs Belgium ibidem à Gallis cæsus est 19. may, cum Gallorum Rex quinto ante die obiisset. Hæc Gallorum victoria 1643. Bellum hujus anni.

Anno 1643. ria multum nocuit hiſpanis. Hollandi dein Hulſtum tentârunt ſed fruſtrà, nihilque ultrà hoc anno egerunt: Hollandi enim caſtra poſuerunt juxtà Bergas ad Zomam, Hiſpani verò juxtà Antverpiam verſùs Deurne.

Negotium Pacis. Dies 11. julii terminus erat, quo *Monaſterium* convenirent Legati Principum ad agitandum negotium Pacis.

Epiſcopus Nemius vulgat ſtatuta Synodalia. Continuum Bellum occaſio erat, quominùs celebraretur Synodus, quæ tamen perquam neceſſaria erat: turbulenta enim tempora induxerant negligentiam in obſervandis Statutis Synodalibus & novi defectus acceſſerant, qui neceſſariò corrigendi erant. Epiſcopus NEMIUS huic malo remedium quærens, de conſilio Vicariatûs & Decanorum Chriſtianitatis hoc anno confecit & vulgavit Statuta 28. auguſti, quæ referuntur in collectione Synodalium vulgata typis Plant. anno 1680. *pag.* 429. Decretum Epiſcopi ſic ſonat.

Decretum ejus deſuper. „GASPAR Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ „Epiſcopus Antverpienſis univerſo Clero noſtræ „diœceſis ſalutem in Domino.

„Cum plurima per Concilia œcumenica, „præſertim Tridentinum, & Synodos Provinciales & diœceſanas ſalubriter inſtituta & Ordinationes Prædeceſſorum noſtrorum bonæ „memoriæ, ad exactiorem eorumdem obſervationem diverſis temporibus factæ, paſſim „negligantur & ignorentur atque inſuper novi „defectus & abuſus turbulentis hiſce temporibus paulatim irrepant, iiſdem ſalutare remedium adhibere volentes ex Conſilio Vicariatûs noſtri & Decanorum Chriſtianitatis operæpretium duximus à dictis Prædeceſſoribus „noſtris, poſt habitam Synodum, providè & „prudenter ordinata recolligere & per Titulos „ejuſdem Synodi diſponere ac ordinare prout „ſequitur.

Sequun

Sequuntur Ordinationes per titulos viginti & unum. Anno 1643.

Tit. I. *De Fide*, ſub quo *n*. 3. „ Captent Paſ- „ tores occaſionem frequenter colloquendi cum „ hæreticis, ſi quos habuerint in ſua Parochia, „ & ſuaviter conentur eos inducere ad converſio- „ nem." N. 7. „ Cum experientiâ conſtet ex con- „ ferentiis cum miniſtris hæreticis exiguum fructum „ provenire, eaſque ordinariè deſinere in ver- „ ba & voces; monemus omnes, nè illas ſine „ neceſſitate ſuſcipiant nec publicam cum hære- „ ticis diſputationem inſtituant ſine ſpeciali noſ- „ tro aſſenſu." N. 8. „ Advigilent Paſtores, „ nè in parochiis ſuis aliqui Libelli ſuſpecti aut „ ſcandaloſi, item cantiones aut rhytmi inho- „ neſti evulgentur: & ubi ſimilia deprehende- „ rint ad ſe recipiant, Nobiſque eadem deferentes „ denuntient."

Ordinationes De Fide.

Titulus II. *De Sacramentis*, ſub quo N. 3. „ Nemo citrà caſum neceſſitatis extrà Eccleſiam „ baptizet aut aliquos extrà eandem aut poſt „ meridiem matrimonio conjungere præſumat „ ſub pœna duodecim florenorum." N. 4. „ No- „ mina baptizatorum, parentum & patrinorum „ item dies baptiſmi annotentur propria manu „ Paſtoris vel Vicepaſtoris in libro diſtincto à „ matrimoniali."

De Sacramentis.

Notanda in libro Baptiſmali.

Huic ordinationi anno 1764. 27. februarii Epiſcopus noſter HENRICUS GABRIEL adjecit & mandavit Paſtoribus, ut impoſterùm etiam adnotent loca, in quibus pater & mater baptizati ſunt, ſi baptizati ſint in alia Parochia.

Tit. V. *De Sacramento Pœnitentiæ* N. 4. „ Mo- „ nentur ſeriò omnes & ſinguli Confeſſarii, ut „ parcè, caſtè & valdè cautè interrogent circà „ peccata carnis, non ſolum quando Virgines „ habent confitentes, ſed etiam quando con- „ jugatos aut quoſcumque cælibes." Admo-

Prudentia requiſita in confeſſariis.

nitio.

Anno 1643.

nitio hæc hodie in *Instructione pro confessariis* exprimitur hoc modo : „Prudens cautusque sit „in interrogationibus præsertim circà vitia car„nis parcè & castè instituendis, nè aut ulli „præbeat offendiculum aut pudore pœnitentium „celentur ea, quæ verosimiliter ab eis com„missa sunt." Offendiculum inde timendum clariùs exprimit *Pastorale Romanum* pag. 44. „Nè (*Scilicèt*) scandalum patiantur, indeque „peccare discant." Continentiam in agendo de istis peccatis propter eandem rationem commendat seriò prædicatoribus & catechistis *Catechismus Conc. Trid.* De Sac. Matri. part. II. n. XXXVIII. & parte III. ad præceptum *non mœchaberis* n. II. & IX.

De publicandis Indulgentiis aut solemnitatibus

Tit. VI. *De Indulgentiis* : „Nullus exempla„ria sive scedas pro Indulgentiis aut Sancto„rum solemnitatibus publicandis imprimet aut „imprimere curabit, nisi priùs à Nobis vel de„putatis nostris visa & probata fuerint sub pœ„na arbitraria."

De celebratione duarũ missarum.

Tit. VII. *De celebratione missarum* : N. 21. „Omnes licentiæ duas missas eodem die cele„brandi sint revocatæ ; quod ipsum Decani „quamprimum indicent omnibus, quos nove„runt in suis districtibus hoc facere."

De consensu parentum in Matrimonio.

Tit. X. *De sponsalibus & matrimonio* N. 3. „Neque etiam assistat Pastor sponsalibus invi„tis aut insciis parentibus aut tutoribus sine „speciali licentia Ordinarii sub pœna quinqua„ginta florenorum." N. 8. „Moneantur con„jugium contracturi se non fore idoneos „qui rudimenta fidei suas proles doceant, nisi „ipsi orationem dominicam & salutationem an„gelicam cum Symbolo, Decalogo & Præceptis „Ecclesiæ teneant, ideoque si in his ignoran„tes fuerint, non admittantur, nisi prout „potuerint ea didicerint."

De scientia jungendorum

Tit.

Tit. XI. *De Prædicatione verbi Dei.* N. 2. „Caveant Pastores etiam æstivo tempore, „omittere concionem diebus dominicis sub pœna „trium florenorum."

Anno 1643.

De concionando æstivo tempore.

Tit. XII. *De Officio divino.* N. 3. „Cantari „debet Officium divinum, ubi id fieri solet... „neque anticipatio permittenda est, ut quod „vespertinarum Laudum loco cantandum est, „cantetur ante meridiem, dum populus est „simul."

De Laudibus vespertinis non anticipandis.

Tit. XVIII. *De beneficiis & Officiis Ecclesiasticis.* N. 5. „Attenta caritate horum temporum „provisionaliter honoraria missarum, quæ certâ „horâ celebrari debent, taxamus ad novem „stuferos, si autem cum cantu ad decem, „aliàs ad octo stuferos."

Tit XIX. *De scholis.* N. 2. „Cantus Ecclesiasticus etiam in posterum deceatur in scho- „lis parochialibus."

De cantu in Scholis.

Tit. XX. *De conservatione bonorum Ecclesiasticorum.* N. 12. „Novitas quâ (*in computibus*) „introducuntur auditorum salaria, tollenda „est, uti & excessus in sumptu mensali.

Tit. XXI. N. 9. „Volumus autem prædicta omnia & singula ubique per totam diœcesim nostram observari. Et Curiæ nostræ „Officiali cæterisque Officiariis mandamus, ut „contrà delinquentes absque dissimulatione pro- „cedant & pœnis condignis aliàs statutis vel „arbitrariis pro delicti qualitate decernendis cas- „tigentur & exemplariter puniantur, qui in „his observandis officio suo defuerint.

„Datum Antverpiæ die XXVIII. augusti MDC- „XLIII."

Eodem die idem Episcopus vulgavit vernaculè *Instructionem & Ordinationem ad propagandam Doctrinam christianam in Diœcesi Antverpiensi* per decem puncta desumpta ex Syno- dis

Vulgat Instructiones ad doctrinam christianam.

Anno 1643.

dis provincialibus & Antverpienſi. Inſtructio hæc refertur in eadem *Synodalium Collectione* poſt præmiſſa Statuta *pag.* 472.

Conſultatio ſuper diſſolutione Epiſcopatûs ab Abbatia.

Vidimus ſuprà ad annum 1636. initam fuiſſe conventionem inter Epiſcopum & Capitulum ex una & Religioſos S. Bernardi ex altera partibus ſuper ſeparatione Abbatiæ ab Epiſcopatu & aſſignatione datis Epiſcopo ex bonis monaſterii. Conventio autem illa inita erat & utrimque ſignata ſub beneplacito Pontificis & Regis. Verum conſenſus nec Pontificis nec Regis hactenùs obtentus erat. Hinc ſicut ante, ita & poſt dictam conventionem dubitabatur num expediret iſta ſeparatio. Inde iterum conſultationes utrimque, ut ſic per judicia doctorum virorum induceretur tum Pontifex tum Rex ad conſentiendum in dictam ſeparationem & initam conventionem.

Sylvius reſolvit non expedire.

Unam ex iſtis conſultationibus habemus inter Opera Franciſci Sylvii S. T. D. in univerſitate Duacena *Tom. V. pag.* 716. & *ſeqq.*

Exhibitis Doctori illi Bullis pontificiis ſuper erectione Epiſcopatûs & unione Abbatiæ ac inde conſequentibus rationibus, petebatur. „ An „ expediat Epiſcopum N. modernum ſub bene-„ placito ſuæ Sanctitatis & Regiæ Majeſtatis „ conſentire in ejuſmodi ſeparationem, tamquam „ in opus ſimpliciter & omnibus conſideratis „ melius & Deo gratius."

Reſpondit Sylvius ad hanc queſtionem Duaci 5. hujus anni 1643. in hunc modum. „ Non „ expedire, quod Epiſcopus N. modernus ſub „ beneplacito ſuæ Sanctitatis & Regiæ Majeſta-„ tis conſentiat in ejuſmodi ſeparationem tam-„ quam in opus ſimpliciter & omnibus conſi-„ deratis melius & Deo gratius."

Sylvius

Anno 1643.

Sylvius hanc suam sententiam latè probat & argumenta in contrarium fusè resolvit, quæ videri possunt loco suprà citato. Sicut autem hic Doctor contrarius erat dissolutioni, sic indubiè & alii: sed dubitandum non est, quin multi etiam senserint pro dissolutione, quæ tandem peracta est.

Facta non fuit nisi post 6. annos.

Interim, cum haberetur exemplum in Episcopatu Sylvæducensi, qui tempore turbarum belgicarum separatus fuerat ab Abbatia Tongerloënsi, & jam, occasione superatæ per fœderatos Sylvæducis, omnibus ferè suis bonis privatus erat, separatio hæc facta non fuit nisi finitis turbis belgicis per Pacem monasteriensem, nempè anno 1649., ut suo loco dicetur.

Gerontocomium van Nispen fundatur.

Hoc anno *Baltasar van Nispen* fundavit gerontocomium pro duodecim viris senio confectis viâ *de corte Ridder-straet*, quod hodieque subsistit sub cura Eleemosynariorum.

Confraternitas SS. Trinitatis in S. Jacobi.

In Ecclesia parochiali nunc Collegiata S. Jacobi hoc anno instituta est pia Confraternitas sub titulo *SS. Trinitatis* pro redemptione captivorum, quæ pium suum intentum huc usque laudabiliter prosequitur.

Acta SS. incipiunt vulgari.

Opus ingentis molis, intitulatum ACTA SANCTORUM, elaboratum per Patres domûs professæ Societatis Jesu hujus civitatis, hoc anno 1643. cœpit vulgari typis Antverpiensibus.

Prodierunt hoc anno duo primi tomi comprehendentes totum mensem JANUARIUM.

H. Roswydus cœpit vitas Sanctorum colligere.

Inchoaverat Opus illud *Heribertus Roswydus*, qui monumenta undique quæsivit & quantùm potuit collegit; & jam à triginta sex annis, anno nempe 1607., in opusculo à se edito intitulato *Fasti Sanctorum*; specimen & delineationem hujus Operis dederat sub titulo *De Vita Christi ac B. M. Virginis, Sanctorumque in Ecclesia catholica*; in eoque desudavit usque ad annum 1629., quo obiit.

In

Anno 1643.

In labores ejus successit Joan Bollandus.

In labores ejus suffectus est *P. Joannes Bollandus*, qui delineationem Operis datam per Roswydum mutavit, & satius judicans *vitam Christi* ac *B. M. Virginis* differre dandas deinceps in operibus particularibus, cœpit disponere vitas Sanctorum, qui alicubi in toto orbe cultum habent, juxtà ordinem Martyrologii, & consequenter opus intitulavit ACTA SANCTORUM.

Qui cum Socio G. Henschenio.

Sexto post obitum Roswydi anno, id est 1635., habebat Bollandus paratum mensem januarium cœperàtque eum committere prelo, quando socium obtinuit *P. Godefridum Henschenium*. Cum autem hujus consilium esset, ut vitæ omnes dividerentur in capita (quod tantùm in quibusdam observatum fuerat) & ut ad singula capita adderentur *Notæ*; Bollandus simul cum Henschenio cœperunt revidere totum mensem. Hinc demùm hoc anno 1643. prodiit mensis ille, divisus in duos magnæ molis tomos fol.

Edit hoc anno mensem januarium.

Præmittitur præfatio generalis in totum Opus, in qua, Caput. I. *Occasio scriptionis & Scopus.* Caput. II. *Methodus & Symmetria Operis.* Caput. III. *Editorum in hoc Opere probabilitas.* Caput. IV. *Adjutores Operis, alia Adminicula.* Cap. V. *Lectoribus commendata ab Auctore.*

Cum præfatione generali.

Anno 1658. vulgatus est mensis februarius, iterùm cum præfatione generali, distinctus tomis III.

Editur Februarius.

Anno 1668. prodit mensis martius III. tomis distinctus. Tom. I. præmittitur prolixum elogium P. Bollandi, qui obierat anno 1665. Tom. II. præmittitur *Martyrologium Ven. Bedæ.* Tom. III. præmittitur *Chronographia S. Theophanis illustrata* & Exegesis *de Genealogico stemmate Regum Francorum primæ stirpis per tres* Dagobertos *deducendo.*

Martius.

Anno

Anno 1675. prodiit mensis aprilis III. tomis distinctus. Tomo I. præmittitur *Diatriba in Catalogos veteres romanorum Pontificum*, & Exercitatio *de anno & die mortis S. Ambrosii Episcopi mediolanensis*. Tomo II. præmittitur *Propylæum circa veri ac falsi discrimem, in vetustis membranis*. Tomo III. præmittitur Exegesis *innovans & stabiliens Diatribam olim editam de* tribus Dagobertis *Francorum Regibus &c.* Anno 1643. Aprilis.

Anno 1680. vulgati sunt III. primi tomi mensis may. Tomo I. præmittitur *Ephimerides Græcorum & Moscorum, horum figuratæ, istorum metrica latinè reddita & illustrata* cum appendice *de Agioptychis Græcorum atque Moscorum*. Tomo II. præmittitur *Comparatio II. sacrorum hodæporicorum*. Tomo III. præmittitur *Tractatus de Episcopis & Patriarchis sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ*. Anno 1685. vulgati sunt Tomi IV. & V. simul cum *Propyleo may* continente *Conatum Chronico-historicum ad Catalogum Romanorum Pontificum* in duas partes divisum, præfigendas respectivè dictis tomis IV. & V. Anno denique 1688. prodierunt ejusdem mensis tomi VI. & VII. Huic præfigitur *Exegesis historica de Episcopatu Tungrensi ac Trajectensi*. Majus.

Post hæc cœperunt tomi subsequentes inscribi Principibus Domûs Austriacæ hujus Operis hactenùs mecenatibus munificentissimis.

Mensis junius, complectens etiam septem tomos, cœpit edi anno 1695. quando tomus I. vulgatus est, & anno 1717. prodiit ultimus seu VII. Tomo I. præmittitur *Conraddi Janningi pro Actis Sanctorum hactenùs editis Opuscula apologetica reposita antirrheticis adm. R. P. Sebastiani à S. Paulo Provincialis Carmeli Flandro-belgici*. Junius.

Anno 1643. qui prodiit 1770. complectitur dies 5. 6. & 7. Quartus brevi expectatur.

Auctores. Quantùm ad Viros, qui in hoc opere desudârunt, hoc legitur in Epitaphio Papebrochii, relato ante tomum VI. junii.

Quod Rosweidus præparârat,
Quod Bollandus inchoârat,
Quod Henschenius formârat,
Perfecit Papebrochius
Semestre primum de Actis Sanctorum
Anno à Nativitate Domini MDCCIX.

Rosweydus. Itaque adscribitur præparatio *Rosweido*, qui & Ideam dedit.

Bollandus. Opus inchoavit *Joannes Bolland*, natus in Julii-monte pago Ducatus Limburgensis. Ab hoc primo operis auctore successores ejus vulgò dicuntur *Bollandistæ*. Hic pro more ævi nomen familiæ latinizavit scripsitque *Bollandus*. Morem istum, licèt jam exoletum, observant successores ejus usque in hodiernum diem. Nomen Bollandi præferunt octo primi tomi, complectentes menses januarium, februarium & martium. Obiit 12. septembris 1665. ætatis 69. Elogium ejus refertur ante tom. I. martii.

Henschenius *Godefridus Henschens* dictus *Henschenius* natus Venradiæ municipio Geldriæ. Nomen ejus præferunt viginti-quatuor primi tomi, quorum ultimus est tomus V. junii. Obiit 11. septembris 1681. ætatis 81. Elogium ejus præfert tomus VII. may.

Papebrochius *Daniel Papebroek* dictus *Papebrochius* Antverpiæ natus patre *Laurentio*, matre *Mariâ Marissuel*. Nomen ejus præferunt tomi novemdecim à primo martii usque ad V. mensis junii. Obiit 28. junii 1714. ætatis 87., cum in opere isto desudâsset annis 55. Elogium ejus refertur ante Tom. VI. junii.

Francis-

Franciscus Baert dictus *Baertius*, Ipris natus, quo mater gravida Belliolo se receperat. Nomen ejus præferunt tomi novem à IV. may ad V. junii. Obiit 27. octobris 1719. Elogium ejus refertur ante tomum II. julii. Anno 1643. Baertius.

Conradus Janninck dictus *Janningus*, Groningensis. Nomen ejus præferunt tomi tredecim à tom. IV. may ad II. julii. Obiit 13. augusti 1723. Elogium ejus refertur ante tom. III. julii. Janningus.

Joannes Baptista du Sollier dictus *Sollerius*, natus in Herseau ditionis Cortracenæ vico. Nomen ejus præferunt tomi tredecim, à tomo V. junii ad III. augusti. Obiit 27. junii 1740. ætatis 72. Elogium ejus refertur ante tom. V. augusti. Sollerius.

Joannes Pien, dictus *Pinius*, Gandavensis. Nomen ejus præferunt tomi quatuordecim, à tomo I. julii ad tomum 1. septembris. Obiit 19. may 1749. ætatis 81. Elogium ejus refertur ante tom. III. septembris. Pinius.

Guilielmus Cuypers, dictus *Cuperus*, Antverpiensis. Nomen ejus præferunt tomi undecim, à tomo III. julii ad IV. augusti, qui præfert ejus elogium. Obiit 2. febr. 1741. ætatis 55. Cuperus.

Petrus van den Bosch, dictus *Boschius*, Bruxellensis. Nomen ejus præferunt tomi septem, à tomo III. julii ad III. augusti. Obiit 14. novembris 1736. ætatis 50. Elogium ejus refertur ante tom. III. augusti. Boschius.

Joannes Stilting dictus *Stiltingus*, cui patria Vico-durum seu Batavo-durum Ultrajectinæ provinciæ oppidum. Nomen ejus præferunt tomi undecim à tomo V. augusti ad tom. I. octobris, cui præfigitur ejus Elogium. Obiit 28. febr. 1762. ætatis 60. Stillingus.

Anno 1643.

Limpenius. R. P. *Joannes Limpens* dictus *Limpenius*, natus in Aelbeeck prope Falco-burgum in ducatu Limburgensi. Nomen ejus præferunt tres priores tomi septembris. Laborem istum deseruit & hodie procuratorem agit collegii Trajecti ad Mosam.

Veldius. *Joannes van de Velde* dictus *Veldius* Antverpiensis. Nomen ejus præferunt tomi I. & II. septembris. Obiit in missione hollandica 25. augusti 1747.

Suyskenus. *Constantinus Suyskens* dictus *Suyskenus* Buscoducensis. Nomen ejus præferunt decem tomi à tomo II. septembris usque III. octobris. Obiit 28. junii 1771.

Perierus. *Joannes Perier*, dictus *Perierus*, Cortracensis. Nomen ejus præferunt sex posteriores tomi septembris & 1. octobris. Obiit 23. junii 1762. ætatis 51. Ejus Elogium præfert tom. I. octobris.

Stickerus. *Urbanus Sticker* dictus *Stickerus*, Dunkereanus. Nomen ejus præfert tomus V. septembris, cui immortuus est 25. octobris 1753.

R. P. *Joannes Clè*, dictus *Cleus*, Antverpiensis. Nomen ejus præferunt tres posteriores tomi septembris. Laborem istum deseruit factus S. Scripturæ Lector apud suos Lovanii, dein Socius, nunc Provincialis.

Desudant hodie in isto opere.

Hagiographi moderni. R. P. *de Bye* dictus *Byeus* ex Everdinghe prope Ipras. Nomen ejus præferunt tres tomi octobris.

R. P. *Jacobus de Bue* dictus *Bueus* natus Hallis-deiparæ seu Hannoniæ. Nomen ejus præferunt tres tomi octobris.

R. P. *Josephus Ghesquiere* dictus *Ghesquierus*, Cortracensis. Nomen ejus præferunt tres tomi octobris.

Pro quarto assumptus est R. P. *Ignatius Hubens*, Antverpiensis.

Viri

Viri isti hactenùs Sanctorum Acta illustrârunt secundùm ordinem martyrologiorum, perfeceruntque jam diem septimam octobris. Illustrando autem acta Sanctorum, quod primarium intentum est, sensim eruderant fundamenta omnium totius orbis historiarum tam prophanarum quàm ecclesiasticarum. Anno 1643.

1644.

Negotium ad pacificandum Belgium agitabatur *Monasterii*, sed tardè procedebat, tum quòd aliqui Legati tardarent advenire, tum quòd multæ quæstiones occurrerent super formalitatibus, in quibus decidendis totus ferè annus 1644. insumptus est. Negotium pacis.

Interim bellum non cessabat. Rex Galliæ & Fœderati ordines iterum conventionem inierunt & concluserunt Hagæ-comitis 29. febr. 1644., Refertur illa Conventio apud L. Aitzema *Tom. VII. pag.* 169., in qua Art. *III. Les dits Sieurs Estats s'obligent de mettre leur Armée bonne & forte en campagne pour faire une entreprise considerable: sa majestè promettant de son costè de mettre pareillement une bonne & forte Armée en campagne pour faire aussi une entreprise considerable dans les Pays-bas, ou incommoder les ennemis le plus, qu'il luy sera possible.* Bellum hujus anni.

In vim hujus conventionis exercitus utriusque partis comparuerunt in Flandria. Verùm exercitus Fœderatorum in fine mensis junii adhuc hærebat juxtà *Assenede*, nihil agens nisi facilitans Gallis obsidionem *Greveling æ.* Tandem obsedit & 5. septembris obtinuit fortalitium dictum *Agger Gandavensis* (*Zas de Gand*) & ultrà hoc anno nihil actum est.

Cæterùm notandum qualiter Legati Regis Galliæ, discedentes post conclusam præmissam Conventionem, supplicaverint nomine Regis & Reginæ regentis Ordinibus pro Romano-catholicis commorantibus in fœderatis provinciis. Refert Legati Reg Galliæ suppl cant pro C thol icis in Hollandia.

fert

Anno 1644. fert eorum supplicationem Aitzema post dictam Conventionem *pag.* 175.

MESSIEURS... vous recevrès en bonne part la priere & l'instance, que nous avons à vous faire de la part du Roy *& de la* Reine *Regente pour les Catholiques de ces Provinces, vos Subjects; en quoy nous vous asseurons, que leur Majesteés ont considerè meurement tout les inconveniens, qui en pourroint arriver; afin de les prevenir par leur prudence.*

Seroit'il croyable, que le Roy de glorieuse memoire son pere, que le grand Henry, *à qui vous devez toutes les marques de vostre dignitè & qui l'a ornè de tous les fleurons des Couronnes souveraines, eust voulu par l'instance, qu'il vous en à fait, ruiner son propre ouvrage & rien faire, qui peut estre prejudiciable à cet Estat?*

Ce que leurs Majestè vous demandent, n'est pas grand chose: ils desirent seulement, qu'il soit permis au catholiques de servir Dieu dans maisons privèes, & que les pauvres, qui n'ont pas le moyen de nourir & d'entretenir un Prestre, puissent librement venir dans les maisons des riches pour servir Dieu sans crainte de la visite de vos commissaires.

Vous m'advouerès, Messieurs, *que ces recherches nè diminuent pas la qualitè de catholiques, & qu'elles s'exercent par l'avarice dè vos Officiers, plustost pour leur profit particulier, que pour aucun bien, qui en arrive à cest Estat; de sorte que ceste rigeur ne sert qu'a irriter l'esprit de ceux, dont vous nè diminuès pas le nombre.*

Nous prions (ce dites vous) pour ceux, qui sont nos ennemis aussi bien que les vostres. Cette actions, Messieurs, seroit tousjours chretienne, mais, je vous prie, considerès ceste affaire par les

les maximes d'Estat, & croyons, comme je n'en doute pas, qu'il se trouve quelques catholiques mal affectionnès au gouvernement present de cette Republique, d'ou cela peut'il venir, Messieurs, je vous le demande? Les catholiques, qui ont signè les premieres confœderations, qui nous (vous) ont portè sur le trône, ceux qui les premiers vous ont acquis la libertè n'en iouissent pas. Ceux à qui l'inquisitions d'Espagne à estè aussi odieuse qu'à vous mesmes, en souffrent une autre, qui n'est gueres moins rigoureuse: en un mot la rigeur, dont vous usès envers eux au fait de l'exercice de leur religion, l'estroite defence de toute assemblèe ecclesiastique, l'avarice de vos commissaires: & le mespris qu'ils font souvent des choses, que nous estimons les plus sainctes, a peu alterer quelques esprits. Anno 1644.

Voulès vous les regaigner, voulès vous rejoindre cette partie de vostre Estat, qui est comme entrouverte, voulès vous en faire des bons citoyens? relachès quelque chose de la severitè de vos Placcards & de vos Ordonnances. Les noms de catholique & de hollandois nè sont pas incompatibles; on peut estre ennemy du Roy d'Espaigne sans estre protestant.

Nous en voyons un bel exemple au jourd'huy en Catalogne & en Portugal, ou la catholicitè n'empeche pas, que les peuples nè combattent courageusement pour la conservation de leur libertè.

Nous en voyons encore un exemple bien illustre dans les cantons des Suisses, ou la diversitè de Religion n'empeche pas qu'ils ne se defendent à communes armes de la maison d'Austriche, dont ils ont estè autrefois les subjects.

Assurès vous, Messieurs, si vous faites la grace aux catholiques, que nous demandons pour eux au noms du Roy & de la Reine Regente

sa

Anno 1644.

sa Mere, qui sont d'une mesme confession de Foy avec eux, que vous en receurès un tres bon effect, que la pieté de leur Majestès en aura grand ressentiment & que vous obligerès vos concitoyens par cette faveur à ne tourner jamais les yeux ailleurs, que dessus vous, pour y trouver de la consolation. Ainsi puissiès vous &c.

Responsum Ordinum.

Ordines fœderati ægrè tulerunt hanc requisitionem, & Legatis Regis Galliæ mentem suam desuper jusserunt exponi, prout ibidem sequitur pag. 177.

... *Haer* Ho. Mog. *hebben verklaert ende verklaeren midts desen een gevoelig misnoegen uyt de voorz. voorslagen veranderinge ende pretense moderatie te hebben opgenomen, met expresse byvoeginge, dat haer* Ho. Mog. *soo omme de onheylen, die uyt t' gunt voorsz. is staen te reysen, als omme de voorgemelde vermeteltheden van de Paus-gesinde in te toomen, geresolveert zyn meuen aldereerste te doen emaneren ende in't werk te stellen soodanige nadere ordre, reglement ende placcaet, als de selve naer de jegenwoordighe enormiteyt ende voorgaende excessen sullen bevinden te behooren. Ghedaen ter vergaderinghe van de hoog. gemelde Staten generael den derden Marty* 1644.

Hinc habemus, qualiter hoc tempore catholici haberentur in fœderatis provinciis, & eos eatenùs non habuisse ecclesias, quas liberè frequentarent.

Interim hoc fœderatorum Ordinum responsum & edicta inde mox emanata conturbârunt catholicos, & plures ad evitandum rigorum & pejora timentes decesserunt.

Norbertinæ ex Oosterhout advenerunt.

Antverpiam confugerunt & ibidem advenerunt mense sequenti, nempe 19. aprilis, quædam Religiosæ Norbertinæ ex monasterio Oosterhoutano, dicto *vallis S. Catharinæ*, inter quas erat ipsa

ipsa Priorissa domicella *Catharina Snyders* Antverpiâ oriunda. Venit hæc Antverpiam cum tribus monialibus, inter quas una conversa; reliquæ aliò diffugerunt. Anno 1644.

Quæ aliò diffugerant, dein ad monasterium redierunt, ibidemque usque in hodiernum diem vitam monasticam continuârunt sub protectione principis Orangii.

Henschenius *Act. SS. Tom. I. aprilis pag.* 722. *n.* 34. dicit: Oosterhantanæ Antverpiensi coloniæ Priorissam miserè D. *Christinam Crills* cum *Catharina Snyders* supriorissa. Sub hac verò per mortem Priorissæ supremam administrationem adeptâ..., excrevit in monasterium. Verum infrà ad an. 1656. videbitur dictam *Christinam Crills* subsignasse concordatum cum Capitulo tamquàm suppriorissa.

Quæ autem Antverpiam confugerant, ibidem hæserunt tamquam in refugio per annos duodecim allaborantes ad obtinendam licentiam erigendi in hac civitate novum sui instituti cœnobium, quod tandem obtinuerunt anno 1656., ut infrà suo loco dicetur. Et hæren tamquam in Refugio.

Moniales istæ, ut refert Aug. Wichmans *Brab. Mar. lib. III. cap.* 44., fundatæ erant in loco, qui dicitur *Vallis S. Catharinæ* juxtà Woudam, haud procul à municipio Rosendalensi circa annum 1269. per *Servatium de Liedekerke* Dominum de Breda ejusque conthoralem *Ymmerzoete*. Anno 1270. sabbatho post Epiphaniam consecrata est Ecclesia ad laudem SS. Trinitatis & honorem S. Catharinæ, & Ordini incorporatum est cœnobium anno sequenti. Cum effractis anno 1288. aggeribus locus ruinam tulisset & desertus esset, *Raso de Gavere* Dominus de Liedekerke & Breda cum *Aleyde* conjuge Religiosas istas Bredam vocavit, atque anno 1295. collocavit in hospitali pauperibus & Earum Orig

infirmis

Anno 1644. infirmis ministraturas. Quamdiu autem in hoc hospitali pauperes curaverint, non liquet: interim deinceps favore Domini de Breda in eadem civitate alium locum commodum obtinuerunt, quem sibi aptârunt & in eo juxtà institutum suum egerunt usque ad annum 1637.

Sed interim in hoc monasterio, cui pristinum nomen *Vallis S. Catharinæ* indiderunt, anno 1463. ad instantiam *Joannis de Nassovia* Domini de Breda sub Pio PP. II. introducta fuit rigorosa clausura, eo seculo, quo clausura in Belgio in pluribus monasteriis tum virorum tum feminarum introducta fuit, ut pietas in tuto esset contrà corruptionem seculi.

Anno 1637., quando Fœderati obtinuerunt Bredam, inde, ut asserit Le Roy. *Not. Marb. pag.* 53., transmigrarunt in Oosterhout, ibique hæserunt usque in hunc annum, quando occasione supradictâ diffugerunt & partim Antverpiam advenerunt.

An sint illæ quæ olim Antv. fundatæ. Papebrochius Act. SS. tom. I. junii *pag.* 938. *n.* 22. suspicatur has moniales easdem esse, quæ, ut suprà visum est ad an. 1135. tunc Antverpiæ juxtà ecclesiam S. Michaëlis fundatæ erant & dicebantur *Sorores ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ*. Sorores istæ ex decreto *Hugonis*, successoris S. Norberti in regimine Præmonstratensium, dato 1137. dimoveri debebant ab Abbatia, quo autem tunc translatæ fuerint nescitur. Verosimilis, inquit Papebrochius, conjectura est, quod transierint ad suburbanum quoddam, ab earum commoratione hodiedum *Nonnarum Campus*, vulgo *Nonnevelt* dictum. Verùm verosimiliùs est nomen *Nonnevelt*, non ab his sororibus dici, sed à Victorinis, quæ hîc hodie in civitate degunt: illæ enim seculo XIII. in suburbano nostro fundatæ fuerunt, & ab adventu suo usque in hodiernum diem *Nonna*-

rum

tum nomen tulerunt, vulgo *Ter-nonnen* : sed independenter ab eo potest subsistere conjectura Papebrochii, quod primò translatæ sint in quoddam suburbanum. Dein suspicatur translationem Capellæ S. Magdalenæ Antverpiâ in Santvliet anno 1246. factam fuisse in favorem illarum sororum, quæ tunc cum dicta Capella, quæ ipsarum fuerat, ex suburbio in Santvliet translatæ sint & dein post annos viginti-tres anno nempe 1269. in wouda de novo sint fundatæ. Conjecturam hanc latiùs deductam vide loco citato. Anno 1644.

Henschenius *Act. SS. Tom. I. aprilis pag.* 439. *n.* 9. agens de monasteriis monialium Norbertinarum longiùs removendis à monasteriis virorum juxtà decretum Capituli generalis anni 1138. probat monasterium monialium Antverpiensium, licèt remotum à monasterio virorum, adhuc diu mansisse cum suis bonis eidem incorporatum. Dein subjungit hæc : „ Ipsæ autem quæ adhuc supersunt & incurabilium curam sub Regula S. Augustini gerunt, etiam nunc meminerunt suæ olim subjectionis, conatæque sunt haud ita pridem ad eandem redire; sed justis de causis non fuerunt admissæ". Hæc Henschenius, quæ quo vergant non video, nec quæ sint ille moniales curam gerentes incurabilium, quæ Abbatiæ S. Michaëlis fuissent subjectæ; certè non illæ, quæ monasterium *Ter-zieken* inhabitant.

Institutum monialium Capucinarum cœptum est Neapoli mediante seculo XVI. per piam neapolitanam matronam *Mariam Laurentiam Longa*, quæ ibidem erexit monasterium sub titulo *S. Mariæ de Jerusalem*, cui cum duodecim filiabus jam sexagenaria se mancipavit & voto obstrixit sub titulo tertiæ Regulæ S. Francisci. Pia hæc fundatrix per Breve apostolicum facta est

Institutum Capucinarum cœpit Neap.

Anno 1644. est Abbatissa istius monasterii. Quarto autem post anno assumpserunt primam regulam S. Claræ & se dederunt regimini Capucinorum, quorum reformatio jam fortè à triginta annis approbata fuerat, & nomen Capucinarum assumpserunt. Hujus instituti cœnobia habentur Romæ & Mediolani: sed mediolani sunt sub cura Archiepiscopi.

Inde Romæ & Mediolani

Dein Parisiis.

Deinceps *Ludovica Lotharingia* vidua Henrici III. galliæ Regis cœnobium istius instituti fundavit Parisiis, sed fundatio ista demùm post mortem ejus sortitâ est effectum, anno nempe 1606., cum ipsa obiisset anno 1601.

Inde in Bourborg.

Ex hoc Parisiensi cœnobio apparenter propagatum est cœnobium, quod anno 1614. fundatum est in *Bourborg* civitate flandriæ sita tribus leucis à Dunkerka & unâ à Gravelinga, cujus fundatio anno 1630. confirmata fuit ab Urbano PP. VIII.

Unde venerunt Antverpiam.

Equidem ex hoc Bourburgensi cœnobio hoc anno 1644. festo S. Bartholomæi apostoli Antverpiam venerunt quædam religiosæ. An autem huc advenerint vocatæ, an fugientes incommoditates belli, quod in istis partibus continuò agitabatur inter Gallos & Hispanos, non liquet.

Ubi admittuntur & fundantur.

Interim Antverpiæ benignè receptæ sunt & monasterium ipsis fundavit juxtà cœmeterium parochialis Ecclesiæ D. Georgii R. D. ADRIANUS MOENS S. T. L. Hic procuravit illis omnem requisitum consensum tum ab Episcopo & Capitulo, tum à Senatu & Aula: & fuit ipsarum primus Director. Sunt hic hæ Capucinæ sicut Mediolani, non sub cura Capucinorum, sed Episcopi, qui ipsis directores assignat.

Sub curà Episcopi.

Adrianus Moens fundator.

ADRIANUS MOENS fundator hujus monasterii (indubiè Antverpiensis, quia nomen *Moens* hodieque illic commune est) illud direxit dum vixit

vixit, id est usque ad annum 1669., quo obiit circiter octogenarius & voluit sepeliri in ecclesia earumdem Religiosarum, in qua videtur lapis sepulchralis cum hac inscriptione. Anno 1644.

Sepulchrum R. D. ADRIANI MOENS *S. Theol. Lic. hujus Conventûs Fundatoris & Directoris. Obiit anno MDCLXIX. Requiescat in pace.* Epitaphium.

Fuerat anno 1646. per annos 30. sacræ theologiæ Lector in conventu Beggardorum in hac civitate, quâ occasione scripsit & typis vulgavit tres libellos sub his titulis: *Privilegia III. Ordinis S. Francisci. Statuta tertii Ordinis S. Francisci*, & *Enchiridion Religiosorum* Antv. 1646. apud G. Lesteenium in uno volumine in 8. Ejus Opera.

PHILIPPUS HOESWINCKEL Antverpiensis, Tongerloënsis Canonicus Norbertinus & Pastor Dusfelensis inter Mechliniam & Liram, scripsit typisque Antverpiensibus vulgavit hoc anno 1644. libellum *de Origine prodigiosæ Imaginis Deiparæ in Duffel, quæ dicitur S. Maria bonæ voluntatis* ibidem repertæ anno 1638. Prodiit secundò 1667. & tertiò 1717. Ità Fop. *Bibl. Belg. pag.* 1035. Philippus Hoeswinckel Præmonstratensis.

Annus 1645. iterùm sicut præcedens *Monasterii* insumptus est in decidendis formalitatibus, quæ tardabant adventum quorumdam Legatorum, notanter fœderatorum Ordinum; qui demum *Monasterium* tenderunt in fine hujus anni, quando negotium pacificationis belgii seriò cœpit agitari. 1645. Negotium Pacis.

Interim; bellum agitabatur. Mense martio Rex Galliæ & fœderati Ordines renovârunt fœdus bellicum anno præcedenti initum, quo simul aggrederentur provincias belgicas Regi Hispaniarum subditas; & Rex Galliæ magnam peccuniæ summam fœderatis concessit, quo notabile intentum exequi conarentur, quod, ut putabatur, Bellum hujus anni.

Anno 1645. putabatur, respiciebat Antverpiam aut saltem Hulstum. Interim totâ æstate nihil effecerunt; sed tandem in hieme 4. novembris obtinuerunt Fœderati Hulstum sub conditionibus relatis per L. Aitzema *Tom. III. pag.* 82. inter quas II. religionem tangit eamque subjungo.

Fœderati obtinent Hulstũ

Sors Catholicorum differtur.

II. In 't gene belanght het stuck van de Religie *ende* geestelycke goederen *sal sich een yder binnen de voorz. Stadt hebben te gedraghen tot het ghene dien aengaende sal werden gestatueert by de hooge ende mogende Heeren Staten generael; mits sich elck een hebbe te comporteren in alle stilligheyt en niets en attenteren tegens den dienst der vereenigde Nederlanden nochte hare Ho. Mog. Placcaten op het stuck van de Geestelijckheyt geëmaneert ofte als noch te emaneren: wel verstaende dat de gereformeerde religie ende gheene andere in de selve stadt publyckelijck sal werden geexerceert.*

Terminatur Sors monachorum.

In fine hujus mensis agitabatur Hagæ-comitis negotium ecclesiasticorum Hulstensium, ut nempe in monasteriis suis cum conservatione bonorum tolerarentur. Galli contendebant id promissum fuisse in tractatu anni 1635. sed deputati synodi Hollandiæ meridionalis prætulerunt id impedimento fore propagationi religionis reformatæ. Hinc ponderato præmisso articulo declaratum est, omnia monasteria civitatis Hulstensis & districtûs illius dissolvenda esse, monachis discedendum è civitate & districtu, remanentibus ipsorum bonis in usus publicos. Religiosas verò posse remanere in civitate extrà cœnobia sua, ubi alerentur vitâ durante ex bonis monasteriorum cum proportione proventuum.

Religiosarum

Mense decembris iterum propositum fuit negotium catholicorum Hulstensium. Legatus Galliæ requirebat, ut Romano-catholicis saltem aliqua

Reliquorum catholicorũ.

aliqua libertas relinqueretur in domibus suis, sed propositio non placuit. Ita L. Aitzema *loco citato*. Anno 1645.

An aliquæ Religiosæ sic, ut præfertur, Hulsti remanserint, non liquet. Interim hospitalariæ, non expectantes prædictas Ordinum resolutiones, omnia relinquentes mox diffugerunt, si non fugatæ sint, & vestibus ferè denudatæ Antverpiam venerunt ad hospitale, unde anno tertio hujus seculi derivatæ erant, (vide suprà ad istum annum) ubi decenter vestitæ alibi quæsiverunt oportunitatem obtinendi monasterium, quæ se brevì obtulit. Erat enim Aschæ tertio suprà Bruxellas lapide hospitale vetus collapsum & derelictum. Hoc hospitale obtinuerunt à Domina Ascanâ, sub conditionibus conscriptis Bruxellis 18. ejusdem mensis novembris, sive die decima-quarta post superatum Hulstum, approbatis sequenti die ab Archiepiscopo Mechliniensi, & relatis apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. IV. pag.* 492. Illic in restaurato isto veteri hospitali degunt usque in hodiernum diem servitio pauperum infirmorum addictæ. Hospitalariæ discedunt Ascham.

Jacobus Boonen Archiepiscopus Mechliniensis hoc anno 1645. congregationem instituit Episcoporum suæ provinciæ, in qua plures salutares constitutiones decretæ sunt. Ita Van Gestel *Hist. Archiep. Mechl. tom. I. pag.* 58. Verùm Auctor non dicit, ubi hæc congregatio habita sit, nec quæ sint constitutiones in ea decretæ; nec ego alibi de illis mentionem inveni. Congregatio Episcoporum prov. Mechl.

Jacobus Wemmers Antverpiâ oriundus & monasterii Carmelitani ibidem religiosus S. T. D. linguarum orientalium peritissimus fuit; eapropter Romam accitus moxque inter S. Congregationis de propaganda fide Consultores adscriptus, tum annis pluribus linguas orientales Jacobus Wemmers Carmelita Episc.

Anno 1645. docendo, S. Scripturas interpretando, arabice vertendo, Æthiopes aliosque in fide & usu romano instruendo, conceptæ de sua eruditione zeloque apostolico famæ plenè satisfecit. Quoque prodesset magis, primus *Lexicon Æthiopicum* ex illa lingua collegit, primus illi Grammaticam dedit, quæ ad propagandam fidem sumptibus S. Congregationis Romæ edita fuerunt 1638. 4. In hæbraica non secus ac in latina versatus erat feceratque & illam suam, quod & in arabica præstitit. Jam Oriens suas in eo linguas suspiciebat; ut posset & virtutes suspicere Innocentius PP. X. effecit, qui magnæ avidus messis illum mittit in Orientem & Cayri creat Episcopum & apostolicum per Æthiopiam Legatum. Verùm eo tendens Neapoli in magno Carmelitarum conventu moritur hoc anno 1645. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 544.

Hyacinthus Choquet Ord. Præd. HYACINTHUS CHOQUET Ord. Prædicatorum S. T. Doctor Duacenus, Insulis quidem natus sed conventus Antverpiensis filius, in quo & senio confectus obiit 6. febr. hoc anno 1645. Collegii S. Thomæ Aquinatis Duaci pro Ordine suo erigendi primus author fuit ac promotor. Philosophiam & Theologiam docuit Lovanii Duaci & Antverpiæ. Plura vulgavit; quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 497. & pleniùs D. Paquot *Mem. litt. XV. pag.* 97. *& seqq.*

Joannes Gaverelle Consiliarius regis. JOANNES GAVERELLE Antverpiensis, natus ibidem 14. januarii 1579., primùm in civitate natali munus Pensionarii obivit, dein anno 1631. assumptus in sanctiori seu privato Concilio consiliarius, inde anno 1633. à Rege hispaniarum propter negotia. Matritum evocatus adscriptus est Militiæ ordinis Christi, & ibidem existens suscepit iter Compostellam & ad alia loca sacra in Hispania & Lusitania, inter alia ad monaste-

nasterium Thomariense in Lusitania, quod Anno
:s erat Militiæ Christi. (Iter illud suscepit & 1645.
fecit in habitu peregrini, sicut ante visita-
at Terram-sanctam, Limina Apostolorum
domum *Lauretanam*. Inde reversus Matritum
Rege anno 1634. factus est à Concilio status.
versus Bruxellas ibidem, cum senio Sacer-
i factus esset, obiit 11. Julii 1645. & sepul-
est Antverpiæ in Capella B. Mariæ in tem-
) Carmelitarum, quam fundaverat & tam
nptuosè exornaverat, ut usque in hodiernum
m omnibus sit admirationi, & vel ideo ad
n concursus sit omnium peregrinorum. Auctor
or. Carmeli Antv. apud Sanderum *Tom. II.*
g. 263. refert, solum cor ejus sepultum esse
dicta capella sub Altari & reliquum cor-
is sepultum esse in sepulchro familiæ suæ in
vi ecclesiæ ad vas lustrale ante chorum.
)itaphium ejus refertur in Libello intitulato
's Tombeaux des Hommes illustres &c. pag. 73.
iud Epitaphium ipsi fabricârunt Carmelitæ,
iod inseri curarunt in prædicta Chorographia.
eo autem inseruerunt hæc: *A Lusitanis in*
egem si voluisset agnitus. Quod verum non
:. Verum quidem est, Lusitanos nescientes
im Rex SEBASTIANUS, cæso anno 1578.
ercitu in prælio Africano, ibidem periisset
im captivus esset, semper sperâsse revidere
egem suum, & occasione commorationis
averelli in Thomariensi hospitali, ubi se
riori manifestaverat & in plures munificus
erat., quibusdam incidisse suspicionem, num
se esset *Sebastianus* Rex, cui non absimilis
at; eamque suspicionem sic divulgatam fuisse,
t totum regnum desuper in commotione esset.
d hæc in Lusitania peragebantur inscio
'averello; suspicio enim tantùm cœperat, cum
ecessisset à cœnobio Thomariensi, & tantùm

Fundator Capellæ B. M. apud Carmelitas.

Suspicio num esset Rex Lusitanorum Sebastianus.

Anno 1645. Id rescivit Gaverellus reversus Matritum. Et quomodo agnitus fuisset in Regem, qui natus erat postquam *Sebastianus* Rex occubuerat; Cæterum hæc Lusitanorum comœdia fusè refertur ex Chiffletio in supra citato libello *pag.* 74.

1646. Anno 1646. cum Legati fœderatorum Ordinum *Monasterium* advenissent, mense januario Legati Regis Hispaniarum proposuerunt Inducias, quales acceptatæ fuerant anno 1609.: sed tantum abest ut Induciæ acceptarentur ab Ordinibus; quin potiùs cum Rege Galliæ 6. aprilis iterum inierint confœderationem ad simul efficaciùs aggrediendum Provincias belgicas, sicque vi faciliùs perveniendum ad generalem pacem. Tractatus ille refertur per L. Aitzema *Tom. VII. pag.* 227. in quo in explicatione articuli 3. hæc leguntur.

Bellum hujus anni.

Confœderatorum cum Gallis desp…

Il a esté convenu, que le Roy & Seigneurs les Estats genereaux des Provinces unies du Pays-bas mettront en campagne chacun un armée composée de dixhuit à vingt mil hommes à pied, & de quatre mil cinq cent à cinq mille chevaux; que les dites armées entreront dans le Pays-bas pour tout le 4. may prochain, si ce n'est que celuy, qui commande les armées du Roy d'Espaigne les mit plutost en campagne... Que celle des dits Seigneurs les Estats attaquera une place de telle consideration, que les ennemis en receveront un notable prejudice; & que celle de sa Majesté en attaquera aussy une de son costé...

Post hunc tractatum mense junio instituerunt Galli apud Ordines pro conservanda Religione catholica in locis per ipsos superandis, ut ibidem *pag.* 247.

Galli instant pro conservanda Religione in locis obtinendis.

Sa Majesté demande avec instance à vostre Altesse & à Mess. les Estats, que l'exercice de la Religion catholique soit conservée libre dans la place, qui sera prise; ne pouvant sans

sans blesser sa conscience donner un secours de ses propre forces pour une conqueste ou l'exercice de la Religion catholibue soit destruite. Anno 1646.

Cum fœderati præcipue intenderent Antverpiam, ad præmissam requisitionem sic responderunt 11. julii, ut ibidem *pag.* 248. Fœderati id concedunt pro Antverpia.

Son Altesse & les Deputez de Messieurs les Estats genereaux des Provinces unies de Pays-bas promettent au Roy tres chrestien & à la Reyne Regente sa Mere que la ville d'Anvers venant à tomber entre leur mains, ils y lairront l'exercice de la Religion catholique, Apostolique & Romain libre & publique.

Interpretatio hujus indulti, quæ ibidem sequitur, sic habet. *Sur ce qu'est de l'exercice libre & publique de la Religion catholique, apostolique & romaine dans la ville d'Anvers, il a esté dit, declarè & accordè per ce present article secret, que les eglises, qui pour cet effet seront laissées ausdits catholiques dans la dite ville* d'Anvers, *seront jusques au nombre de quatre, & icelles propres & suffisantes pour le dit exercice.*

Copiæ Fœderatorum, mox post initam præmissam confœderationem, Bergis-ad-Zomam navigio ductæ sunt in Flandriam, appuleruntque ad Philippinam & inde cum auxiliaribus Gallis tenderunt in Wasiam, ubi diu hæserunt, & tandem Tamisiam occupârunt ac mox deseruerunt, simulque deseruerunt intentum Antverpiam aggrediendi, quod ægrè tulerunt Galli. Fœderatorum exercitus nihil agit.

Interim negotium Induciarum agitatum est Monasterii usque ad 31. augusti, quando statutum est non ultrà loqui de induciis, sed tantùm agendum de Pace. Negotium Pacis agitatur monasterii.

Circà puncta præliminaria, dein inserenda in Tractatu pacis sat citò convenerunt. Legati Puncta præliminaria statuuntur.

 Regis

Anno 1646. Regis Hispaniarum & fœderatorum Ordinum. Die 18. decembris varia puncta statuerunt, quæ refert L. Aitzema *tom. VII. pag.* 272. inter quæ hoc legitur.

De limiten in Vlaenderen ende elders sullen gereguleert worden in soodanigher voeghen als men bevinden sal, dat sy gehooren onder het ressort van de eene of de andere zyde: waer op men verwachten sal de informatie, om t'synner tydt de gemelde limiten te reguleren.

Iterum 27. decembris alia puncta statuerunt, inter quæ hæc leguntur.

De Rivieren de Schelde *als mede de Canalen van* 't Zas, Zwyn *ende andere* Zee-gaten *daer op respondererende, sullen van de zyde van de Heeren Staten gesloten worden gehouden.*

Item. *Aengaende de kleyne* Forten *omtrent Sluys is geaccordeert dat sulken gedemantelen (worden) aen de zyde van den Koning, op conditie van het reciproce aen de zyde van de voorsz. Heeren Staten: waer over men sich sal verdragen.*

Negotium circa Religionem in majoratu &c. differtur. Legati Regis Hispaniarum diu multumque institerant ad obtinendam modificationem, quam *Temperamentum* vocabant, circà exercitium Religionis catholicæ & circà bona ecclesiastica in majoratu Silvæducensi, Baronatu Bredano, Marchionatu Bergizomensi &c. volebantque temperamentum illud inseri in Tractatu pacis. Sed obsistentibus Legatis Fœderatorum consenserunt tandem hoc ipso die 27. decembris differre illud negotium ad sex menses post conclusum Tractatum pacis, quo super hanc dederunt declarationem relatam loco supra citato.

Wat aengaet de oeffeninge van de Catholycke Religie ende het genieten van de geestelycke goederen in de Meyerye van s'Hertogenbosch, Marquizaet van Bergen, Baronnie van Breda ende t'lant

't Lant van Cuyck, daer over sal men sich verdragen ses maenden na de conclusie ende ratificatie van het Tractaet. Anno 1646.

Per iniquitatem temporum adhuc plures hoc tempore versabantur in hac civitate, quorum fides dubia erat, quos cum contingeret infirmari, illi, ad quos pertinebat, Parochos de eorum morbo certiores non reddebant, aut sæpiùs non antequam sensibus ferè aut omninò destituti essent, aut aliàs subitò mori contingeret: eâ occasione, nè tales in loco sacro sepelirentur, Episcopus NEMIUS hoc anno 1646. 2. novembris hoc decretum vulgavit. Antverpiæ plures dubiæ fidei.

„Nè in posterum aliquos eveniat in loco „sacro sepeliri, quibus per sacrorum Canonum „præscripta sepultura hujusmodi foret dene„ganda, districtè prohibemus, nè ulli Parochi „aut Regulares, jus sepulturæ quomodocum„que habentes, quempiam alienum parochia„num ad sepulturam admittant sine prævia „testimonio proprii Parochi, Plebani aut ejus „vices gerentis, quod extrema Sacramenta sint „illi debitè administrata, seu aliàs, si subi„to mori contigerit, orthodoxæ Fidei fuerit „& nullâ, quod sciatur, censurâ innodatus. „Quod etiam testimonium non concedetur, „præsertim non satis notis, nisi post diligen„tem inquisitionem." Episc. prohibet ne sepeliantur in loco sacro.

LEONARDUS SCHOOFS Abbatiæ S. Michaëlis in hac civitate religiosus canonicus & Pastor in Santvliet scripsit *de vita & moribus Leonardi Lessii* è Societate Jesu avunculi sui librum editum curâ *Thomæ Courtois* J. C. Bruxellis apud G. Schovartium 1640. 8. Liber hic Romæ relatus est in Indicem hoc anno 1646. 18. decembris. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 818. In Indice autem, tamquam ab eodem auctore editum notatur *Folium* sacræ Congregationis Leonard Schoofs Præmonstraten

Anno 1646. Indicis nomine falsò editum; hoc titulo: *Ea, qua in vita R. P. Leonardi Lessii corrigenda vel omittenda censuit S. Congregatio Indicis, hæc sunt.*

Petrus Loycx Pastor ad S. Willibrordi. Hoc anno 1646 obiit in hac civitate PETRUS LOYCX Turnhoutanus, Protonotarius apostolicus & Pastor ad S. Willibrordum in suburbio nostro, variæ multæque vir lectionis. Edidit *Commentaria moralia in Psalmum CXVIII.* Antv. 1643. fol. *Laboris encomium*, *Acediæ vituperium* Ibid. 1646. 4. *Sæculum aureum*, *sive de Pace libri duo* primus de Pace in generali, alter de Pace cum Deo, proximo & se ipso; opus concionatorium. ibid. fol. 1645. *Miracula per intercessionem B. M. in S. Willibrordi* vernaculè. Foppens. *Bibl. Belg. pag.* 987. D. Paquot *Memoires litt. tom. II. pag.* 277.

Daniël Segers S. J. Pictor. Vivebat hoc tempore Fr. DANIEL SEGERS Antverpiensis pictor, domûs professæ Societatis Jesu coadjutor. De eo Auctor *Chor. Dom. Professæ Soc. Jesu Antv.* apud Sanderum, qui eum JOANNEM nominat, hæc refert: „In „eadem domo vixit & etiamnum, dùm hæc „scribo, vivit adultâ ætate ex fratribus adjuto„ribus unus JOANNES SEGERS, qui omnis ge„neris flores mirâ colorum varietate ac poli„tissimâ arte graphicè adumbrat, qui nullum „fortè hoc seculo habet superiorem. Unde om„nes per Europam Principes aliquod artis ejus „monumentum vel habent vel habere expe„tunt." Vide etiam *Vermander.*

1647. Ferè conclusâ Pace. Toto anno 1647. *Monasterii* strenuè actum est ad concludendam Belgii pacem: sed ecce cùm negotium ferè ad finem productum esset, moritur ibidem unus ex Legatis Regis Hispaniarum JOSEPHUS DE BERGAIGNE Antverpiensis, Minorita, Archiepiscopus Cameracensis.

Natus

Natus erat Antverpiæ anno 1588. Ingressus Ordinem Fratrum Minorum ibidem Theologiam docuit, & post Guardianatûs officia factus est Minister Provincialis; exinde Commissarius apostolicus ac nationis Germano-belgicæ per annos quatuordecim Commissarius generalis & Definitor etiam generalis totius Ordinis; dein consecratus anno 1641. VII. ac postremus Episcopus Sylvæducensis; sed occupatâ per Hollandos urbe suâ cathedrali ac totâ fermè diœcesi, residere ibidem non potuit. Tandem anno 1645. Archiepiscopus ac Dux Cameracensis; sed nondum ingressus suam metropolim directus est à Philippo IV., cui à sanctioribus erat consiliis, Legatus Monasterium, ut allaboraret ad Pacem inter Regem & Ordines fœderatos conficiendam: cui negotio dum incumbit, paulò ante conclusam pacem obiit Monasterii hoc anno 1647. 21. octobris ætatis 59. sepultus ibidem honorificè in ecclesia Clarissarum. Scripsit. *Apologiam adversùs litteras Garlaci Molitoris prædicantis heterodoxi. Apologiam ad Imp. Ferdinandum III. Et instructionem ad virgines nobiles recenter à calvinismo conversas.* Epitaphium ejus vide apud Sanderum *Brab. Illust. Tom. III. pag.* 209.

Anno 1647.

Moritur Jos. de Bergaigne Archie. Cam. legatus regius.

Robertus Sweertius *Francisci* frater (de quo suprà ad an. 1629.) nascitur Antverpiæ anno 1570. pridie Nonas augusti, In societate Jesu Poësim Rhetoricenque Cortraci, Brugis & Duaci professus, Theologicas disciplinas Lovanii hausit ibidemque S. T. Licentiam obtinuit, dein factus Silvæducis ad S. Joannem Plebanus & ecclesiastes celebris per annos omninò quatuordecim industriam suam civibus omnibus comprobavit, prout publico elogio Magistratus dicti opidi testatum fecit. Inde verò Turnholtum migravit ac demùm natale solum Ant-

Robertus Sweertius Can. & Past.

 verpiam

Anno 1647. verpiam repetiit & factus est ibidem in Cathedrali Canonicus & Pastor. (fert nomen Pastoris non Plebani, quia, licet Plebania cathedralis jam ab an. 1639. divisa esset inter duos Pastores, qui tunc Canonici facti sunt, ut suprà vidimus; nomen tamen Plebani reservatum erat ad vitam ei, qui ante divisionem Plebanatum possederat, qui consequenter adhuc in vivis erat.) Obiit hoc anno 1647. Plura de eo Franciscus Sweertius in *Athenis belgicis pag.* 505. Scripsit *Cumulum mendaciorum Francisci Lansbergii* ministri Roterodamo-batavi, Antv. apud Verdussium flandricè. *De fide hæreticis servandâ* adversùs ministrum Danielem Plancium. Ibid. 1611. 8. typis Plantin. latinè. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1078.

1648. Turbæ belgicæ cessant. Turbæ Belgicæ jam duraverant per annos octoginta-duos. Primùm inceptæ erant dum an. 1566. Gubernatrici oblatus est famosus Libellus, supplexne dicam an imperiosus, per fœderatos belgii Nobiles, qui, cum Genevæ Calvini dogmata hausissent, contendebant abrogationem Inquisitionis & mitigationem Edictorum Regiorum, editorum ad conservandam avitam puritatem Religionis catholicæ, ut vel sic libertatem religionum introduxissent. Hinc eodem ipso anno per totum Belgium Iconomachia generalis, profanatio & direptio omnium ecclesiarum &c. Hoc erat patens istius libelli intentum. Verùm aliud longè intendebant incentores, quibus jam aliquo tempore displicuerat modus gubernandi Belgium: hi enim per excitationem similium turbarum intendebant excutere jugum legitimi sui principis Regis Hispaniarum: hinc post tres annos Unio Ultrajectina, in qua provinciæ septem sese unierunt contrà Regem.: inde Bellum intestinum, quod usque in hunc annum 1648. belgium vastavit, &

Per Pacem Monasteriensem.

& demùm cessavit per sæpiùs hoc seculo tentatam Pacem, quæ conclusa fuit & signata Monasterii in Westphalia hoc anno 30. januarii. Anno 1648.

Per hanc pacem obtinuerunt fœderati præcipuum intentum, nempe superioritatem independentem. Speramus autem fore, ut aliquando recipiscant à secundario intento, quod tantùm assumptum fuit tamquam medium ad concitandum populum & ad obtinenda aliundè auxilia; ac sic redeant ad puritatem Religionis catholicæ, in qua propatres eorum nobiscum per annos mille constanter vixerunt: quod facilè fiet, si modò velint inquirere, à quibus & quâ legitimâ auctoritate fuerint reformati.

Tractatus hujus Pacis, constans Articulis septuaginta novem, ubique circumfertur & refertur ab Aitzema *Tom. III. & VII. pag.* 386. In quo Articulus I. sic sonat. Aliquot ejusdem Articuli.

In den eersten verklaert den voorsz. Heer Koningh ende erkent, dat de voorsz. Heeren Staten generael van de vereenigde Nederlanden en de respective Provincien van de selve, met alle haere geassocieerde Landtschappen, Steden en aenhoorige landen syn vrye ende souveraine Staten, Provintien en Landen: op de welcke noch op haer geassocieerde Landtschappen, steden en landen voorschreve Hy Heer Koningh niet en pretendeert; noch nu ofte namaels voor hem selven, sijn successeurs en nakomelingen immermeer yets sal pretenderen; ende dien volgens te vreden te zyn met de selve Heeren Staten te tracteren gelijck Hy doet by dese jegenwoordighe een eeuwige Vrede *op de Conditien hier naer beschreven en verklaet.* Rex cedit Dominium Provinciarũ fœderatarum.

III. Een yegelijck sal behouden en datelijck gebruycken de Landtschappen, Steden, Plaetsen Landen ende Heerlijckheden, die hy tegenwoordigh hout en besit, sonder daer in getroubleert of belet te worden directelijck noch indirectelijck, in wat Et locorum appendentiũ.

manieren

Anno 1648. *manieren dat het zy: daer onder men verstaet te begrypen de vlecken, dorpen, gehuchten en platte landen, die daer van dependeren: ende sullen dien volgens de geheele Meyerie van s'Hertogenbosch als mede alle de Heerlijckheden, Steden, Casteelen, Vlecken, Dorpen, gehuchten en platte landen dependerende van de voorschreve Stadt en Meyerye van s'Hertogenbosch, Stadt en Marquisaet van Bergen-op-zoom, stadt en Baronie van Breda, stadt van Maestricht, 't resort van dien, als oock het Graefschap van den vroonhoff, de stadt Grave, en landt Kuyck, Hulst en Bailljuage van Hulst en Hulster-ambacht, als oock Axele-ambacht, gelegen besuyden ende benoorden de Geule, mitsgaders de Forten, die de ghemelte Heeren Staten jegenwoordigh in hebben in 't landt van Waes en alle andere Steden en plaetsen, de welcke de gedachte Heeren Staten houden in Brabant, Vlaenderen en elders, blyven aen de voorschreve Heeren Staten in alle ende de selve rechten en deelen van souverainityt en superioriteyt, niet uytgesondert en evengelijck, als sy zyn houdende de Provincien van de vereenigde Nederlanden; wel verstaende dat alle de reste van't landt van Waes, uytgenomen de voorschreve Forten, sal blyven aen den Koningh van Spaignien. Wat aengaet de drie Quartieren van Over-maze, te weten Valckenburch, Daelhem en s'Hertogen-rade, de selve sullen blyven in den staet in de welcke die sich jegenwoordigh vinden.*

Scaldis occlusus. *XIV. De Riviere de Schelde als mede de Canalen van't Sas, Swyn en andere Zee-gaten daer op responderende, sullen van de zyde van de Heeren Staeten gesloten worden ghehouden.*

Cemeteria [illegible]o hetero-[illegible]xis. *XVIII. De gemelde Heer Koninck sal met den eersten noodige voorsorge geven, datter eer-*

verlijcke plaetsen geordonneert werden tot de begraeffenis van de lichaemen der geenen, die van de voorsz. Heeren Staten zyde sullen komen t'overlyden onder de ghehoorsaemheyt van den voorsz. Heer Koninck.

XIX. De onderdanen en ingesetenen van de landen van den gedachten Heer Koninck, komende in de landen van de voornoemde Heeren Staten, sullen haer ten opsichte van de publique oeffeninge van Religie moeten gedragen in alle sedigheyt, sonder eenig schandael te geven met woorden of met werken en sonder eenige lasteringe te spreken. En het selve sal worden geobserveert by de onderdanen en inwoonders van de landen van de voorsz. Heeren Staten komende in de landen van sijne Majesteyt. Scandala, injuriæ utrinque prohibentur.

XLIII. Aengaende de goederen van kercken, collegien ofte andere pieuse plaetsen gelegen in de vereenigde Provincien, de welcke leden waren dependerende van kercken, Beneficien en collegien sijnde onder de gehoorsaemheyt van de voorsz. Heer Koninck, het gene voor't besluyt van't tegenwoordigh Tractaet niet en is verkoft geweest, sal hunluyden wederghegheven en gerestitueert worden, en sullen in't besit van dien komen, oock by haer eygen autoriteyt en sonder hulpe van justitie, om de selve te gebruycken, sonder daer van te mogen disponeren, gelijck als hier vooren is geseydt: maer voor de gene dit verkoft sullen wesen voor den voorscreve tydt of by de Staten van eenige van de Provincien in betalinge sullen gegeven wesen, rente van den prys sal haer jaerlijcx betaeldt worden teghen den penninck sestien by de Provincie, die de voorschreve verkoopinge sal hebben gedaen of de selve goederen in betaelinghe ghegheven, ende oock in dier voeghen geassigneert, dat sy daer van moghen wesen verseeckert Bona, sita in unius dominio, Ecclesiarum in alterius restituentur.

Anno 1648.

kert. *Van ghelijcken sal ghedaen en geobserveert worden van de syde van de gemelde Heer Koningh.*

Nova fortalitia in Belgio prohibentur.

LVIII. Men sal gheen nieuwe Forten vermogen te maecken in de Nederlanden, noch aen d'eene noch aen d'andere zyde, oock geene nieuwe Vaerten ofte Grachten graven, daer door men d'eene of d'andere partyen sonde konnen steunen ofte weeren.

Extruitur nova ecclesia S. Willibrordi.

Cum per publicationem hujus pacis Belgium pacatum esset & ruri in tuto ageretur, Incolæ Parochiæ S. Willibrordi in suburbio nostro mox cœperunt sibi novam parochialem ecclesiam construere, eam quam hodie illic videmus. Ita refert Baro Le Roy *Not. March. S. R. J. pag.* 87. Apud Sanderum *Brab. illust. Tom. III. pag.* 358. refertur, eam completam stetisse & consecratam fuisse per Episcopum *Amb. Capello* anno 1654.

FF. Prædicatores cessant docere linguas sacras.

Fratres Prædicatores nostri jam per annos quadraginta tres juventuti in scholis suis, quæ patebant viâ *Op den Driesch*, tradiderant linguas sacras ab anno nempè 1605, quo ad hoc onus suscipiendum inducti erant per Episcopum JOANNEM MIRÆUM. Hoc autem anno malè consulti scholas suas clauserunt. Traditio habet id factum fuisse consilio Fr. *Ambrosii Capello* S. T. D. & dein Episcopi Antverpiensis, qui judicabat exercitium illud non quadrare seu impedimento esse incumbentibus scientiæ theologicæ. Hinc hoc anno 7. julii juventutem solemniter prælatis vexillis traduxerunt ad Gymnasium Jesuitarum ab ipsis ulteriùs instituendam.

Franciscus l'Hermite S. J.

FRANCISCUS l'HERMITE Antverpiensis Societatem Jesu ingressus est anno 1615., dein Collegiorum Ruremundensis, Gandensis ac Lovaniensis Rector, Superior missionum Hollan-

diæ,

Anni 1648.

diæ, domûs Professæ Antverpiensis Præpositus &c. scripsit vernaculè & hoc anno 1648. 8. Antv. vulgavit : *Tergiversationem hæreticam & Sternutatorium oblatum Samuëli Doreslaer prædicanti* Delphensi de Communione sub utraque specie ab Ecclesia Romana laïcis prohibita. Et *Arborem majalem*, in qua tria tractat. I. *Encænia infernalia*, in quibus explodit remissionem peccatorum calvinistarum per solam fidem. II. *Encænia cœlestia* per indulgentias Ecclesiæ catholicæ. III. *Theriacam* propinat cuidam hæretico, qui dicta Encænia impugnârat. Insuper vitas quasdam vulgavit, quas refert Foppens. *Bibl. Belg. pag.* 296.

Joan. Wierts J. C.

JOANNES WIERTS Antverpiæ natus circà annum 1600. Post humaniora operam dedit Jurisprudentiæ, cui incumbebat Lovanii anno 1640. dum edebatur Jansenii *Augustinus*. Liber hic, si ipsi credendum sit, ipsum inflammabat amore divino & inducebat ad vitam solitariam, fuitque deinceps illi materia colloquiorum cum Deo ; his non obstantibus gradum Licentiæ assumpsit & matrimonio junctus est. Obiit circà finem hujus seculi, relinquens filium *Joan. Jacobum Wierts*, qui Hagæ-comitis Præses fuit Concilii à Guilielmo III. Angliæ Rege instituti pro administratione bonorum suæ familiæ. *Joan. Andreas van der Meulen* ejusdem Concilii Consiliarius, qui obiit anno 1702., nupserat *Susannam-catharinam* filiam *Joan. Wierts*. [illegible]er ediderat *Centuria colloquiorum Dei &* [illegible]*a, quibus Jansenianam de Gratia doctri*[illegible] *è campo disputandi Martio in placidum meditandi Elysium transducere conatus est Joh. Wierts Antverpiensis*. Antv. 1648. 4. dein Amst. apud Arn. Leers 1676. 4. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 755. Verùm D. Paquot *Memoires Litt. tom. I. pag.* 24. tantùm mentionem facit posterio-

Anno 1648. posterioris editionis, & refert ex præfatione; quam inscripsit filio, hæc ejus verba: *Fateor nihil hic dici, quod non modò non dictum prius, sed quod non iisdem penè verbis in suo Augustino (cujus hic epitome) expresserit Jansenius.* Addens quod linquat ei hoc opus tamquam *pretiosum thesaurum.* Hoc satis est, dicit D. Paquot, ad dijudicandum Opus. Liber iste relatus est in Indicem Romæ 2. decembris 1677. Vide Auctores citatos.

Gaspar Barlæus. GASPAR BARLÆUS vulgò *Van Baerle* Antverpiæ natus 12. febr. 1584., dum civitas gemebat sub jugo heterodoxorum, Medicinæ Doctor, primùm Logices in Academia Lugduno-batava, post Philosophiæ moralis in Amstelodamensi gymnasio Professor. Poësi plurimum valuit, sed nec prosâ minùs disertus fuit. Anno 1618. in famosa Synodo Dordracena, citatis illic Remonstrantibus (quorum sententias profitebatur) non inutilem suo studio operam præstitit. Obiit Amstelodami 14. januarii hoc anno 1648., pro funere laudatus à celebri viro Joanne Arnoldo Corvino J. U. D. Plura vulgavit poëtica & historica, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 166.

1649. Sicut sancitâ pace mox ut dixi in suburbio cœpit reædificari Parochialis Ecclesia S. Willibrordi, sic & in alterâ suburbii parte cœpit Capella B. Mariæ in Beerschot. ædificari Capella B. Mariæ in vico Beerschot & anno sequenti 1649. completa stetit. In hac meridionali suburbii parte, quæ hactenùs erat sub Parochia S. Georgii, licèt haberetur [illegible] sidiarius, qui Sacramenta ministraret, [illegible] habebatur Capella: capella enim in Kiel hactenùs in ruinis jacebat, reædificata demùm anno 1683. Itaque capella ista erecta est curâ Patrum Societatis Jesu ad domum & in fundo, quem ibidem possidebat Convictus. De ea sic,

Baro

Baro Le Roy *Not. Marcb. pag.* 85. Fanum est D. Virgini sacrum infrà cujus Scenographiam legi sequentia: *Capelle onser Lieve Vrouwe van Blyschap gesticht van het Convict der Societeyt Jesu binnen Berschot by het huys eertyts Busschoppen-hoff, nu om de voorschreven Capelle ghenoemt Marienborgh anno MDCXLIX.* Insuper Lapidi incisum legitur hoc Chronicon: — Anno 1649.

VIRGO PIIS MATER, SCELERATIS GRATIA CERTA ES:

UNICA CONVICTUS VITA SALUSQUE TUI.

Religiosi S. Bernardi, qui ab erectione Episcopatûs, id est ab 80. annis, non cessaverant agere ad tollendam unionem & obtinendam separationem Abbatiæ ab Episcopatu, pacato Belgio confidentiùs in hunc finem instare cœperunt, quòd nempè per Pacem præcipuum obstaculum sublatum esset, scilicèt quòd bona Episcopatûi cedenda durante bello ipsi asserta non fuissent. Itaque sublato hoc obstaculo, cum haberent consensum Innocentii PP. X. ab anno 1645., egerunt in Aula Bruxellis, unde tandem hoc anno 1649. obtinuerunt hoc decretum, quod subjungo ex ms. — Episcopatus separatur ab Abbatia S. Bernardi

VEU le traicté faict par ordre de son Altesse avecq le Prieur & Religieux de l'Abaye de S. Bernard du 26. may dernier toichant l'aggreation du contract faict le 10. *de decembre* 1636. *entre l'Evesque d'Anvers* Nemius *d'une part & le Prelat de Villers comme Pere-Abbè, Prieur, Religieux & Convent du dict S. Bernard d'autre, envoyè par son Altesse à ceux du Conseil Privè du Roy le* 20. *de juin dernier, ensemble les pieces & titres servants à cete matiere hinc inde exhibees. Veu aussi l'Acte du* 26. *de may* 1648., *& de tout ayant faict fair rapport à sa dit Alteze, sa Majestè pour prendre agard au dit Acte du* 26. *may* 1648. (*qui viendra à cesser*) *decla e* — Decretum Aulæ desuper

Annò 1649. *que le dict contract de l'an-1636., avec ses aggreation ensuivies de sa Sainctetè, fortiront leur plain & entier effect, & que seront pour ce depechèes les lettres d'aggreation du dit accord, ensemble de Placet & d'Octroy necessaires pour l'accomplissement d'icelui. Facta sunt hæc anno* 1649....

Factâ separatione eligunt Abbatem. Sic separatio peracta est juxtà conventionem inter Episcopum & Capitulum cathedrale ex una & conventum S. Bernardi ex altera partibus initum anno 1636., prout suprà ad annum illum relatum est. Et eodem hoc ipso anno Religiosi elegerunt sibi è suis Abbatem *Judocum Gilis*, qui benedictionem Abbatialem accepit in Abbatia Villariensi idibus octobris.

Joannes de Laet Geographus. Obiit hoc anno 1649. JOANNES DE LAET Antverpiensis, qui non inutilem concinnandis commentariis descriptionibusque Principatuum ac Regnorum præcipuorum Orbis universi operam præstitit. Prodierunt omnes typis *Elzevirianis*, exiguæ quidem molis libelli sub titulo *Rerumpublicarum*; sed vel propter ipsum characterum nitorem magno apud omnes in pretio habiti, cujusmodi sunt.

Hispania sive *de Regis Hispaniarum Regnis & opibus commentarius*, Lugd. batav. 1629. 24.

Gallia sive *de Francorum Regis dominiis & opibus*. Ibid. eodem anno. *Belgii Confœderati Res publica* Ibid. 1630.

Turcici imperii status seu discursus varii de rebus Turcarum.

Persia seu *Regni Persici status*. Ibid. 1633.

De imperio magni Mogolis sive *India vera Commentarius* 1631.

Portugallia sive *de illius Regnis & opibus* Ibid. 1642. 24.

Res-publica Poloniæ, Lithuaniæ, Prussiæ, & Livoniæ Amstel. 1642. 24.

Novus

Novus Orbis seu *descriptio Indiæ occidentalis, novis tabulis geographicis & variis animantium, plantarum, fructuumque iconibus illustrata* lib. XVIII. fol. Lugd. bat. 1633. Item Gallicè 1640. Flandricè 1630. & 1644. 2. vol. fol. Anno 1649.

De Gemmis & Lapidibus Leidæ 1647. 8.

Notæ ad dissertationem Hugonis Grotii de origine gentium Americanarum & observationes aliquot ad indaginem difficillimæ illius quæstionis 12. Amstelod. 1643. Americanos non adeo antiquos esse contendebat *Grotius* & ex Europa eo pervenisse vel per conjunctionem regionum, vel quod per tempestatem eo fuerint delati. Adversus eum insurrexit *Latius*; quæ causa fuit cur *Grotius* alteram ediderit *Dissertationem de Origine gentium Americanarum adversus obtrectatorem opaca bonum quem facit barba.* Paris. 1643. 8. Nota quod *Latius* barbam more Capucinorum aleret, ut vel inde majorem sibi authoritatem affectaret. Cumque non satis eleganter scriberet, risit eum *Grotius* hoc Epigrammate:

Latius haud latius satis est, nec scribere cessat
Latius; ut sileat Latius est satius.

Dedit interim *Responsionem ad Dissertationem secundam H. Grotii de origine gentium Americanarum.* 8. Amstel. 1644. & 1646.

M. Vitruvii Pollionis de Architectura Libri X. cum notis. Præmittuntur elementa Architecturæ collecta ab Henr. Wottono. Accedunt Lexicon Vitruvianum Bern. Baldi Ubinatis & ejusdem Scamilli impares Vitruviani; De Pictura libri III. Leon Bapt. de Albertis; De sculptura excerpta ex Pompono Gaurico; Lud. Dementiosti Commentarius de sculptura & Pictura; omnia collecta à Jo. de Laet fol. Amstelod. hoc anno 1649. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 671.

Anno 1650.

Camera mipartita.

Anno 1650. juxtà Articulum XXI. Tractatûs pacis erecta est Camera mipartita (*chambre mi-partie*) partim ex senatoribus Regiis, partim è Batavis, quæ judicaret de observantione Tractatûs & contraventiones utrimque dijudicaret.

Petrus Stockmans J.U.D.

Unus ex Regiis commissariis in hoc Concilio fuit famosus PETRUS STOCKMANS Antverpiensis, consiliarius in Concilio Brabantiæ, dein sanctioris Concilii membrum &c. De eo infrà latiùs ad an. 1671., qui fuit annus obitûs ejus.

Sebastianus Stockmans S. T. D.

Frater ejûs SEBASTIANUS STOCKMANS S. T. D. Lovanii & Præses Collegii Pontificii ibidem, Vir consimiliter eruditione clarus, obiit hoc ipso anno 1650. durante Rectoratu suo academico.

Beggardi seu Terriarii patiuntur.

Vidimus suprà ad an. 1296. Beggardos nostros tertii Ordinis S. Francisci, tunc saltem; si non ante, vixisse in communi & Conventum habuisse, quo tempore religiosè vixerunt sub cura Episcopi & Pastoris loci usque ad annum 1472., quo, ut ad illum annum suprà vidimus, sese subjecerunt Capitulo & Ministro generali Leodiensium seu Zepperensi, quam subjectionem approbavit SIXTUS PP. IV. per Bullam datam Romæ 6. octob. 1472. Vidimus ad annos 1476. & sequentem eos illâ occasione petivisse & obtinuisse in Conventu suo ecclesiam, cemeterium, jus sepulturæ & extremam unctionem. Vidimus ad an. 1569. eos vì subjectos fuisse Ordini FF. Minorum de Observantia occasione Bullæ Pontificiæ datæ anno præcedenti. Vidimus Beggardos nostros reclamâsse & contendisse, rationes allegatas in Bulla ipsos non concernere, ideoque Romam recurrisse cum laudabilibus testimonialibus Episcopi, Capituli & Senatûs Antverpiensis; unde post triennium, id est anno 1572., absolutionem ab

À volentibus eos subjectos Minoritis.

ista

subjectione obtinuerunt pro se & tota con- Anno
atione Zepperensi per Gregorium PP. XIII. 1650.
ne illius anni. Ab eo autem tempore vixe-
Beggardi nostri pacificè sub ista congrega-
& Ministro generali ejusdem: singula
Regna habebant suum Generalem, Galli,
pani, Belgæ, Itali &c.
acificè, inquam, sic vixerunt per annos sep- Monstrant se
inta-octo, quando iterum desuper inquietatisunt, non esse sub-
bus contendentibus Tertiarios subjectos esse jectos, nec
subjici debere minoritis. Eâ occasione Ge- subjectionem
lis Tertiariorum Italorum an. 1644. vulgari convenire.
vit Libellum, in quo conantur probare
inem conventualem Tertiariorum antiquissi-
n esse & subsistisse etiam ante annum 1300.;
inem illum ex institutione non fuisse subjec-
minoritis, multò minus postquam eleva-
est in Religionem; cum nunc in Italia
aquam subjectum esse Minoritis sive Con-
ualibus, sive Observantibus; neque ali-
n rationem suadere posse hujusmodi subjec-
em esse necessariam aut utilem. Libellus
reimpressus est Lovanii typis Bern. Masii
7. 4. sub titulo: *De Antiquitate Religio-
tertii Ordinis S. Francisci, & de absoluta
dictione Itali Generalis illius; Opusculum
Rmi. P. Magistri Marci Antonii Botto-
Bonon. Generalis Apostolici ejusdem.*
ibellus iste verosimiliter effecit, ut deinceps
um non sit de subjiciendis Tertiariis juris-
ioni aut curæ Minoritarum.
aterim indubiè occasione hujus dissensionis Nostri cum
gardi nostri cum tota Congregatione Zeppe- tota Congre-
i se subjecerunt & uniri petiverunt Congre- gatione se
oni & Generali Italorum, qui eos accep- subiciunt con
int; & hanc subjectionem & unionem ap- gregationi
barit & confirmavit INNOCENTIUS PP. X., Italorum

 per

Anno 1650. per Bullam datam Romæ 27. junii 1650., quæ refertur in dicto Libello.

ſubjecerunt autem ſe & acceptati ſunt ſub certis conditionibus, quæ tertio poſt anno 31. maji 1653. in Capitulo generali celebrato Aſſiſii in conventu S. Antonii de Padua lectæ ſunt & approbatæ. Referuntur autem conditiones illæ in ſupradicto libello, & ſunt ſequentes.

Sub certis conditionibus.

Scilicet

I. „Ut Provincia belgica, per extinctionem „capituli Zepperenſis cum electione Provincialis, „Diſcreti, Cuſtodis & quatuor diffinitorum „erecta ſit & habeatur de Corpore Congrega„tionis Italicæ, participet & gaudeat omnibus „ejuſdem Congregationis ac provinciarum juri„bus & privilegiis; ejuſque Fratres ad om„nia ipſius Congregationis officia & dignitates „(inſtar cæterarum) habiles cenſeantur & ſint; „habeantque Provincialis, Diſcretus & Cuſtos „perinde ac reliquæ ſuffragium in Capi„tulo.

II. „Ut eadem Provincia belgica ſervare de„beat omnes & ſingulas conſtitutiones Congre„gationis Italicæ, præſertim Romanas à felicis „recordationis URBANI VIII. anno 1639. nec non „Bononienſes à ſanctiſſ. Domino INNOCENTIO „X. anno 1648. confirmatas. Quod ſi aliquæ „conſtitutiones prædictis non contrariæ in ea„dem Provincia uſu receptæ ſint, eædem in „ſuo robore & valore permaneant; & licebit „Capitulo ejuſdem Provinciæ novas pro loci „& temporis exigentia ſtatuere, quæ à gene„rali Capitulo confirmatæ ſub pœnis diſcretè „infligendis executioni mandentur, poteruntque ad earum obſervantiam contumaces cogi, „implorato etiam, ſi opus fuerit, auxilio „brachii ſæcularis.

Beggardi mutant habitum

III. „Ut inſimul Fratres belgæ depoſito ha„bitu, huc uſque per aliquot annos geſtari

„ſolito

„ solito, imposterùm uniformiter ex humili Anno
„ panno tunicam talarem grisæi coloris, ad 1650.
„ nigrum potiùs quàm album vergentis, gef-
„ tent, cum parva cappa pro pectore accumi-
„ nata, cinctique funiculo regulari Ordinis ze-
„ raphici; clamide utantur breviore ipsâ tunicâ
„ affibulatâ suprà cappam; nec galerum adhi-
„ beant, nisi ad iter faciendum vel arcendas
„ aëris incommoditates.

IV. „ Item habitâ consideratione distantiæ lo-
„ corum, ob quam non est facilis ad reveren-
„ dissimum P. Generalem recursus, sit semper
„ in ea provincia Commissarius nationalis ab
„ eodem reverendiss. Generali constituendus, ad
„ quem à Provinciali recursus haberi possit:
„ abstineatque reverendiss. Generalis ad aliquid
„ definitivè ad eam Provinciam pertinens con-
„ cludendum, non audito priùs Provinciali &
„ Definitoribus.

V. „ Quod reverendiss. Pater Provincialis pro
„ tempore semel dumtaxàt (in suo sexennio &
„ per se ipsum) illam Provinciam visitare &
„ præesse Capitulo provinciali possit, eique
„ pro ordinariis expensis itineris 300. fl. braban-
„ tini solvendi sunt.

VI. „ Quandocumque verò Generali per se pro-
„ vinciam visitare & Capitulo (interesse) non licue-
„ rit aut non libuerit, hanc facultatem impertiri
„ debeat vel Commissario præfato ordinario,
„ vel alium ibidem nationalem, tam ad visi-
„ tandum quàm ad præsidendum Capitulo, eli-
„ gere, cujus munus expiret peracto Capitulo:
„ ipso verò visitationem incipiente Commissa-
„ rii ordinarii jurisdictio suspensa maneat.

VII. „ Nemo ex Fratribus belgis ad Italiam
„ vocari, vel Italus in Belgium mitti litteris
„ obedientialibus debet, nisi priùs consulto
„ Provinciali & factâ permutatione æquiva-
„ lente.

 VIII.

Anno 1650. VIII. „ Quod eidem Provinciæ juxtà Apostolica privilegia licebit assumere vel retinere Conservatores in litteris Pontificiis nominatos.

„ Supradictæ Capitulationes lectæ fuerunt in aula capitulari Capituli generalis in conventu S. Anthonii de Padua civitatis Assisii, & consideratæ in Capitulo ab omnibus per verbum *Placet* approbatæ & confirmatæ. Et in fidem . . . Assisii . . . . die 31. mensis may anni 1653. . . . ."

Balthasar Cordier S. J. BALTHASAR CORDIER dictus *Corderius* Antverpiæ natus anno 1592. Societatis Jesu sacerdos, Doctor theologus & Professor in Viennensi Austriæ Academia, Græcè in primis eruditus, quas apud suos litteras jam ante Bruxellæ atque alibi docuerat, vir compositis admodùm ac religiosis moribus, qui plura impigrè scribens ac notans, etiam secundò reversus Romam & eadem sedulo agens, obiit hoc anno 1650. 24. junii ætatis 58. Plura vulgavit theologica Antverpiæ, Viennæ & Tolosæ, quæ recenset Foppens *Bibl. Belg. pag.* 122.

Christophorus Butkens cisterciensis Historicus. CHRISTOPHORUS BUTKENS Antverpiæ natus anno 1590. religiosus Cisterciensis in monasterio, nunc Abbatia S. Salvatoris, vulgò *Petri-pots* in hac civitate, ac è Suppriore, novitiorum directore ac provisore Prior Prælatus anno 1631. Vir erat ingenii acrimoniâ, morum honestate, linguæ eloquentiâ mirabilis; hispanici, italici, gallici ac teutonici idiomatis peritissimus; in politicis eminens; historiarum præsertim belgicarum cæterarumque antiquitatum curiosus explorator; in prosapiis Regum, Principum, Ducum aliorumque Nobilium inquirendis probandis & firmandis nulli secundus: unde tum Magnates tum etiam in utroque jure consiliarii ac judices ad ipsum pro intricatissimis stemmatum

tum nobilitatumque quæstionibus recurrebant, atque ab ejus ore pendebant. Porro dum anno hoc 1650. Hagæ-comitis apud Batavos pro recuperandis monasterii sui proventibus coram Ordinibus fœderatis causam suam ageret, immaturo morbo, imò & morte præventus animam efflavit die 30. septembris. Corpus ejus Antverpiam delatum juxtà summum Altare ecclesiæ suæ S. Salvatoris conditum fuit. Scripsit *Trophea quà sacra quà prophana Ducatûs Brabantiæ* Antverpiæ typis Christop. Jegher 1641. fol. cujus nova editio gallicè prodiit Hagæ-comitis 1724. fol. 2. vol. Tomo secundo inserta sunt ab eo relicta manuscripta. Accessit 1726. ibidem *Supplementum* fol. 2. vol. Dedit & varia genealogica, gallicè, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg. pag.* 175., ubi & epitaphium ejus refertur.

Anno 1650.

FRANCISCUS VAN DE ZYPE dictus *Zypeus* J. C. Canonicus, Officialis atque Archidiaconus Antverpiensis, natus anno 1580. Mechliniæ, sed occupatâ ab hæterodoxis Mechliniâ, sacrisque ecclesiæ ritibus inibi mense julio abrogatis, Antverpiam (ubi, licèt etiam ab hæreticis occupata, hactenùs non omne exercitium religionis catholicæ interdictum erat) delatus ibidem baptizatus est. Missus Lovanium quintum in concursu quatuor pedagogiorum locum obtinuit. Dein Juris studio se dedit & Baccalaureorum J. U. collegio Fisci titulo præfuit; cum interim ab Episcopo nostro J. Miræo vocatur & assumitur, ut sit ei à secretis & adscribitur inter Canonicos Anderlechtenses; reversus Lovanium pro gradu Licentiæ J. U. eum obtinuit 1604. die 10. januarii. Vir sanè ingenio eleganti, moribus humanis ac Fori utriusque jure usuque instructus, cui etiam scripta pleraque sua accommodavit & authoritatis Pontificiæ & jurisdictionis ecclesiasticæ assertor strenuus, & Molinæi

Francisci Zypeus Canonicus J.

Anno 1650. linæi &c. pseudo principiis omninò oppositus. A pluribus Episcopis belgis ad infulas expetitus ac nominatus. Obiit 4. novembris hoc anno 1650. ætat. 71. sepultus in Cathedrali, ubi legitur hoc ejus epitaphium.

Nil admirari.

Epitaphium. *Rev. adm.* D. Francisco Zypæo *J. C., Prothonotario apostolico, hujus ecclesiæ Canonico, pridem Jurisdictioni sacræ præfecto, Archidiacono & Episcopatûs Vicario generali, Domino de Cowendalen & Oudermeulen, doctrinæ elegantiâ, vitæ morumque integritate, juris dicendæ solertiâ editisque ingenii sui monimentis, bene de sua, bene de postera ætate merito* Petrus Florentius & Guilielmus Zypæi *fratri bene merenti hoc monum. P. C. Decessit anno salutis MDCL. prid. Nonas novembris ætatis* 70. *Piis manibus Lector bene precare.*

Scripta. Extant ipsius varia vario tempore edita opuscula juridica specificata apud Fop. *Bibl. Belg. pag.* 318., quæ in unum corpus collecta duobus vol. in fol. prodierunt Antverpiæ apud fratres Verdussios 1675. ac dein sæpiùs alibi.

Gaspar Verstockt Cisterciensis S. Bernardi. GASPAR VERSTOCKT Antverpiensis Abbatiæ S. Bernardi ad schaldim ordinis Cisterciensis religiosus, Auctor est *Cœnobio-graphiæ seu Descriptionis Abbatiæ loci S. Bernardi ad Schaldim in Brabantia*, quæ extat in *Brabantia illustrata* Anthonii Sanderi. Insuper alia vulgavit typis Antverpiensibus hoc anno 1650., quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 330.

1651. Josephus de Bergaigne Archiepiscopus Cameracensis obierat, ut suprà vidimus, anno 1647., successit ei in Archiepiscopatu Episcopus noster GASPAR NEMIUS: an autem hic immediatè post obitum illius ad dictum Archiepiscopatum sit nominatus, non liquet. Interim alii scribunt eum factum Archiepiscopum anno 1649.,

Gaspar Nemius fit Archiepisc. Cameracensis.

alii

alii eum decessisse Cameracum anno 1651., alii 1652. & successor ejus in Episcopatu Antverpiensi demùm nominatus legitur anno isto 1652. & consecratus anno 1654. Quid causaverit istas dilationes non video. Interim Gaspar Nemius factus Archiepiscopus Cameracensis ibidem supervixit usque ad annum 1667. Anno 1651.

Moniales Norbertinæ, quæ anno 1641., ut suprà vidimus, Antverpiam confugerant, ibidemque hactenùs hæserant tamquam in Refugio, incipiebant seriò agere ad obtinendum hìc pedem fixum licentiamque extruendi monasterium. Jam à duobus annis obtinuerant inhabitabantque domum conviviis nuptialibus celebrandis servire solitam, sitam juxtà locum dictum *de Ysere-waeghe*, eandem in qua jam habent monasterium & ecclesiam, habebantque jàm ab Episcopo *Nemio* licentiam aperiendi templum & faciendi publicè divina officia. Religiosæ Norbertinæ tentant admitti.

Meritò autem Pastor & Magistri fabricæ parochialis ecclesiæ S. Andræ timebant, nè si moniales istæ à Senatu & Capitulo admissionem obtinerent, posticam, locutorium aut ecclesiam locarent in platea *de Augustyn-straet* è regione parochialis ecclesiæ S. Andreæ, quod nocivum credebant dictæ ecclesiæ. Hinc dicti Pastor & Magistri recurrunt ad Senatum & per Libellum supplicem exponunt, quod timebant, requirentes quatenùs id præcavere vellet. Ad Libellum autem hanc obtinuerunt apostillam, quæ refertur in registro dictæ ecclesiæ *fol.* 241. unde hìc eam subjungo.

Myne Heeren Borgemeesters *ende* Raedt *der stadt van Antwerpen, hebben geordonneert, gelijck Sy ordonneren mits desen aen die van den* Clooster *van de Vrouwen* Norbertinen, *tegenwoordig binnen dese stadt gevlucht, egeen Clooster, Kercke, Capelle nochte Spreeckhuys te maken,* Interim prohibetur nè locutorium &c. habeat è regione S. Andreæ.

nochte

Anno 1651. *nochte te doen maken, 't zy in het innekomen, nochte uytgaen, tegens over der parochiale* Kercke van S. Andries *binnen dese Stadt Actum in den maendaeghschen Raedt in Collegio den 25. September* 1651. Onderteckent : *C. Gevaerts.*

Canonicæ Oostmallenses admittuntur. Canonicæ regulares viventes secundùm regulam S. Augustini, quæ jam à triginta annis, anno nempè 1621., fugientes belli incommoda ex monasterio suo de Oostmal in hanc civitatem confugerant, tandem etiam desiderantes hic pedem figere obtinuerunt licentiam tum à Senatu tum à Capitulo. Conditiones autem sub quibus à Capitulo admissæ sunt, continentur in Concordato cum illis hoc anno 1651. inito, quod ex originali subjungo.

Concordatū inter illas & Capitulum. *Ex Archivis Capituli.* „NOS DECANUS & CAPITULUM Cathedralis Ecclesiæ divæ Virginis Antverpiæ „Capitulariter congregati ordinario die capitu„lari ex una, & R. adm. Pater ALEXANDER „JOCQUET Prior monasterii Rubeæ-vallis Cano„nicorum regularium Ordinis S. Augustini & „Commissarius monasterii Præsentationis B. Ma„riæ Virginis ordinis S. Augustini Canonica„rum regularium Capituli Windesimensis, nec „non R. Pater Fr. *Guilielmus van Hoolant* Rec„tor & Confessarius ejusdem monasterii & Ma„ter Priorissa & sorores conventuales Antverpiæ, „ex altera partibus, declaramus amicabiliter „convenisse in modum, qui sequitur.

Circà Sepulturam. „In primis, quod præter Religiosas sorores „conversas ac novitias infrà annum probatio„nis existentes & infrà septa monasterii dece„dentes neminem ad sepulturam admittent, nisi „semotâ omni inductione directâ vel indirectâ, „apud easdem contingeret eligi sepulturam, & „de dicta electione Nobis aut deputato nostro „legitimam fecerint fidem per legitimum pu„blicum instrumentum aut saltem per duos tes-

„tes

„tes fide dignos ac omni exceptione majores: Anno
„& tunc non aliter poterunt sepelire quàm ad- 1651.
„instar fratrum religiosorum Ordinis S. Fran-
„cisci hujus civitatis, & quemadmodùm illis,
„qui apud eos elegerant sepulturam, concessum
„fuit à Nobis sepelire juxta concordata desuper
„inita & quorum copia subministrata est, &
„facto nimirùm officio exæquiarum, septenarii
„& tricenarii in Matrice nostra Ecclesia, & de-
„ducto per nos seu ecclesiæ nostræ ministros
„corpore ad earumdem monasterium, omni-
„bus juribus ac etiam fabricæ ecclesiæ nostræ
„integraliter salvis ac si in dicta nostra ecclesia
„corpora fuissent sepulta.

„Oblationes etiam funeralium & exæquiarum, Circà oblat in missis.
„si quas in Missis apud eas offerri contingeret,
„nobis etiam integraliter reservamus, quas nos-
„tro receptori oblationum seu nostro deputato
„fideliter tradere tenebuntur.

„Item si ex domibus seu fundis earumdem Census debiti ex fundis acquirendis.
„monasterio aut ecclesiæ applicandis decimæ,
„redditus aut census nobis aut ministris nostris
„solvi hactenùs consueverint, easdem seu eos-
„dem dictæ Religiosæ more consueto persol-
„vent.

„Et in recognitionem jurium parochialium Recognit. juris pastoralis.
„promittent Superior ac Religiosæ dicti mo-
„nasterii unà cum mamburnis pro tempore
„existentibus, pro se & suis successoribus sin-
„gulis annis pridie Paschæ Nobis quindecim
„solidos monetæ Brabantiæ & Curato loci pa-
„rochiæ, quam eas inhabitare continget, quin-
„que solidos ejusdem monetæ perpetuis futuris
„temporibus efficaciter solvent & perpetuò sol-
„vere manebunt obligatæ.

„Tempore matutino ante prandium non ha- Circà tempus concionum.
„bebitur apud eas concio, nisi in vestitura aut
„professione sororum & tunc non nisi eâ horâ

„quâ

Anno 1651.

„ quâ non impedientur consuetæ conciones in Ma„ trice nostra seu aliis parochialibus nostris eccle„ siis, nè à dictis Matrice & parochialibus ecclesiis „ populus aliquâ ratione retrahatur.

Quid si locū deserant.

„ Et si (quod absit) contingeret dictas soro„ res locum Deo dicatum per mortem aut aliàs „ vacuum relinquere, quod ex tunc dictus locus „ remanebit in dispositione juris communis.

Canonici reputandi benefactores.

„ Ut autem perpetua charitas inter Nos ac „ Superiorem & Religiosas prædictas ad Dei „ laudem servetur, Nos Decanum & alios de „ Capitulo omnesque beneficiatos matricis eccle„ siæ inter benefactores suos suique monasterii „ nominabunt & in earumdem libro, in quo be„ nefactores earum descripti sunt, etiam describi „ curabant.

Anniversariū pro ipsis.

„ Et singulis annis primâ die non impeditâ „ post octavam Paschæ pro Nobis Decano & „ Canonicis, beneficiatis & officiatis dictæ ec„ clesiæ defunctis Anniversarium cum vigiliis & „ missa solemniter eorum more celebrari cura„ bunt, orando præcipuè pro Nobis & aliis „ benefactoribus: & tempestivè id Nobis insi„ nuari curabunt, ut per nostros deputatos „ dictis Vigiliis & officio Missæ possimus inter„ esse.

Hæc prælegenda Conventui singulis annis.

„ Et ut præmissa omnia & singula inviolabi„ liter observentur præfatæ Sorores unà cum „ Superiore earumdem promittent fide mediâ „ hæc omnia firmiter observare atque prædictos „ articulos in linquam vernaculam translatos co„ ram omnibus sororibus simul congregatis pu„ blicè singulis annis legi curabunt, nè qui „ eorum ignorantiam aliquâ ratione possit præ„ tendere; & tempore insinuationis supra„ scripti Anniversarii, singulis annis apud eas „ fiendi, significabunt dictos articulos, sic, ut „ præfertur in linquam vernaculam translatos &

„ publicè

„ publice coram omnibus simul congregatis tali „ tempore fuisse lectos. Anno 1651.

„ Postremò quod si ratione suprascriptorum „ dubium aliquod oriri contigat, quod om- „ nem interpretationem Nobis perpetuò reserva- „ mus. Dubia reservantur Capitulo.

„ In quorum omnium & singulorum fidem „ & testimonium binis instrumentis per Graphia- „ rium curiæ spiritualis Antverpiensis infrascrip- „ tum expeditis subscripsimus ac sigillo nostro „ respectivè subimprimi curavimus & per dic- „ tum Graphiarium etiam subscribi mandavi- „ mus.

„ Acta fuerunt hæc omnia Antverpiæ anno „ Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo „ primo, mensis augusti die secundâ, præsentibus „ R. Dno Guilelmo Hechts pbro & D. Joan. „ Borquelmans J. U. B. uti testibus ad præmissa „ vocatis, factâ priùs R. Dnæ Priorissæ & aliis „ conventualibus præsentibus interpretatione in „ lingua vernacula."

„ *Subscriptiones*.

„ F. DINGHENS Decanus.

„ A. JOCQUET.

„ Wilhelmus van Hoolandt.

„ JOANNA DE SMIDT Priorinne.

„ Anna Godtsurucht Suppriorin.

„ Lucia Schuyvers Arcaria.

„ Maria Lippens Procuraters.

„ Guil. Hechts Pbr.

„ Joan. Borquelmans.

„ Quod attestor ego Joannes Jacobæus Graphea- „ rius curiæ spiritualis Antverpiensis. J. Jaco- „ bæus."

Religiosæ hæ, sic undique consensum habentes, construxerunt splendidam ecclesiam & monasterium in loco *de Osse-merckt* juxtà Beg- ginagium, perseverantque ibidem in regulari ob- servantia Construunt monasterium & ecclesiam.

Anno 1651.

servantia usque in hodiernum diem sub curâ Canonicorum regularium Rubeæ-vallis. Et quia olim fundatæ fuerant in Oostmal, pago quarto lapide ab Antverpia, indeque huc advenerant; notæ sunt hodieque sub vulgari nomine *Oostmallen*.

Tria Cœnobia illius Instituti in hac civitate.

Hoc secundum erat Cœnobium Canonicarum regularium in hac civitate. Primum sub nomine *Facons* fundatum fuerat anno 1421. ; ut ad illum annum suprà relatum est, quibus nuper accessit tertium sub nomine *Nazareth* Canonicarum regularium; quæ huc confugerant ex *Walewyck*, admissum in hac civitate ab Episcopo & Capitulo anno 1737. Situm est via *de Vuyl-ruye* & est sub curâ Episcopi.

Jac. van Eycke Senator Poëta.

JACOBUS VAN EYCKE dictus *Eyckius* Antverpiensis Urbi ab eleëmosinis electus anno 1619, & Senatorii ordinis. Vir prisci candoris, studiique elegantioris, poëta amœnus & ad Veterum laudem assurgens, ut ex iis liquet, quæ, ut amicis gratificaretur, sparsim edidit, tum verò ex *Epithalamio*, quod in nuptias clar. Viri *Caspterii Gevartii* J. C. S. P. Q. Antverpiensi ab Actis cecinit & vulgavit typis Guil. à Tongris 1624. 4. Edidit insuper elegantibus versibus hoc anno 1651. 4. typis Plantinianis *Urbium Belgicarum Centuriam*. Foppens *Bibl. Belg. pag.* 512.

Franciscus Paludanus Minorita.

Franciscus Paludanus Antverpiensis in Ordine FF. Minorum S. T. L. Bruxellis & alibi Guardianus ac tandem anno 1648. minister Provincialis, quo munere ferè expleto de suis optimè meritus decessit Antverpiæ anno hoc 1651. 19. septembris in choro sepultus. Plura scripsit & vulgavit vernaculè, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg. pag.* 304. Vide etiam apud Sanderum *Brab. illust. Tom. III. pag.* 79.

Suprà

Anno 1652.

Prioratus Salvatoris erigitur in Abbatiam.

Supra vidimus ad annum 1650. *Christophorum Butkens* Priorem Prælatum monasterii S. Salvatoris in hac civitate obiisse 30. septembris. In locum ejus eodem anno suffectus est *Petrus Spers* nominatus ab aula 18. decembris & installatus in Prælatura ista 29. januarii anni sequentis. Tempore autem hujus Prioris-prælati religiosi dicti monasterii petiverunt ab Abbate Cisterciensi ordinis Generali per libellum supplicem, ut monasterium suum dignaretur erigere in Abbatiam, obtinueruntque petitum per litteras datas Cistercii 7. novembris anno 1652., quæ referuntur *Chor. Abb. S. Salvatoris Antv.* apud Sanderum *Tom. I. pag.* 551., unde illas subjungo.

Ex illis autem patent rationes inductivæ, exhibitæ à dictis religiosis ad obtinendum favorem istum.

Litteræ Generalis Ordinis desup

„NOS Frater CLAUDIUS VAUSSIN Abbas „Cistercii in Cabilonensi diœcesi S. T. in facul„tate Parisiensi Doctor, christianissimi Regis „in supremo Burgundiæ senatu primus Consi„liarius, universi Cisterciensis ordinis caput „& superior generalis, ejusdemque Capituli „generalis plenariâ potestate fungentes, univer„sis præsentes litteras inspecturis salutem in „Auctorem salutis.

„Quæ majori divinæ gloriæ accessioni, nos„trique sacri Cisterciensis ordinis decori & in„cremento apprimè conducunt, ea gratiosis „lubenter prosequimur favoribus.

„Cum igitur conventualis PRIORATUS S. SAL„VATORIS præfati ordinis nostri in Urbe Ant„verpiensi, fundatus anno Domini 1433." (*Potius dixisset* 1445., *ut suprà ad dictum annum vidimus*) „à generoso piæ memoriæ Domino „PETRO POTS equite aurato, ad hæc usque „tempora sub regulari nostri Instituti observan-

Anno 1652. „ tiâ permanſerit, ac maximoperè tam facul-„ tatibus temporalibus, quàm religioſorum „ numero excreverit; ſpeſque non mediocris „ affulgeat fore, ut ad ulteriorem ſplendorem „ noſtrique Ordinis amplius ornamentum dedu-„ catur, ſi in ABBATIAM erigatur.

„ Propterea venerabiles omnes religioſi, con-„ ventum prædicti monaſterii S. SALVATORIS „ conſtituentes, ſupplice Libello porrecto No-„ bis ſupplicârunt, quatenùs ad prædicti Ordi-„ nis noſtri ſplendorem ac decus, majoremque „ Dei gloriam, antedictum *Monaſterium* in „ ABBATIAM erigere, Priorique moderno & „ ſucceſſoribus ejus uſum Pedi paſtoralis ac pri-„ vilegia abbatialia concedere dignaremur.

„ Nos . . . perpendentes etiam, quod ſupra-„ dictus Prioratus S. SALVATORIS ſufficientes „ habeat proventus temporales ad alendos vi-„ ginti quatuor religioſos & ad ſuſtentandam „ dignitatem Abbatialem, ſupradictas ob cau-„ ſas . . . benignè annuentes ſæpedictum Priora-„ tum S. SALVATORIS de noſtra paterna & ple-„ naria ſacri Ciſtercienſis ordinis noſtri & Ca-„ pituli generalis ejuſdem, quâ fungimur, aucto-„ ritate in ABBATIAM præſentium ſerie conver-„ timus & erigimus, adeò ut ſuppreſſis *Prio-„ ratûs* & *Prioris* nominibus, in poſterùm per-„ petuis futuris temporibus ABBATIA & moder-„ nus *Prior* illiuſque ſucceſſores dicti loci ſupe-„ riores ABBATES nominentur & ſint; poſſint-„ que benedictionis Abbatialis munus accipere, „ uti muſceto, Pedo paſtorali, Annulo aliiſ-„ que inſigniis abbatialibus mitrâ exceptâ; „ nec non denique dictum monaſterium ſeu *Ab-„ batia S. Salvatoris*, ipſiuſque loci ſuperior „ ſeu *Abbas* modernus & ſucceſſores omnibus „ & ſingulis juribus privilegiis, gratiis, hono-„ ribus, titulis & gradibus nunc & futuris

„ perpe-

„ perpetuis temporibus frui & gaudere valeant, „ quibus *Abbatia* & *Abbates* nostri Ordinis „ sine mitra uti, frui & gaudere solent & de„ bent.... Datum Cistercii.... die 7. mensis „ novembris anno Domini suprà millesimum „ sexcentesimo quinquagesimo-secundo. *Signa„ tum* FR. CLAUDIUS *Abbas Cisterciensis Gene„ ralis.*" Anno 1652.

Abbas cisterciensis in his litteris concedit Superiori S. Salvatoris titulum Abbatis & omnia insignia abbatialia exceptâ Mitrâ, cujus usum concedere à solo dependebat Pontifice, ut ipsemet fatetur in epistola cum prædictis litteris transmissa, quæ refertur loco suprà citato. Hinc Abbates S. Salvatoris caruerunt usu Mitræ usque ad annum 1739., quando Abbas *Josephus de Pester* usum Mitræ petivit & obtinuit, ut mox infrà dicetur. Conceduntur omnia Abbatialia exceptâ Mitrâ

Ceterùm licèt Prioratus jam erectus esset in Abbatiam, & Prior licentiam haberet suscipiendi benedictionem abbatialem, Prior tamen hoc tempore *Petrus Spers* benedictionem abbatialem non suscepit, licèt duobus annis supervixerit, mortuus 6. kal. octobris 1654., sed nec successor ejus *Benedictus Blommaert*, nominatus Abbas eodem anno 21. decembris, benedictionem abbatialem suscepit nisi quinto regiminis anno, nempe 26. junii 1659. id est septimo post erectam Abbatiam anno. Rationem dilationis non satis clarè indicat Auctor præcitatæ Chorographiæ, qui tantùm mentionem facit invidiæ aliquorum & tumultuum bellicorum inter Gallos & Hispanos. Tantum suscipiunt benedictionem post 7. annos

Interim præsulerant religiosi S. Salvatoris, monasterium suum sufficientes habere proventus ad alendos viginti-quatuor religiosos & ad sustentandam dignitatem Abbatialem: quia non dubitabant, quin juxtà articulum XLIII. pacis Bona Monasterii in Zelandia non recuperant.

Anno 1652. Monasteriensis brevi redirent in possessionem ingentium bonorum, quæ ab erectione sua possederant in Insulis Zelandiæ, in quibus prosequendis Prior ipsorum *Christophorus Butkeni* Hagæ-comitis anno 1650. immortuus erat. Verùm nec tunc nec hactenùs Religiosi illi in possessionem dictorum bonorum admissi sunt. Quid autem causæ fuerit, quare dicti religiosi, non æquè ac alia quæcunque monasteria, obtinuerint restitutionem suorum bonorum, non liquet.

Abbates monasterii S. Salvatoris.

Suprà ad annum 1447. retuli PRIORES monasterii S. Salvatoris. Hic subjungo Abbates ejusdem.

I. PETRUS SPERS hujus monasterii Prælatus XIII. nec non primus Abbas ab ordinis Generali designatus. Obiit nondum susceptâ benedictione abbatiali anno 1654.

II. BENEDICTUS BLOMMAERTS Antverpiensis Prælatus XIV. primus Abbatialem benedictionem suscepit anno 1659. ab Abbate Veteris-montis propè Coloniam. Obiit anno 1668.

III. FRANCISCUS DIERICKX. Obiit anno 1687.

IV. ANSELMUS BOELS. Obiit anno 1695.

V. BERNARDUS WEERTS. Obiit anno 1707.

VI. PETRUS VAN CAN Antverpiensis. Obiit 1730.

VII. BERNARDUS DANIELSSENS. Obiit 1731.

VIII. JOSEPHUS DE PESTER. Antverpiensis

Petunt & obtinent usum Mitræ.

Prælatus XX. Hic octavo regiminis suæ anno à Pontifice petivit & obtinuit usum Mitræ per Bullam, quam prout communicata est subjungo. In ea autem leguntur rationes moventes exhibitas in libello supplici.

Bulla desuper

Ex Archivis ibi.

„CLEMENS Episcopus servus servorum
„Dei ad perpetuam rei memoriam.

„Romanum decet Pontificem, quem constituit Dominus super universam familiam suam in terris, ad ea libenter intendere, per quæ

„personas

„ personarum ecclesiasticarum quorumlibet, præ- Anno
„ sertim regularium ecclesiarum sub regulari dis- 1652.
„ ciplinæ jugo inservientium, fulgori & decori
„ ipsarumque ecclesiarum regularium splendori
„ & ornamento ad divini nominis laudem &
„ gloriam peramplè consulatur; eaque pro-
„ vidè disponere, ut divinus cultus semper
„ accrescat, & ecclesiæ ipsæ majores indies in
„ spiritualibus suscipiant incrementa, prout per-
„ sonarum earumdem & locorum qualitatibus
„ debitè pensatis conspicitur in Domino salu-
„ briter expedire.

„ Sanè pro parte dilecti filii JOSEPHI DE
„ PESTER infràscripti monasterii Abbatis Nobis
„ nuper exhibita petitio continebat, quoddam
„ monasterium ABBATIA nuncupatum sanctissi-
„ mi Salvatoris Antverpiæ ordinis Cisterciensis
„ antiquitùs fundatum & redditibus sufficienter
„ dotatum, ædificiisque & fructurâ conspi-
„ cuum, ad cujus ecclesiam frequens & maxi-
„ mus populi concursus accedere solet, & ubi
„ divina officia singulari devotione horis & tem-
„ poribus debitis peraguntur, disciplinaque
„ monastica religiosissimè juxtà prædicti Ordinis
„ regulam observatur, ac cujus Abbates pro
„ tempore existentes usu annuli & baculi non-
„ nullorumque aliorum pastoralium insignium,
„ ex privilegiis dicto ordini apostolicâ auctori-
„ tate concessis seu ab immemoriali gau-
„ dent.

„ Et sicut eadem petitio subjungebat, si usus
„ MITHRÆ aliæque prærogativæ Abbati pro
„ tempore existenti dicti monasterii ut infrà con-
„ cederentur, non modicum monasterio, or-
„ dini & ecclesiæ prædictis accederet ornamen-
„ tum, populique excitaret devotionis & reve-
„ rentiæ augmentum.

Anno 1652.

„Quare pro parte prædicti JOSEPHI Nobis „fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs monaſte„rii, ordinis & eccleſiæ prædictorum hono„rificentiæ & ſplendori in præmiſſis oportunè „providere de benignitate apoſtolicâ dignaremur.

„Nos igitur, qui votis illis, per quæ „divini cultûs augmentum procuratur, libenter „annuimus, prædictum JOSEPHUM ſpecialibus „favoribus & gratiis proſequi volentes, & à „quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & „interdicti aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cen„ſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis „occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet „innodatus exiſtit, ad effectum præſentium „tantùm conſequendum, harum ſerie abſol„ventes & abſolutum fore cenſentes; hujuſmodi „ſupplicationibus inclinati eidem JOSEPHO ejuſ„que ſucceſſoribus dicti monaſterii Abbatibus „pro tempore exiſtentibus, ut ipſe quoad „vixerit & dicto monaſterio præfuerit, ejuſque „ſucceſſores dicti monaſterii Abbates pro tem„pore exiſtentes MITHRA inter miſſarum alio„rumque divinorum officiorum ſolemnia, nec „non in profeſſionibus & aliis functionibus & „publicis actibus, ac aliàs quotieſcumque opus „fuerit, etiam in ſynodalibus, provincialibus & ge„neralibus Conciliis, etiam in præſentia ſanctæ ro„manæ eccleſiæ Cardinalium etiam de Latere Le„gatorum ac Archiepiſcoporum & Epiſcoporum „& aliorum quorumcumque, quibuſvis anni „temporibus & diebus, prout alii dicti Or„dinis Abbates utuntur, fruuntur & gaudent, „ac uti, frui & gaudere poſſunt & poterunt in „futurum: ſimiliter & pariformiter, non ſo„lum ad eorum inſtar, ſed æquè principaliter „uti, frui, gaudere liberè & licitè poſſint & „valeant, de conſenſu venerabilis fratris noſtri „moderni Epiſcopi Antverpienſis; & dummodo

„tam

„ tam dictus Josephus, quam ejus successores „ dicti monasterii Abbates prædicti sint benedicti „ juxtà formam Constitutionis felicis recordatio- „ nis Benedicti PP. XIII. prædecessoris nostri, „ quæ incipit *Commissi nobis*, apostolicâ auc- „ toritate tenore præsentium concedimus & in- „ dulgemus. Anno 1654.

„ Ipsumque JOSEPHUM, ejusque successores „ dicti monasterium Abbates pro tempore ex- „ istentes prædictos, desuper à quocumque quâvis „ auctoritate fungente vel dignitate fulgente sub „ quovis prætextu, colore vel ingenio, causâ, „ vel occasione inquietari, perturbari aut quo- „ vis modo impediri nullatenùs umquam posse, „ neque per quoscumque judices etiam Curiarum „ palatii apostolici auditores ac sanctæ romanæ „ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, „ Vicelegatos dictæque sedis Nuntios judicari „ & definiri debere.

„ Et si secus super his à quoquam (quâvis) „ auctoritate scienter vel ignoranter contigerit „ attentari, irritum & inane decernimus, non „ obstantibus quibuscumque etiam in eisdem & „ aliis conciliis editis aut edendis, specialibus „ vel generalibus Constitutionibus & Ordinatio- „ nibus apostolicis; privilegiis quoque, indul- „ tis & litteris apostolicis, quibusvis personis „ in contrarium præmissorum quomodolibet „ forsan concessis; quibus omnibus & singulis, „ etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de „ illis eorumque totis tenoribus specialis, speci- „ fica, expressa & individua ac de verbo „ ad verbum, non autem per clausulas gene- „ rales idem importantes, mentio aut quævis „ alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita „ forma ad hoc servanda foret: tenores hujus- „ modi ac si de verbo ad verbum, nihil peni- „ tùs omisso, & formâ in illis traditâ obser-

Anno 1652. „ vatâ inserti forent, præsentibus pro plenè & „ sufficienter expressis habentes, illis aliàs in „ suo robore permansuris latissimè & plenissimè „ ac specialiter & ex professo hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque „ contrariis quibuscumque.

„ Nulli ergo omnino hominum...

„ Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCC- „ XXXIX. pridie idus novembris Pontificatûs „ nostri anno X.

Abbates mitrati. Itaque cum religiosi obtinuissent hanc Bullam, curârunt ut brevi Abbati suo imponeretur Mitra, quæ prædicto *Josepho de Pester* solemniter imposita fuit in capella aulæ episcopalis per Episcopum nostrum CAROLUM D'ESPINOSA in festo S. Thomæ 21. decembris ejusdem anni. Obiit autem Abbas ille anno 1755.

Huic successit.

IX. Ampl. D. PETRUS DE LAET Liranus Prælatus XXI.

Confraternitas animarum. Anno hoc quinquagesimo secundo instituta est in monasterio seu ecclesia PP. Augustinianorum hujus civitatis, concedente Innocentio PP. X., CONFRATERNITAS dicta ANIMARUM seu eorum, qui pietate ducti procurant peculiaria officia divina in refrigerium animarum defunctorum, præcipuè in die *Commemorationis fidelium defunctorum* & per octavam ac aliis statutis temporibus. Pietas hæc summè placuit Antverpiensibus; unde similis Confraternitas brevi instituta est in ecclesia cathedrali & dein successivè in aliis parochialibus ecclesiis ac in pluribus aliis religiosis domibus, quæ summo splendore ac eminenti pietate officia divina procurant in solatium ac refrigerium animarum.

JOANNES

Joannes Chrisostomus van der Sterre Abbas S. Michaëlis in hac civitate obiit hoc anno 1652. 28. julii. Natus erat Silvæducis anno 1591. Antverpiæ in scholis Soc. Jesu humaniora absolvit, inde Norbertinum Institutum professus in S. Michaëlis, philosophiam apud suos, theologiam Lovanii in collegio sui Ordinis hausit. Postea variis in cœnobio suo functus officiis, demùm ex Priore in Abbatem assumptus est anno 1629. Edidit *vitam S. Norberti* præmonstratensium Patriarchæ Antv. 1622. 4. *Vitam ejusdem S. Norberti* flandro-belgicè lib. III. ibid. 1623. & latinè libro quarto auctior, quo differitur de ejusdem sancti in civitatem Pragensem facta translatione. *Chronicum Præmonstratense Ecclesiæ S. Michaëlis Antverpiensis*, quod ab Antonio Sandero Brabantiæ illustratæ insertum fuit. Ita Fop. *Bibl. Belg. pag.* 616. Verùm *Papebrochius*, ad Acta S. Norberti *Act. SS. Tom. I. junii pag.* 959. *n.* 112., ea quæ retulit Sanderus, adscribit Macario Simeomo ejus mediato in Abbatia successori, qui, inquit, *creditur, cum adhuc privatus esset, collegisse sæpiùs laudatam* Choro *seu* Cœnobiographiam S. Michaëlis, *eamque Sandero adoptandam tradidisse anno MDCLIX.* Insuper alia plura vulgavit, quæ vide in prædicta *Bibl. Belg.* loco citato.

Joannes Carolus de la Faille Antverpiensis Societatis Jesu mathematicis disciplinis inclytus, easdem in collegio Dolano apud sequanos primùm sexennio, dein Lovanii biennio, demùm in Academia Madritensi ab ipso illius exordio multis annis professus est. Illi dum Madriti degeret, Rex Philippus IV. filium suum Joannem Austriacum mathematicis institutionibus imbuendum dedit. Obiit Bercenone anno hoc 1652. ætatis 52. Quæ mathesim concernen-

tia

Anno 1652.

Joan. Chrisost. van der Sterre Ab. S. Mich. historicus.

Joannes Carolus de la Faille S. J. Mathematicus.

Anno 1652. tia vulgavit vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 604., ubi & epitaphium refertur ipsi ab illustri discipulo positum.

1653. Obiit anno 1653. 13. julii PETRUS DAEMS Antverpiensis, Carthusiæ Liranæ religiosus, qui anno 1640. fuerat quintus novæ Carthusiæ Antverpiensis Prior. Lusit heroïco versu *Encomiasticum solitudinis Carthusianæ* ediditque Antv. typis Verdussii 1623. 4. suppresso quidem nomine, sed quod hoc anagrammate satis expressit. SPES ME DURAT.

Petr. Daems Carthusianus.

Norbertinis à Vicariatu inhibetur, nè extruant è regione S. Andreæ.

Licet Senatus jam à duobus annis, ut suprà vidimus, inhibuisset monialibus Norbertinis, quæ hic in refugio erant, nè viâ *de Augustynstraet* è regione parochialis ecclesiæ S. Andreæ construerent monasterium, ecclesiam, capellam aut locutorium, unde introitus aut exitus esset: Pastor tamen & Magistri fabricæ inde non satis securi, majorem seu ulteriorem securitatem quærentes, ad id impediendum recurrunt ad Vicariatum sede vacante, & ad Libellum eum in finem anno 1653. oblatum has ab eo obtinuerunt apostillas, quas subjicio ex registro parochialis ecclesiæ S. Andreæ *fol.* 249.

De Eerweerdige Heeren van het Vicariaet *verbieden expresselyck aen de Vrouwe Priorinne ende d'andere Jouffrouwen* Norbertinerssen, *in dese stadt presentelijck gerefugieert, eenich Clooster, Kercke, Capelle oft Spreek-huys te maeken, t'sy in't innecomen nocht uytgaen tegens over de parochiale Kercke van S. Andries. Actum in Vicariatu den 2. augusti* 1653. Ondert. *Wegers Sigillifer.*

Apostilla altera eidem libello subscripta.

Nè emant fundum ad extruendum monasterium.

Verbieden vooraers geene erve in dese stadt te coopen tot het bouwen van een Clooster oft te doen publiken kerckelycken Dienst, sonder voorgaende wete ende consent van het Vica-

riaet. *Actum ut suprà.* Ondert. *Wegers Sigillifer.* Anno 1653.

Hinc satis patet Norbertinas continuò egisse ad obtinendum monasterium & ecclesiam in hac civitate, quod demùm obtinuerunt tertio post hæc anno, ut infrà dicetur.

Hinc etiam patet, concessionem Episcopi *Nemii*, quoad apertionem templi & celebrationem divinorum officiorum, de qua suprà, & quæ indicatur in litteris Episcopi *Capello*, infrà ad an. 1655. dandis, non fuisse nisi promissoriam pro tempore, quando haberent ecclesiam legitimè erectam.

Interim cum spes affulgeret obtinendi aliquando omnem debitum consensum ad erigendum in hac civitate monasterium &c. actum est de omnimoda separatione harum monialium à monasterio & monialibus Oosterhoutanis, unde huc confugerant, tam in spiritualibus quàm temporalibus; factaque est desuper conventio inter Abbatem S. Michaëlis & Præpositum Oosterhoutanum, quæ hoc anno 1653. die 22. augusti ratificata est Bruxellis per Abbatem Parcensem. Per eam Præpositus Oosterhoutanus transfert omnem jurisdictionem & superioritatem in moniales Antverpienses in Abbatem S. Michaëlis.

Norbertinæ Antverpienses separantur ab Oosterhoutanis.

Hinc Abbas S. Michaëlis anno sequenti 1654. transmittit hanc conventionem ratificandam & confirmandam ad Abbatem Præmonstratensem Generalem ordinis; à quo, licèt libellus desuper oblatus ei fuisset 4. julii, anno demùm sequenti 10. julii signatæ fuerunt litteræ confirmatoriæ, ut infrà dicetur. 1654.

Petitur confirmatio à Generali Ordinis.

Anno 1654. 13. septembris in Cathedrali nostra consecratus est novus & VII. Antverpiensium Episcopus MARIUS AMBROSIUS CAPELLO per prædecessorem suum *Gasparem Nemium* tunc Archie-

M. Ambrosius Capello consecratur VII. Antv. Episc.

Anno 1654. Archiepiscopum Cameracensem, assistentibus Antonio Triest Gandensi & Andreâ Creusen Ruremundensi Episcopis, cum nominatus feratur ad hunc Episcopatum ab anno 1652.

Qualis. Natus erat Antverpiæ anno 1597. ex *Francisco Capello* nobili Casaliensi Italo & *Maria de Boxhorn* Dominam de Eyck, à quibus sedulò educatus anno ætatis decimo-septimo Ordinem Prædicatorum in urbe natali professus est. Dein à superioribus in Hispaniam missus theologiam Salamanticæ didicit. Inde reversus in Belgium adhuc juvenis Diaconus Philosophiam Duaci, dein etiam Lovanii apud suos professus est: tum studii theologici Regentiâ per triennium perfunctus, in Academia Lovaniensi die 14. januarii 1627. ætatis suæ trigesimo Doctoralem S. T. Lauream adeptus est, quâ pariter ab ordine donatur secundo post anno. Tum successivè conventuum Mosæ-trajectensis, Bruxellensis suique Antverpiensis regimen subiit, tribus Capitulis provincialibus Definitor astitit; Missionis etiam hollandicæ præfecturam gessit. Romam ad URBANUM PP. VIII. pro sui Ordinis negotiis ablegatus in generali Capitulo in Provincialem Terræ-sanctæ primariumque magistri Generalis socium & collegam assumptus est: ab eodem denique Commissarius generalis per Provincias Belgii, Bohemiæ, Stiriæ & Carinthiæ constituitur. Tandem à Philippo IV. Hisp. Rege ad insulas Iprenses nominatur anno 1647. Verùm captâ per Gallos civitate, ingravescentibus bellis dilata est ejus inauguratio, donec tandem anno 1652. à Rege nominatus fit ad vocantem Antverpiensem Cathedram, ubi hoc anno 1654. die 13. septembris est consecratus & regimen suum feliciter cœpit.

Joan. à Lapide Præmonstratensis. JOANNES à LAPIDE aliàs *morel* Antverpiensis, Canonicus norbertinus ecclesiæ Grimbergensis, collegii

collegii theologici ordinis Præmonstratensis in Academia Lovaniensi Præses ac S. T. Professor, eâdem Præsidentiâ dimissâ constitutus Prior in Abbatia sua Grimbergensi; ibidem obiit 31. januarii 1654. æt. 59. Scripserat: *Cornelii Jansenii Iprensis Episcopi Laudationem funebrem* Lovanii habitam editamque typis Bern. Masii 4. relatam Romæ in Indicem per Bullam Urbani VIII. 6. martii 1641. & decreto 23. aprilis 1954. Insuper *Orationem encomiasticam in Laudem S. Matris Theresiæ à Jesu* ibid. typis Jac. Zegeri eodem anno 4. Vide D. Paquot *Memoires litt. tom VI. pag.* 23. Anno 1654.

GERARDUS à WOLSCHATEN Antverpiensis Præpositus monetæ Regiæ in Ducatu Brabantiæ, evulgavit flandricè hoc anno 1654. Antv. 8. librum, cui titulus *Mors larvata mundi vanitatibus* cum figuris à celeberrimo pictore *Hans Holbeen* delineatis. Gerardus Wolschaten.

Anno 1655. Episcopus noster admisit Moniales Norbertinas eisque concessit erectionem monasterii & ecclesiæ sine præjudicio jurium Cathedralis & Parochialis ecclesiæ S. Andreæ, ut patet ex litteris ejus desuper confectis, quæ referuntur apud Sanderum *Tom. I. pag.* 133.; unde hic eas contractim subjungo. 1655. Norbertinæ admittuntur ab Episcopo.

„ Fr. AMBROSIUS CAPELLO Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Antverpiensis omnibus has visuris salutem in Domino. Litteræ ejus desuper.

„ Cum R. adm. & amplis. D. Abbas S. Michaelis & Domina Priorissa & moniales ordinis Præmonstratensis hic in refugio degentes Nobis exposuerint, quod . . . D. Præpositus . . . de consilio & consensu perillustris & Rmi. D. GASPARIS NEMII, tum Episcopi Antverpiensis, prædecessoris nostri & Superiorum ordinis, tres moniales & unam conversam ex dicto Conventu de *Oosterhout* in hanc civitatem

Anno 1655.

„ vitatem transtulit & domum conviviis nuptiali-
„ bus celebrandis servire solitam, sitam juxta locum,
„ dictum vulgò *d'Tsere-waghe*, ibidemque huic
„ plantationi Pater cælestis tale dedit incremen-
„ tum, ut ad numerum novem monialium &
„ trium conversarum professarum cum aliquot
„ Novitiabus excreverit, & locum hunc visitans
„ idem perillustris & Rmus D. NEMIUS præ-
„ decessor noster omninò approbavit, ac dictis
„ monialibus licentiam aperiendi templum &
„ faciendi publicè divina officia concesserit, in
„ bona fiducia (uti declarabat) quod futurum
„ aliquando esset insigne monasterium, sicque
„ in præfato loco sexennio jam commoratæ
„ exercitia sua spiritualia & regularia continuà-
„ runt.

„ Quapropter prædicti exponentes humiliter
„ Nobis supplicârunt, cum dictæ moniales nè
„ vel minimum gravamen adferant huic civitati
„ vel sint allaturæ, sed potiùs utilem consump-
„ tionem; & constet per diplomata originalia
„ summi Pontificis ac Ducis Brabantiæ" (hæc
diplomata hactenùs latent) „ quod moniales Or-
„ dinis Præmonstratensis hic Antverpiæ anti-
„ quitùs habitaverint; ut easdem auctoritate
„ Nostra ordinaria admittere, earum admissio-
„ nem confirmare vellemus & dignaremur.

Vide supra ad a. 1135.

„ Nos omnibus maturè perpensis, illas certè
„ commiseratione & christiana charitate dignas
„ in hoc deploratissimo rerum suarum statu ju-
„ dicavimus; & ut juxta Institutum Regulæ
„ suæ in loco, ubi modo sunt, vivere, sub-
„ sistere, commorari & mansionem facere
„ possint auctoritate nostrâ ordinariâ (sine præ-
„ judicio jurium & præeminentiarum ecclesiæ
„ nostræ Cathedralis aut Parochialis ecclesiæ S.
„ Andreæ & aliorum quorumcumque interesse
„ habentium) concedimus & elargimur....

„ Datum

„ Datum Antverpiæ in Palatio nostro Episcopali die vigesima quarta mensis januarii anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto. Fr. AMBROSIUS Episcopus Antverpiensis, qui suprà. De mandato &c.

Incorporatur Ordini.

Cum moniales istæ jam ab Episcopo per præmissas litteras haberent licentiam commorandi in hac civitate ibidemque conventualiter vivendi, obtinuit Abbas S. Michaëlis ab Abbate Præmonstratensi jam ab anno petitam confirmationem conventionis initæ cum monasterio Oosterhautano, in qua ipse constituebatur superior novi erigendi monasterii in hac civitate, per litteras ejus datas in cœnobio Præmonstratensi die 1. julii 1655., quæ referuntur loco suprà citato *pag.* 132., & sic sonant.

Litteræ Abb. generalis desuper.

„ VISIS per Nos fratrem *Augustinum le Scellier* Dei & sanctæ Sedis apostolicæ gratiâ Abbatem Præmonstratensem, totiusque Ordinis Præmonstratensis Caput ac reformatorem generalem supplicâ ex parte R. Domini *Norberti* Abbatis S. Michaëlis Antverpiæ quartâ julii 1654. Nobis porrectâ, quâ exponit... inchoatam fuisse in urbe Antverpiensi novam Monialium Ordinis nostri, sub titulo Venerabilis ac SS. Sacramenti Eucharistiæ, fundationem...

„ Nos... præmemoratam Concordiam seu transactionem cum suis, prout exprimuntur clausulis; novamque cœnobii prædicti Monialium Ordinis nostri in urbe Antverpiensi sub titulo SS. Sacramenti Eucharistiæ fundationem approbavimus & confirmavimus, prout vigore præsentium approbamus & confirmamus, volumusque ut plenarios suos effectus sortiantur, nec sit licitum utrivis partium ab iisdem resilire.

„ Porrò antefatum *R. D. Norbertum* Abbatem S. Michaëlis Antverpiæ ejusque successores Abba-

„ tes

Anno 1655.

„ tes in dicti cœnobii monialium veros & perpe„ tuos Patres-Abbates seu Superiores immediatos „ instituimus & confirmamus ... salvâ tamen nos„ trâ & Capituli generalis auctoritate.... Datum „ in archicœnobio nostro Præmonstratensi die „ decimâ julii anno 1655. In quorum fidem..: „ F. *Augustinus de Scellier* Abbas Præmon. & „ Generalis."

Religiosæ hæ Norbertinæ sic admissæ ab Episcopo & à Generali ordinis, consensum Capituli Cathedralis demùm obtinuerunt in fine anni sequentis, ut infrà dicetur.

Ægidius Gerardi S. J.

ÆGIDIUS GEERAERTS seu GERARDI Antverpiæ natus 1596. Societati Jesu nomen dedit anno 1613.; quatuor annos docuit humaniora & per annos duodecim fuit Præfectus scholarum inferiorum; dein per annos 22. prædicator & director Sodalitatis B. M. Obiit Antv. 7. jan. 1655. dedit vernaculè *Speculum Philotheæ* Antv. 1646. 12. Vide D. Paquot *Mem. lit. tom. VIII. pag.* 70.

Joannes Hemelaer Canonicus.

JOANNES HEMELARIUS Canonicus Cathedralis Antverpiensis natus erat Hagæ-comitis parentibus calvinistis, à quibus in ea hæresi enutritus erat; verùm *Ægidio Schoondonck* S. J. presb. & famoso *Justo Lipsio* agentibus hæresim illam abjuraverat. Hujus discipulus fuit Lovanii. Inde reversus in patriam concepit anno 1600. desiderium videndi Italiam, quod intimavit *Lipsio*, qui eâ occasione *Hemelarium* prosecutus est luculento testimonio; ob mores optimos, faciles, lepidos, ob doctrinam variam in græcis & latinis, prosâ & versu. Extat illud integrum in *Athenis belgicis* Franc. Swertii *pag.* 436.

Romæ Cardinali *Cæsio* in deliciis fuit, in cujus familia per sexennium versatus est. Ibidem anno 1602. panegyrim fecit Clementi PP. VIII.

tali successu, ut optio daretur, num vellet locum in Bibliotheca Vaticani, num lautum beneficium. Placuit præ cæteris Canonicatus cathedralis Antverpiensis, ad quem accessit 1607., ubi Episcopis Miræo & Maldero gratissimus multa pro his, pro diœcesi & Capitulo utiliter gessit. Obiit ibidem ætate provectâ 6. novembris 1655. Anno 1655.

Nepotes ex Sorore habuit *Jacobum Golium* professorem Leydensem & *Petrum Golium* Carmelitam discalceatum, in Ordine dictum *Cælestinus à S. Ludovino*, quem ad catholicam fidem adduxerat; idem verosimiliter tentaverat in *Jacobo*, sed frustrà.

In funere Episcopi Malderi *Orationem* dixit & vulgavit anno 1633.

Hemelarius Auctor fuit *Expositionis numismatum Imperatorum Rom. à Julio Cæsare ad Heracleum.* 2. edit. Antv. 1614. & deinceps ibidem pluries cum auctario.

Dedit quoque *Pereneticum Angeli custodis ad Hugonem Grotium super ejus carcere* versu jambico Antv. 1621. 12. Hemelarius illud obtulit Grotio, dum elapsus è carcere Antverpiam venit. Aliunde patet eum laborâsse, ut Grotium ad catholicam fidem reduceret. Foppens *Bibl. belg.* pag. 656. & D. Paquot *Mem. litt. tom. XVII. pag.* 175. - 185.

Magistri fabricæ parochialis Ecclesiæ S. Jacobi in hac civitate jam à viginti-octo annis laboraverant ad obtinendam erectionem capituli Canonicorum in sua ecclesia, ut ecclesia illa, quæ magnificentiâ, amplitudine & numero parochianorum prima erat post Cathedralem, collabescens defectu oblationum propter malignitatem temporum, restitueretur in pristinum splendorem tum in ædificiis tum in officiis divinis. Id autem demùm obtinuerunt hoc anno 1656. à Capitulo Cathedrali & Episcopo, 1656. Capitulum S. Jacobi.

Anno 1656.

Gelijck oock den Eerw. Heer Bisschop *, by tyde wesende , sal hebben de jurisdictie ende cracht , die hem van rechtswegen ende naer gewoonte competeert over een Capittel niet exempt synde , gelijck dit nieuwe wesen sal.*

Jurisdictio Epilcopi.

Boven allen d'welck in teecken van subalterniteyt sullen Deken ende Canoninncken van dit nieuw Capittel gehouden wesen met hunne Clergie , Roy-drager ende Cruys-drager , in alle groote ende generaele Processien *, ende soo dickwaels sy daer toe van wegens den Heer Bisschop oft Cathedrael Capittel extraordinarie versocht sullen worden , te comen in Corpore in de Cathedrale Kercke (alwaer van nu voor altijts hun gedesigneert worden de gestoelten in't Besnydenis choor) om in de Processie tegenwoordigh te wesen , gaende aldus in Corpore voor den Acolyt ende Keers-dragers der cathedrale kercke. Dog in de cruys-dagen sullen die van dit nieuw Capittel houwen d'ordre by den Eerw. H. Bisschop ende ons te stellen : te weten dat sy sullen volgen naer de Clergie van andere Parochie-kercken deser stadt en gaen in corpore immediatelijck voor 't corpus der Clergie van de cathedraele kercke.*

Novum Capitulum comparebit in Processionibus.

Voorders nopende de jaerlijcksche comparitie in ons generael Capittel *, sullen alleen daer toe gehouden syn den Pastoor , oock Deken wesende , met sijnen Onder-pastoor.*

Pastor & Vicepastor comparcant in Capitulo cath. annuè.

... Sal het getal der Prebendaten mogen begroot worden tot twintich persoonen ende niet meer ; ten ware by licentie van den Ordinaris ende ons capittel. ...

Numerus Canonicorum.

... Tot uytvindinge van ... distributien *... sal ten opsichte van ider Prebendaet voor eerste ende ten beginne der fundatie ingebrocht ende toegeeygent worden tot de voorschreven tafel de somme van* hondert guldens *jaerlijckx. ...*

Distributio.

Boven

Boven welcke somme aldus voor al, ende sonder eenige andere de minste affectatie aen de tafel van distributien toe te eygenen, sal ider fundateur oft Patroon synen prebendaet alnoch effectivelijck versien met eene overende somme van twee hondert guldens *jaerlijckx, die als plaets sullen hebben ende gedaente van groote vruchten....* Anno 1656. Grossa.

Alle ende igelijcke fundateurs... sullen behouden voor hun, hunne rechte erfgenaemen ende al de gene op de welcke sal blycken t'selve recht wettelijck te wesen gedevolveert, het recht van Patronaetschap laïcum, *ofte recht van te presenteren een bequaem persoon, soo dickmael soodanige Prebenden sullen comen te vaceren....* Collatio Præbendarum.

De Confirmatie *van welcke presentatie ende* Institutie *sal wesen aen den Eerw. Heere* Bisschop *by tyde wesende, ende het* Inleyden *in de Possessie aen het* nieuw Capittel : *welcke geseyde alleenelijck ten opsicht van de Prebende staet, grypen sal.* Institutio.

Vermits den Deken, *van sijn Capittel gecosen zynde, van den Heere Bisschop geconfirmeert sal worden. Uyt crachte van welcke confirmatie, hy oock sal hebben, boven de digniteyt ende recht van in het Capittel te presideren, de sorge van zielen ende de jurisdictie over die van't Capittel... welcke Jurisdictie zich oock sal verstrecken tot de vermaninge van den Ceuster, Grafmaker ende Luyder ende der selve correctie, maer niet tot de cassatie.* Dignitas & jurisdictio Decani.

Boven welcke Digniteyt van Dekenschap geene andere sal opgerecht worden buyten wete ende danck van den Heere Bisschop ende cathedrael capittel. Unica Dignitas.

Niemant van de Prebendarissen sal mogen gebruycken den Over-rock met het Rocket, oft Rocquetum cum superpellicio non gestabunt.

Anno 1656.

eenich ander teeken aen een canoninck cathedrael eygen.

In Officiis conformabunt se cathedrali.

Wat aengaet de Getyden, Loff ende andere Godts-diensten sullen hun (soo veel als't gevoechelijck is) trachten te conformeren met d'observantie ende manieren der cathedrale kercke.

Die van't nieuw capittel en sullen noyt... iet attenteren, 't gene aen de digniteyt ende gerechtigheyt des cathedraels capittel contrarie ende naerdeeligh soude mogen wesen...

Fabrica procurabit necessaria pro officiis divinis.

welcke oprechtinge van capittel, met obligatie van te doen de Godts-diensten, en sal geensints de Fabrique der kercke ontlasten van te moeten fournieren alle dingen, die noodigh sullen wesen soo van buyten tot de reparatie ende conservatie van de kercke selfs, als van binnen tot het wel ende behoorlijck doen van der Godts-diensten, besonder van den choor; te weten alle behoorlijcke ornamenten, boecken, licht, broot, wijn, sacristaen, coralen met hunnen meester, organist ende andere oncosten van't musieck....

Hanc sententiam ad requisitionem per libellum supplicem Dominorum Pastorum Antverpiensium publicavit & executioni mandari curavit R. D. *Petrus van den Perre* J. C. Canonicus Cathedralis & Officialis Antverpiensis, ex commissione & speciali deputatione Illust. Domini Episcopi Antverpiensis, per litteras desuper confectas & locis consuetis affigendas datas 26. novembris anno 1663. relatas loco suprà citato, in quibus hæc: „ Præfatis autem regularibus inhi„ bemus ne deinceps aliquas mulieres post par„ tum ad purificationem admittant: mulieribus „ quoque puerperis injungimus, ut juxtà sen„ tentiam præmissam ad ecclesias suas Parochia„ les pro purificatione se conferant, ut ibi„ dem, juxtà probatissimam ecclesiæ consuetu„ dinem, à proprio Parocho benedicantur ac „ purificentur." 1663. Publicatur & executioni mandatur Antv.

POLICARPUS, ante ingressum religionis *Cornelius*, DE HERTOGHE Antverpiensis Canonicus Præmonstratensis in S. Michaëlis in hac civi- Policarpus de Hertoghe, Præmonstratensis.

Anno 1663. civitate theologiam Lovanii dedicit eamque in Abbatia sua professus est. Plura scripsit: inter alia *Vitam S. Norberti*, à Joan. Christoph. van der Sterre Abbate S. Michaëlis editam, novis notationibus & prolixis dissertationibus illustravit 4. Antv. 1656. *Religionem Canonicorum Ord. Præm.* sive Tractatum candidi & canonici ord. præm. Instituta exponentem 8. Antv. hoc anno 1663. Cætera exhibet Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1047.

Petrus Vloers Ord. Præd. PETRUS VLOERS. Dominicanus conventûs Antverpiensis & ibidem longo tempore cantor ac præfectus Confraternitatis S. Rosarii, obiit 5. aug. 1663. æt. 60. Prelo dedit *Miracula S. Rosarii* carmine cum Imaginibus æri incisis 2. vol. 8. 1658.-1659. D. Paquot *tom. XVIII. pag.* 307. dicit carmina benè composita, imagines optimè cælatas, sed omninò licitum esse dubitare de veritate aliquarum historiarum illic relatarum. Dedit insuper *den geestelijken Rosentuyn* &c. vide D. Paquot ubi suprà.

1664. Vidimus suprà sublatum anno præcedenti abusum, quo regulares in suis ecclesiis admittebant mulieres post partum ad purificationem,

Religiosi secum communionem ad infirmos occultè. restabat alius tollendus abusus, quo non tantum Religiosi omnium Ordinum, sed etiam præsbyteri quidam seculares sine scitu Pastoris occultè deferebant communionem ad infirmos ante vel post publicam administrationem. Abusus iste jam ab aliquot annis increbuerat Antverpiæ contra decreta Canonum & ordinationes Synodicarum, & præsertim Synodi Prov. Mechliniensis anni 1607. *tit. VII. cap.* 3. & Clementinæ *de Privilegiis & excessibus Privilegiorum*, in qua expressè hoc prohibetur religiosis sub pœna excommunicationis.

Conqueruntur per 2 sive Pastores... Pastores civitatis sæpe querelas desuper miserant ad Illustrissimum Dominum Episcopum: sed

sed, is, cum regularis esset, censebat in dictâ *Clementina* tantùm agi de dilatione Viatici. Anno 1664.

Hinc pastores recurrunt Lovanium ad S. T. Doctores, exponunt casum petentes desuper judicium, quod obtinuerunt anno 1664. subsignatum à quatuor Doctoribus 25. junii hoc modo. Per ... judicium Doctorum Lov. Obtinent.

„ Respondent infrascripti, *Clementinam* esse generalem ideoque omnibus Religiosis prohiberi „ sacram Eucharistiam, quibuscumque tam cle- „ ricis quam laïcis ministrare, sive id fiat „ occultè sivè publicè absque licentia speciali „ parochialis Presbyteri, neque restringi ad „ administrationem per modum viatici, salvis „ tamen exceptionibus ad calcem primi capi- „ tuli ejusdem *Clementinæ*; quæ firmant regu- „ lam in contrarium. Et quamvis post dictam „ *Clementinam* aliqua sint concessa privilegia „ regularibus, sive religiosis; ut non requisitâ „ licentiâ parochi omnibus Christi-fidelibus sa- „ cram Eucharistiam administrare possint, id „ tamen intelligendum est in suis templis & non „ extrà . . ." Casus positionem cum inconvenientibus inde subortis, & integrum Doctorum judicium cum nominibus subsignatorum, refert van Espen *Jur. Eccl. Tom. I. pag.* 352. *& seqq.*

Negotium Canonizationis sanctorum novemdecim Martyrum vulgò Gorcomiensium, qui anno 1572. sub initium tumultuum belgicorum ab hæterodoxis pro fide crudeliter habiti suspendio necati erant, agitari cœperat Romæ ab anno 1619. Cum autem negotium istud tardè procederet, Ordines variarum Provinciarum Belgii & notanter Ordines Brabantiæ, cum plerique istorum Martyrum Brabantini essent, supplicârunt Pontifici, quatenùs negotium illud ad finem duceretur. Litteræ Ordinum Braban- Ordines Brabantiæ petunt Canonizationem Martyrum Gorcomiensium.

Anno 1664.

tiæ desuper ad Pontificem datæ hoc anno 1664 exhibentur per J. B. Sollerium *Act. SS. Tom. II. julii pag.* 746. Licèt autem opus illud jam seriò agitaretur terminatum tantùm fuit anno 1675., quando martyres illi solemniter scripti sunt in catalogo Beatorum.

Petrus Verbiest donat & [illegible] in cathedrali

PETRUS VERBIEST Antverpiensis, mercator Hispanus in insula & civitate Gaditana junctus D. LEONARDÆ JOSEPHÆ COLARTE, è qua non reliquit proles; pietate ductus ergà VENERABILE, dum viaticum aut communio defertur ad infirmos, hoc anno per *Joannem Adamum Lemans* obtulit Capitulo cathedralis sex Lucernas argenteas impositas stipitibus similiter argenteis, cum Baldachino imposito quatuor stipitibus argenteis & summâ 1250. patagonum seu 3000. florenorum, sic ut Capitulum curam gereret conservationis & delationis absque ullo onere fabricæ aut Capituli. Donum illud & curam gratanter acceptavit Capitulum & commisit curam DD. Plebanis. Patent hæc ex *Actis Capituli*. Cum autem summa illa 3000. flo. non [illegible] ad perpetuò [illegible] [illegible]

Lucernas & Baldachinum

[illegible]

[illegible] & Picturas

[illegible]

, singuli musici 174. florenos. Summam m Senatus assumpsit ad reditum cum onere ;ulis solvendi suam quotam. Isti autem Ca-lani & musici tenentur à summo mane usque seram vesperam semper esse parati, quando-nque venerabile defertur ad infirmos. Qua-r Capellani ferunt Baldachinum, quintus efert vexillum & in via cantant hymnos de nerabili, sextus vacans tenet vigiliam ad nendos alios. Musici præcedentes juxtà vex-m ludunt instrumentis alternis strophis, dum pellani non cantant. Ut autem semper parati t, tenentur habitare intrà ducentos passus cathedrali & tenentur per se officium istud servare. Verùm fundatio hæc, licèt facta vi tamenti confecti anno 1672., demùm ad ple-m effectum deducta est anno 1676., quando . aprilis prædictæ peccuniæ à Senatu assumptæ it ad reditum, in cujus litteris patent supra-cta, & insuper quod ad loca pro tempore vacan- Capitulum cathedrale collationem habeat per os menses, quibus finitis succedit familia r mensem, dein Episcopus; sed præferri bent qui sunt de familia fundatoris.

Anno 1664.

Comitantur venerabile dum defertur ad infirmos.

Prænobilis Domicella M. T. C. KNYF de milia fundatoris, ultimò vidua Domini AN. JOSEPHI DU BOIS per testamentum con-tum 11. junii 1755. legavit ad augmentum & eliorationem hujus fundationis summam duo-cim millium florenorum cambialium, quod gatum Concilium Brabantiæ dein ratificavit.

Augetur fundatio ista.

ANTONIUS SANDERUS natione Flander, ori-ne Gandavensis, nativitate Antverpiensis, atus illic mense septembri anno 1586. patre *ivino Sanders*, matre *Maria de Keyser*, quæ ortè Antverpiam diverterat. Humaniora didicit ldenardæ & Gandavi, Philosophiam Duaci, bi inter primos anno 1609. in Artibus magis-

Antonius Sanderus historicus.

 terii

Anno 1664. terii titulum accepit, Lovanii Theologiam dein Duaci, ubi anno 1619. Licentiæ gradum accepit. Per annos plures Pastorem egit in Diœcesi Gandensi. Dein à sacris & secretis factus est D. *Alphonso* Cardinali *de la Cueva*, tum in Belgio existenti. Inde Canonicus Iprensis ac ibidem mox Graduatus, Scholasticus ac Pœnitentiarius. Demùm anno 16[illegible]., ut liberiùs Historiographiæ vacaret, pœnitentiarii Iprensis dignitatem præbendamque abdicavit. Interea exhaustis opibus suis hocce in studio consumptis, ultimos vitæ dies ægrè protraxit, benignè gratisque exceptus hospitio in Affligeniensi Abbatia propè Alostum, ubi & mortuus est 16. Januar. 1664. ætat. 73. sepultus ibidem ante altare S. Mauri. Vir meliori sorte dignus, & libris editis perennem famam adeptus. Dedit præter plura poëtica & encomiastica *de Scriptoribus Flandriæ* Antv. 1624. 4. *Flandriam illustratam* 1641. tom. II. in fol. quæ aucta prodiit Hagæ-Comitis [illegible]. tom. III. in fol. *Bibliothecam belgicam manuscriptam* Insulis 1641. 4. altera pars prodiit ibidem 1644. *Chorographiam* [illegible] Bruxellis 165[illegible] tom. [illegible] in fol. [illegible] iterum Hagæ-Comitis [illegible] tom. [illegible] in fol. [illegible]

[illegible] Antverpiensis, [illegible]

Franciscus [illegible] [illegible]

alia, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 316. Anno 1664.

Circà hæc tempore obiit Benedictus Remigius Noidens Antverpiæ natus circa annum 1610. In adolescentia transivit in Hispaniam, & illic se dedit ordini *Clericorum minorum*, in quo obiit apparenter inter annos 1660 & 1670., cum hispanicè è typographia Regia dedisset *de officio Curati & Confessoris* & 1551. 4. *Horologium spirituale, politicum & morale ad dirigendam vitam humanam* 1656. D. Paquot *Mem. litt. tom. XIV. pag.* 323. Ben.Remigius Noidens Clericus minor.

PHILIPPUS IV. hispaniarum Rex Marchio noster obiit 17. septembris anno 1665 ætatis anno 60., cum rexisset belgium annis 44. Princeps hic anno 1661. confirmavit privilegia ecclesiæ collegiatæ Andanensium Canonicarum nobilium in Comitatu ac diœcesi Namurcensi; signanter quod nullæ nisi primariæ nobilitatis usque ad quartum gradum lineæ rectæ admitti possint. Litteræ ejus desuper referuntur apud Miræum *Dipl. belg. tom. III. pag.* 273. 1665. Philippus IV. Hispan. Rex Marchio moritur.

Solemni pompâ celebratæ sunt ejus exæquiæ in Cathedrali Antverpiensi. G. Gevartius prelo vulgavit *Monumentum sepulchrale sive inscriptiones tumuli Philippi IV. in solemnibus exæquiis à S. P. Q. Antverpiensi in æde cathedrali erecti* 1665. fol. fig. Ejus exequiæ Antverpiæ.

In regnis ejus & dominio Belgii successit filius CAROLUS II. ætatis anno quarto. Carolus II. Hisp. Rex Marchio.

Moniales Ursulinæ Ruremundenses jam ab aliquot annis, ut suprà vidimus ad annum 1656. tentaverant admitti & pedem figere in hac civitate: sed hactenùs frustrà opponentibus se præcipuè Ludimagistris. Hoc autem tempore proprio ductu se locaverant in hac civitate, conduxerant domum viâ *den Ocver*, quam inhabitantes verosimiliter juxtà Institutum suum inci- Monialibus Ursulinis mandatur discessus.

 piebant

Anno 1665. piebant instruere juvenculas. Ludimagistri desuper libellum supplicem obtulerunt Senatui, & moniales audacter rescripserunt, donec tandem Senatus hoc anno 1665. ad eas miserit Secretarium Valkenisse cum mandato, ut domum, quam inhabitabant, desererent & discederent. Ita constat ex Registris Ludimagistrorum. Paruerunt moniales & discesserunt Liram, ibique hæserunt aliquot annis semper allaborantes, ut in hac civitate admitterentur, quod tandem obinuerunt anno 1681., ut infrà suo loco dicetur.

Joannes Bollandus S. J. Hagiographus. JOANNES BOLLANDUS natus in Julio-monte pago Ducatûs Limburgensis 13. aug. 1596., Antverpiensibus tamen meritò accensendus, eo quod meliorem vitæ partem ibidem in opere præclarissimo transegerit, & nomen suum perennare fecit in successoribus, qui vulgò *Bollandistæ* dicuntur. In Societatem Jesu admissus anno ætatis 16. litteras humaniores sexennio docuit ac dein scholis Mechliniensibus præfuit. Defuncto Antverpiæ P. *Heriberto Rosweydo* anno 1629., qui vastum opus de vitis & gestis sanctorum primus molitus fuerat, eumque in finem apparatum non exiguum undique congregaverat; delectus est *Bollandus*, qui in sparta illa succederet. Successit & in ea laboravit usque ad finem vitæ, nempè usque ad 12. septembris anni hujus 1665., quo obiit. Scripsit & cum sociis vulgavit ACTA SANCTORUM mensis januarii, februarii & martii tom. VII. Scripsit & alia illuc relativa, quæ exhibet Foppens *Bibl. Belg. pag.* 585. Series vitæ ejus, acta & virtutes prolixè descripta referuntur ante tom. I. martii.

1666. Capella Ven. Sacr. & principium Chori in S. Andrea. Anno 1666. in parochiali Ecclesia S. Andreæ erecta est capella Ven. Sacramenti cum principio quodam Chori, qui, licèt ad eum perficiendum

ndum Melchior van den Bosch, quondam c Pastor & dein Plebanus notabilem summ reliquisset, per seculum incompletus tit. Anno 1666.

FRANCISCUS DEURWEERDERS Ordinis Prædicatorum conventûs Antverpiensis, finitis studiis idit Romam, inde in Soriano ad venerandum c miraculosam imaginem S. Dominici. Inde dux à Generali obtinuit litteras Vercellas in demontio, ubi putatur asservari cingulum Thomæ; quo tendit animo eum videndi c., & in Belgio instituendi Sodalitatem sub ulo *militia angelica sub cingulo castitatis* . *Thomæ Aquinatis*. Inde redux docuit Philophiam Lovanii anno 1649., quo tempore ibim primò instituit dictam Sodalitatem & deinde bi. Inde revocatus Antverpiam factus est misonarius Rotterodami, unde fortè veniens Anterpiam illic obiit 1666. Varia scripsit & vulvit, quæ vide apud D. Paquot *Mem. litt.* . 188. Vide etiam *Act. SS. Tom. I. martii g.* 745. *n.* 15. *& seqq.* Franciscus Deurweerders Dominicanus.

CASPERIUS GEVARTIUS J. C. Antverpiensis nas 1593. patre *Joanne Gevartio* viro celeberrimo, quo suprà ad an. 1623., finitis humaniobus Lovanium dein Duacum profectus ab natis puero musis avelli vix potuit, Poëtæ omen famamque adeptus inter ævi sui primos. ixit quoque Lutetiæ Parisiorum, post Anterpiæ patrio in solo sedem fixit, S. P. Q. illis Urbis ab Actis, vulgò *Graphiarium* vocant. nno 1644. à Ferdinando III. creatus Consiliais & Historio-graphus cæsarius. Obiit Anterpiæ x. kal. aprilis 1666. sepultus in Cathe-rali in communi familiæ monumento in sacel SS. Cosmæ & Damiani cum eleganti Epitahio. Dedit: *descriptionem Arcuum triumphaum & pegmatum in Adventu Principis* FER- Casperius Gevaerts S. P. Q. Antv. ab Actis.

Anno 1667.

DINANDI AUSTRIACI *Belgii Gubernatoris an.* 1635; *Caloam recuperatam* Antv. 1642. & alia quæ vide apud Foppens *Bibl. Belg. pag.* 166.

Franc. Lopez & Maria Franco Domini de Contich.

Franciſcus Lopez Franco y Feo nobilis Caſtillanus & *Maria Anna Franco* conjuges, Domini de Contigh & Hellemont, condiderant reciprocum teſtamentum ante annum 1660. (quo ille obiit) in quo multa pia legata & pias fundationes ſtatuerant, inter alias Canonicatum in S. Jacobi & Hoſpitale pro infirmis militibus in Arce Antverpienſi. Hæc ſupervivens, & poſt obitum mariti Domina de Contich & Helmont, novum condidit teſtamentum 16. aprilis hujus anni 1667. in domo ſua in hac civitate viâ *de Wapper-ſtrate*, in quo laudat & approbat dictum reciprocum teſtamentum, addit pia legata & fundationes ante ſtatutas auget.

Fundant Canonicatum in S. Jacobi.

In primis Canonicatui fundando in S. Jacobi dos aſſignata erat ſex millia florenorum, adjicit hæc mille ducentos ſperans fore, ut eam admittat Illuſtriſſimus. Verùm licèt fundatrix non videatur diu ſupervixiſſe, cum Baro le Roy *Not. Marchi. pag.* 144. notet eam ſucceſſorem in Dominio de Contich habuiſſe an. 1668., Canonicatus iſte demùm plenè fundatus & admiſſus refertur an. 1681. adjunctâ fundatione R. D. Laureyſſens J. U. L. ac Canonici, ut ſuprà ad annum 1657. vidimus.

Et novum Hoſpitale in Caſtro.

Ad conceptam fundationem novi Hoſpitalis pro militibus infirmis in Arce multa adjicit, & deſcribit directionem ejuſdem, quæ meliùs patebunt ex ipſo textu. Verùm teſtamentum illud originaliter ſcriptum eſt hiſpanicè; vidi ego tranſlationem flandricam, ex qua deſuper ſequentia ſubjungo.

Deſcribitur in teſtamento hujus.

AENGAENDE het Gaſt-huys, d'welck wy by't voorſ. ons teſtament hebben geordonneert gefondeert te worden van twelf bedden voor armen

Spaig-

Spaignarts geweesende in dienst van syne Majesteyt Anno 1667.
op het voors. Casteel van Antwerpen, *soo wanneer als soude ontfangen worden de schulden, die men ons schuldig is in Spaignien, segge ende ordonnere, dat al is't, dat op den dack van myne aflyvigheyt de voors. schulden in't geheel ofte ten deele nyet en syn ontfangen, dat men het voors. Gast-huys sal fonderen, als hebbende my gepresenteert de plaetse* Don Juan Leones *Lieutenant van't voors. Casteel, als sijnde aldaer meer à proposito tot te voors. fondatie op het voors. Casteel van Antwerpen, ende hope sal facilder wesen, ende dat men t'selve sal doen in der maniere naervolgende, ende dat de Heeren Gouverneurs my t'selve sullen toelaten, mits de groote miserie, die de voors. Soldaeten syn lydende.*

In den eersten sal men de fabrike maken van den gront aff geheel nieuw, te weten de Infirmerye totte voors. twelf bedden, seer verheven van den gront met sijne kelders daer onder ende welffels daer boven ende de daeken gedeckt met ticchels; de bedden met nieuwe eycke houten seer wel gewerckt, op dat 't lanck mag dueren, ende dat men terstont sal coopen bedden van pluymen, matrassen, hooft-peulen, decksels, ende gordynen, sulcx dat alles seer wel volmaeckt is. Ægrotorium erigendum.

Men sal oock maecken eene Cappelle met synen Autaer van marmel ende schilderyen van St. Jan Godts (S. Joannis de Deo) *den welken sal Patroon wesen van't voors. Gast-huys. Ende begeire dat de twee contersfeytsels, die ick hebbe tot Conticq, het mijne ende dat van mijnen man van plaestre, men sal stellen aen beyde seyden van den voors. Autaer, ende dat de voors. Cappelle sal worden verciert met eenige ornamenten, gelijck versocht wordt voor dyergelijcke plaetse.* Capella. S. Joan. de Deo Patronus.

Ende

Anno 1667.

Ende van gelijcken salmen bauwen ende vaegen totte voors. Infirmerye een huys op de maniere van een Convent, omme daer inne te woonen de wynighe Paters ende Broeders van den Hermandad van den voors. St. Jan Godts, die sullen comen tot den dienste van de voors. sieckken; de welcke sullen gehouden wesen te doen alle daeghen eene misse tot laeffenisse van de zielen van mynen man ende van my.

Domus seu Conventus pro monachis deservituris.

Dos.

Ende voor allen't selve laete voor eene dote de somme van vyftich duysent guldens conforme het voors. ons testament. De welcke ick begeire dat men sal nemen uyt myne goederen, die ick sal comen achter te laten. Ende ingevalle de voors. goederen nyet bestant en waeren, als sijnde belamert in Spaignien in de Pagadarie generael, soo begeere ick, dat myne testamenteurs totte voors. fondatie sullen hebben te employeren de Juweelen, die ick hebbe gesloten in een cofferken, wesende van groote importantie, van de welcke eerst sal worden geemployeert 't gene noodig is tot den Bauw van de Infirmerye, Cappelle ende Convent ende tot het cieraet van de Cappelle, lynwaet ende reynicheyt totte Infirmerye ende allen 't gene noodich is tot ten dienst ende onderhout van de Religieusen, seer volcomen ende abundant. Ende het gene sal overschieten sal men aenleggen op rente seer vast ende die betaelt worden, omme het innecomen van dyen te distribueren tot het onderhout van de sieken.

Director seu Receptor.

Ende omme allen 't selve alsoo wel te regeren ende gouverneren sal gestelt worden eenen Major-domo, die sal ontfangen de voors. renten ende die distribueren ende onderhouden de huysinghe ende meubelen, ende daer van te houden ende te geven seer goede Rekeninge van alles...

Item

Item verclaere . . . ende alsoo is mynen wille, dat alles, het gene sal overschieten naer dat voldaen syn alle myne legaten . . . sal verdeylt worden tusschen N. N. ende het voors. Gast-huys voor het resterende derden deel, de selve noemende ende instituerende myne erf-genaemen. . . . Anno 1667.

Assignant insupertertiam hæreditatis.

Hospitale pro militibus hodieque subsistit in Arce Antverpiensi. Verùm quòd intentum fundatorum in omnibus executioni mandatum non sit, indubiè inde venit, quòd media assignata sufficientia non essent ad exequendam tam splendidam erectionem.

Hospitale illic subsistit.

Fundatores sepulti sunt apud minoritas in hac civitate in capella ab ipsis à fundo erecta & sub titulo *Frano-y-feo capelle* à suo nomine nota, in qua legitur ipsorum epitaphium, quod exhibet Le Roy loco suprà citato.

Fundatores sepulti apud Minoritas.

JOANNES BAPTISTA VERJUYS Antverpiensis Ordinis FF. Prædicatorum professus in patria, in Academia Lovaniensi S. T. Doctor creatus 6. febr. 1646. dein Bruxellis & Lovanii Prior; hic quoque S. Theologiæ Professor ac studiorum Regens, Provinciæ belgicæ Magister provincialis, missionumque hollandicarum sui ordinis præfectus apostolicus ab anno 1657. Muneri huic immortuus est Antverpiæ 21. septembris 1667. ætatis 57. Scripsit *Pastorale missionariorum* seu resolutiones casuum apud acatholicos occurrentium 12. Bruxellis 1664. & rursum 1682. Foppens *Bibl. Belg. pag.* 574.

Joan. Bapt. Verjuys Ord. Præd.

Obiit anno 1667. 15. novembris HENRICUS SCELLIERS Antverpiæ natus & illic conventûs Prædicatorum religiosus. Primus fuit magister novitiorum novitiatûs Bruxellensis erecti 1634. tertiò istius Conventûs Prior & tertiò confessarius Dominicanarum in Audergem. Anno 1650. perrexit Romam ad Capitulum generale pro electione

Henricus Scelliers Ord. Præd.

Anno 1667. tione Generalis, unde rediit cum titulo S. T. Doctoris. Scripsit Vernaculè *Regulam S. Augustini pro monialibus* &c. *Directionem pro ducenda vita pia & religiosa* Brux. 1658. 12. *Brevem Historiam fundationis conventûs Vallis-ducissæ in Audergem* ibidem 1662. 4. D. Paquot *Mem. litt. IX. pag.* 163.

Theodorus Moretus S. J. THEODORUS MORETUS Antverpiæ natus anno 1602. è celebri familia Plantiniana, dein Societati Jesu adscriptus, absoluto studiorum curriculo missus est in Bohemiam magisterio Artium liberalium & Philosophiæ insignitus; docuit illic Ethicam triennio, Philosophiam sexennio, Theologiam moralem quadriennio, controversias biennio & sacras litteras quadriennio interpretatus est, Mathesin quoque Pragæ & Vratislaviæ per annos XIV. professus. Vir in omni genere scientiarum apprimè versatus neque minùs à pietate ceterisque virtutibus commendatus. Demùm cum primaria Societatis munia per Bohemiam Silesiamque obivisset decessit Vratislaviæ die 6. novembris 1667. Illius sunt *Vitæ Sanctorum, qui peculiari officio coluntur in Regno Bohemiæ.* Pragæ 1649. 4. *Allegoriæ & soliloquia in Psalmos.* Antv. 1658. 8. *Affectuosa solatia morientium* Coloniæ 1662. 12. *Philalethes marianus* Vratislaviæ 1661. 4. *Catechismus Lutheri ex ipsis verbis Lutheri catholica loquentibus.* Brigæ 1662. 12. & alibi idiomate germanico. *De Principatu B. M. Virginis.* Antv. 1670. fol. item Coloniæ 1671. & alia mathematica, quæ indicat Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1125.

Antonius Anselmo J. C. ANTONIUS ANSELMO Antverpiensis J. U. Licentiatus in Academia Lovaniensi, in patria causarum patronus celeberrimus, suæque urbis per plures annos Scabinus & ibidem Curiæ ecclesiasticæ Advocatus Fiscalis; in consulta-

tionibus

tionibus suis clarus & solidus, in colligendis explicandisque Edictis summè laboriosus. Obiit anno 1668. ætatis propè 80. Apud PP. Brigittinos in pago de Hoboken extat ejus Epitaphium, quod refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 67. & D. Paquot *tom. III. pag.* 113. Illius sunt *Edicta ducum Brabantiæ* &c. Antverpiæ 1648. fol. IV. vol, opus utile jam auctum quinque tomis. *Codex Belgicus* Antv. 1649. fol. *Tribonianus belgicus* Bruxellis 1663. fol. *Commentaria ad Edictum perpetuum anni* 1611. 12. *julii.* Antv. 1656. fol. *Consultationes* &c. Antv. 1674. fol. Anno 1668.

BENEDICTUS REMIGIUS NOIDENS Antverpiensis, Clericus regularis minor S. T. Professor in Hispania vixit, edideque Matriti circà hæc tempora plura hispanicè, quæ indicat Fop. *Bibl. Belg. pag.* 134. Benedictus R. Noidens Can. regularis.

Marius Ambrosius CAPELLO Episcopus noster vacante sede Archiepiscopali die 12. may 1669. in hac civitate in ecclesia monialium Teresianarum hispanarum consecravit *Ignatium Augustinum de Grobbendonck* Episcopum Namurcensem assistentibus *Eugenio Alberto d'Allemont* Episcopo Gandavensi & *Nicolao French* Fernensi in Hibernia Episcopo, qui è sede sua per hæreticos deturbatus Gandavi residebat. Consecratus Episcopus Namurcensis

GUILIELMUS BOLOGNINO Antverpiensis S.T.L. Philosophiam Lovanii professus in pœdagogio Falconis, ubi olim inter magistros Artium promotus fuerat tertius in cursu anni 1608. Postmodum ad D. Georgium in patria parochus fuit ab anno 1628. usque ad annum 1643., quo factus est in cathedrali Canonicus atque librorum Censor. Obiit 24. octobris 1669. Scripsit patrio idiomate: *De ementita antiquitate fidei seu sectæ calvinisticæ* adversùs ministros Sylvæducenses Antv. 1630. 8. *De judice controversiarum in materia Religionis.* Ibid. 1638. 8. 1669. Guilielmus Bolognino Canonicus.

Funus

Anno 1669.

Funus reformatæ cana 1632. 8. *Alundam spiritualem.* Ibid. 1638. 8. Vide Fop. *Bibl. Belg. pag.* 393. qui annum obitus nescivit.

Gaspar Jongelinus Ord. Cisterc.

Gaspar Jongelinus *de Lambertinis* (sic se inscribebat in libello, quem vidi, intitulato, *Elogia ac insignia gentilitia Cardinalium &c.* prelo vulgato Viennæ Austriæ typis Cosmeri Viani.) Antverpiensis ordinis Cisterciensis, professus ad S. Salvatorem vulgo *Peer-pots* in patria. Post annos duodecim migravit ad Abbatiam Veterismontis sive *Aldenbergh* in Ducatu Montensi prope Coloniam ac S. T. Doctor creatur. Electus anno 1641. Abbas Disenbergensis in Diœcesi Moguntina ac posteà, cedente in favorem ejus ipso Sigismundo Archiduce Austrio-Tirolensi, Abbas Eusserthalensis Diœcesis Spirensis. Verùm utroque hoc monasterio per Lutheranos occupato, proventibus suis frustratus alia quædam beneficia ab Aug. Cæsare Ferdinando III. obtinuit in Regno Hungariæ, ac signanter Canonicatum in Cathedrali ecclesia Javariensi, vulgo *Raab*. Titulum insuper Historiographi cæsarei cum annuo honorario adeptus est; vivebat etiamnum Viennæ in Austria anno 1659. Tandem itineribus lassatus variisque afflictus morbis ad locum natalem remigravit, obiit ibidem 16. junii anno 1669. ætatis 64. Abbatialis dignitatis 28. sepultus in ecclesia monasterii sui, ubi ad portam sacristiæ extat monumentum marmoreum cum ejus Epitaphio, quod refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 328.

Evulgavit: *Notitiam Abbatiarum Ord. Cisterciensis per orbem universum.* Coloniæ 1640. fol. *Origines & progressus Ordinis Cisterciensis.* Ibid. 1641. fol. *Purpuram Divi Bernardi &c.* Ibid. 1644. fol. & alia, quæ vide loco suprà citato.

EDUARDUS BYL seu BILIUS Ord. Prædicatorum professus conventûs Antverpiensis, in quo & obiit 5. aprilis 1669. Dedit vernaculè *Legendam Sanctorum &c. tertii Ordinis S. Dominici* Antv. 1661. 4. & alia quæ exhibet D. Paquot *Mem. Litt. tom. VIII. pag.* 55. — Anno 1669. Eduardus Byl Ord. Præd.

Guilielmus Steur Antverpiæ natus circà an. 1583. habitum S. Dominici sumpsit in civitate natali. Anno 1615. à superioribus directus est Groeningam; ubi plurimos calvinistas etiam ministros reduxit ad sinum Ecclesiæ: quare per hæreticos carceri mancipatus est; unde à catholicis magno redemptus, dimissus & è Frisiâ relegatus; decessit Hagam-comitis sub protectionem Legati Reip. Venetæ. Illic pergens in functionibus missionarii obiit 9. febr. 1669. Dedit flandricè *Lilium castitatis virginalis* Antv. 1622. 12. D. Paquot *Mem. Litt. VIII. pag.* 63. — Guilielmus Steur Dominicanus.

Obiit etiam hoc anno ARNOLDUS GEULINCX Antverpiæ natus circà annum 1625. Philosophiam didicit Lovanii in Pœdagogio Lilii, ubi in promotione generali obtinuit secundum locum 19. novembris 1643. Cum dein per duos annos & dimidio operam dedisset Theologiæ, revocatus est ad supradictum Pœdagogium, & illic per duodecim annos philosophiam docuit. Dein cum à creditoribus obrutus esset, decessit Lugdunum Batavorum; ubi cum Religionem catholicam abjurâsset per quinquennium philosophiam privatim docuit & ad mendicitatem redactus fuisset, nisi *A. Haidanus* eum juvasset, & per ejus intercessionem obtinuisset publicam Philosophiæ Lectionem, quam habuit circiter sex annis; inter quos sine fructu factus Medicinæ Doctor obiit hoc anno 1669. Plura Philosophica vulgavit tum Lovanii tum Lugduni, quæ exhibet D. Paquot *Mem. Litt. XIII. pag.* 70. — Arnoldus Geulincx Philoso.

Anno 1570. Vide etiam [illegible] Hist. [illegible] verbo Gentium.

Circa hæc tempora incipiebant Judæi sese ingerere in hanc patriam contra edicta Principum anteriorum, de quibus [illegible] ad annos 1545. 1550. & 1569, quæ [illegible] per Belgium eis permiserant. Episcopus autem Antverpiensis Capellus [illegible] Judæos esse [illegible] & quod [illegible], ne noceant, eis opponi posse, Libellum supplicem conscripsit & tradidit Gubernatori Belgii, in quo suggessit & exhibuit rationes, ob quas tam illi tolerari non possint in his partibus. Libellus eius transmissus est ad D. A. Coriache Archidiaconum & Officialem Mechliniensem ad habendum desuper eius judicium. Is itaque longam fecit deductionem, in qua [illegible] explicat & [illegible] Episcopi [illegible] demonstrat, [illegible] esse in re illa [illegible] propterea. Deductio hæc [illegible] apud Miræum Dipl. Belg. tom. IV. pag. 639.

[illegible] Antverpiensis Societatis Jesu [illegible] vita functus Antverpiæ 5. [illegible] 1620. annos 36. Plures libellos [illegible] edidit: plures quoque ex [illegible] & gallico [illegible] in [illegible], [illegible] Bibl. Belg. pag. 33.

[illegible] Antverpiensis, [illegible] 1622, [illegible] Societatem Jesu anno 1622, [illegible] Obiit Antverpiæ [illegible], [illegible] & [illegible] Antverpiæ [illegible] Provinciæ [illegible] anno [illegible]. [illegible]

in

in concinnandis præsertim Emblematibus mirè ingeniosus, uti testantur libri sequentes : *Lux Evangelica sub velum sacrorum Emblematum recondita.* partes duæ Antv. 1648. 4. *Lucis Evangelica &c. Pars tertia in festa & gesta Sanctorum* partes duæ Antv. 1647. 4. Pars prima hujus partis seu tertia totius operis Romæ relata est in indicem 2. julii 1686. sedecim annis post obitum Auctoris. *Cæleste Empyreum in festa & gesta Sanctorum per annum &c.* Coloniæ 1668. *fol.* 2. *vol. fig. Divûm domus, facta & virtutes J. C. Mariæ, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum.* Coloniæ 1688. *Meditationes in Passionem Domini J. C.* flandricè Antv. 8. & alibi sæpiùs. Vide D. Paquot *Mem. litt. tom. III. pag.* 274. | Anno 1670.

JOANNES VAN PARYS Antverpiæ natus anno 1585. anno æt. 23. ingressus Societatem Jesu, illic procuratorem egit & prædicatorem per quadraginta annos, tandem extremum diem clausit octuagenario major in patria 23. martii 1670. Reliquit latinè *Margaretam Evangelicam sive Jesu Christi D. N. vitam, doctrinam, historiamque universam è Sanctorum quatuor Evangeliorum dispositione concordi, unà cum rerum præcipuarum, juxtà locorum ac temporum seriem, declaratione compendiariè ordinateque descripta* Antv. 1657. 4. Papebrochius *Acta SS. Tom. IV. junii pag.* 687. *n.* 1. asserit Opus hoc decies ante obitum Auctoris fuisse recusum, semper accuratiùs, & ex eo ibidem ad memoriam optimi Senis excerpit ea, quæ concernunt S. *Joannem Baptistam*, cujus vitam illic illustrat. | Joannes van Parys S. J.

Cùm Decreta Synodalia & Episcoporum circà cessationem ab operibus servilibus diebus Dominicis & festivis non ut decet observarentur, AMBROSIUS CAPELLO Episcopus Antverpiensis | Circà observationem festorum.

 desuper

Anno 1570. seliuper anno 15[illegible]. 16. Augusti [illegible] [illegible]. Inde refertur in Collectione [illegible] [illegible] [illegible] 1650. pag. [illegible]. in [illegible].

[illegible] FR. AMBROSIUS CAPELLO [illegible]

[illegible]

maghen hunne by-hebbende bagasie te doen ver- Anno
voeren met arbeyders oft kruy-waghenaers , soo 1670.
het van noode sal wesen.

II. Desghelijcks verbieden Wy op de voorghenoemde daghen eenighe goeden te koopen oft verkoopen , erven oft onterven : hoe wel dat omdes noodts wil toegbelaten wordt te verkoopen broodt , pastyen , speceryen , suycker , etelijcke vettewarye , ghelijck oock visch ende poellerye : maer en sullen de verkoopers niet moghen haer winckels op-doen , oft haer goederen oft waren voorsetten oft verkoopen om de koopers aen te locken. Veel min sullen sy moghen op de mercken oft straten verkoopen boter , kaes , eyeren , schilderyen , beelden ende diergbelijcke dinghen : al waer't oock dat de Vierdagh viel op eenen merckt-dagh van de weke , alles op de pene van ses guldens ende arbitraele correctie.

Sequuntur Articuli XXII. , in quibus exceptiones à generali lege pro quibusdam mercibus aut opificiis decernuntur ad determinatas horas , quæ videri possunt loco suprà citato. Dein concludit Episcopus.

Op dat dese Onse ordinantien op den selven voet , ghelijck den Eerweerdighsten Heer Bisschop Jaspar Nemius *onsen voorsaet saligher gedachtenisse die ghestelt heeft , te beter moghen onderhouden worden , bevelen Wy onse Officieren van onsen gheestelijcken Hove de overtreders neerstelijck waer - te - nemen ende teghen deselve behoorlijck te procederen. Wel verstaende dat de* wereltlycke handt *sal hebben de preventie in het calengieren , die wy oock mits desen tot opsieht van het ghene voorseyt is versoeken ende in den Heere neerstelijck vermaenen.*

Aldus ghedaen ende gheordonneert t' Antwerpen in ons bisschoppelijck Palleys den sesthienden dagh der maent augusti in het jaer ons Heeren

Anno 1677. *advisen de vonden en bevestigen. Ter ordonnantie van sijne Eerweerdighe Heeren gheteekent.*

Petrus de Bilthoven *Secr.*

1677. Anno 1677. accessit in hac civitate novus filiarum devotarum conventus, quæ imitantes

Maroilæ devotarum. vitam pœnitentem ac vivunt juxta institutum, quod tertium Carmelitarum est. Instituit eas *Hermannus à Sancto Norberto* Carmelita Discalceatus circa annum 1663. Teneramundæ, unde huc primæ advenerint, quæ ædificium emerunt via de *[illegible]*. Victum curant de labore manuum percipere, inhabitantes nunc domum amplam & commodam è regione majoris portæ parochialis ecclesiæ S. Georgii, expectantes donec ipsis concedatur Regula & institutum cujusdam approbati Ordinis. Frequentant Ecclesiam parochialem; habent tamen pro commoditate quotidiana Capellam domesticam, in qua divina celebrantur. Vulgo dicuntur *Maroilen*, quod nomen illis per ludibrium à vili earum habitu adjectum dicit Baro Le Roy. Verum hodie illarum habitus vilis non est: vestiuntur enim nigris ad formam fere [illegible] aliarum devotarum, nec ludibrio sunt in hac civitate. D. Paquot *Memoires Litt. tom. V. pag.* 33. putat tamen *Maroilen* sancte dici *Mariolas*, quia, inquit, cultui B. Mariæ peculiariter se dicant. Verum quod præ cæteris religiosis congregationibus peculiariter addictæ sint cultui B. Mariæ, non liquet.

Petrus Stockmans. PETRUS STOCKMANS Antverpiensis, primus in scholis artium Lovanii è pædagogio Falconis anno 1626. dein J. U. Doctor renunciatus die 7. decembris 1631. post quinquennale tantum in juribus studium. Literas græcas docuit in collegio Trilingui ab anno 1632. & factus est Regius juris civilis Professor. Obtinuit interea vi privilegiorum Academiæ præbendam in Ca-

thedrali

thedrali Iprensi : sed paulo post unà cum statu ecclesiastico eam dimisit, uxoremque duxit *Annam Mariam Schoreneroot*. Anno 1643. constituitur Consiliarius in suprema Brabantiæ curia, dein Assessor Cameræ bipartitæ Mechliniæ institutæ. Hinc anno 1663. in sanctiore senatu Consiliarius ac libellorum supplicum Magister: ad hæc Archivorum Brabantiæ custos, justitiæ militaris supremus præfectus, nec non ad Comitia imperialia Ratisponensia titulo Circuli Burgundici aliquando ablegatus. Obiit Bruxellis 7. may anno 1671. sepultus in choro FF. Prædicatorum. Plura juridica vulgavit, quæ refert Foppens *Bibl. Belg. pag.* 1012. Ubi dicit falsò ei adscribi duos tractatus nempè : *Jus belgarum circà bullarum Pontificiarum receptionem & defensionem Belgarum contrâ evocationes ad peregrina judicia*, ambos Romæ in Indicem relatos 23. aprilis 1654. Verùm D. Paquot *Memoires Litt. Tom. I. pag.* 56. dicit constare, ipsum illorum esse auctorem.

Anno 1671.

HENRICUS COMANS Antverpiensis ordinem Minimorum S. Francisci de Paula professus in conventu Nigeonensi juxtà Parisios, dein S. T. Licentiatus, variorum Provinciæ belgicæ conventum Corrector ac concionator disertus. Obiit in conventu Bruxellensi in ordine jubilarius 12. may 1671. Scripsit Gallicè *Ideam Christianæ perfectionis* Bruxellis 1645. 12. & 1657. 8. *Orationem funebrem* cujusdam Exprovincialis ibid. 1668. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 438.

Henricus Comans Ord. Minimorum

Hoc tempore verosimiliter adhuc in vivis erat FRANCISCUS L'HERMITE Antverpiensis, Societatem Jesu ingressus ab anno 1615. dein collegiorum Ruremundensis, Gandensis ac Lovaniensis Rector, superior missionum Hollandicarum, Domûs professæ Antverpiensis Præpositus. Scripsit vernaculè sed tacito nomine

Francisc. L'Hermite S. J.

Anno 1671. *Tergiversationem hæreticam & stermutatorium oblatum Samuëli Doreslaer* Predicanti Delphensi de communione sub utraque specie. Antv. 1648. 8. *Arborem majalem* itidem contrà hæreticos ibid. 1648. 8. & quasdam vitas vulgavit, quas indicat Fop. *Bibl. belg. pag.* 296.

1672. Henricus van Halmale Decanus Antv. Episc. Iprensis. Anno 1672. HENRICUS VAN HALMALE Antverpiensis ex prænobili Halmaliorum familia; J. U. L. Cathedralis Antverpiensis Decanus nominatus est ad Episcopatum Iprensem & eodem anno 28. octobris consecratus Mechliniæ ab Archiepiscopo assistentibus Antverpiensi & Namurcensi Episcopis. Obiit 19. aprilis 1676. ætatis 52.

XXXVI. Reliquiæ SS. exaltatæ in S. Salvatoris. Hoc anno 7. augusti translatæ sunt & exaltatæ in ecclesia Abbatiæ S. Salvatoris in hac civitate Reliquiæ XXXV. Sanctorum, quas anno 1633. Christophorus Butkens Prælatus S. Salvatoris obtinuerat ab Emanuële Portugalliæ Principe, quibus accesserant Reliquiæ *S. Hatebrandi* Abbatis & sic Reliquiæ Sanctorum triginta sex. Celebrat hanc translationem Papebrochius *Act. SS. tom. I. aprilis pag.* 74. *n.* 32. dicens, Abbas translationem faciendam curavit ornatissimam splendidissimamque, ducente aut comitante universo clero seculari ac religioso, ipsiusque urbis Magistratu. Non fuit, inquit, à multis annis Antverpiæ, quæ urbs in sacris Processionibus adornandis singulari excellere solet magnificentiâ, pompa ulla augustior spectabiliorque, quam illa, in qua sacræ Reliquiæ in suis singulæ ferculis sub novem labaris & cum totidem curribus triumphalibus circumgestabantur à totidem Ordinum Religiosorum viris primariis, additâ cuilibet inscriptione chronicâ. Ita *Papeb.*

Eâ occasione ibidem instituta Confraternitas. Ea autem occasione in illa ecclesia anno præcedenti instituta est Confraternitas sub invocatione *Sanctorum Benedicti Abbatis, Mauri & Placidi*

Placidi discipulorum ejus & Lutgardis virginis Cisterciensis & aliorum Sanctorum, quorum Reliquiæ (ut piè creditur) in dicta Ecclesia conservantur. Hæc Confraternitas illic etiam hodie perseverat. Anno 1672.

GUILIELMUS HESIUS Antverpiensis Societatis Jesu, Mathesin & Philosophiam professus, Orator facundus, Bruxellis in sacello Burgundico coram Archiduce Leopoldo Belgii Gubernatore per plures annos Latinè dixit, fluentis item venæ Poëta. Varia Collegia rexit, & anno 1673. senex domum professam Antverpiæ Præpositus moderabatur. Edidit *Emblemata sacra de fide, spe, charitate* typis Plantini 1636. 12. Item duplex *Emblema Elegiarum* ibid. 1634. 12. *Legatum fidelem ad Oratores christianos* Antv. 1657. 12. Foppens *Bibl. Belg. pag.* 407. 1673. Guilielmus Hesius S. J.

PETRUS MALLANTS Antverpiensis Carthusianus vernaculè edidit hoc anno 1673. *Vitam, virtutes & miracula S. Brunonis Carthusiensis ordinis patriarchæ.* Antv. 8. cum fig. Fop. *Bibl. Belg. pag.* 989. Petrus Mallants Carthusianus.

Anno 1674. erectum est in hac civitate in Seminario Episcopali Collegium pro Pastoribus, Vice-pastoribus &c. qui senio confecti, morbo gravati aut aliâ de causâ impediti in officio suo pastorali ampliùs servire non valent. 1674. Erigitur Collegium Pastorum.

Collegium hoc fundavit lautissimèque dotavit AMBROSIUS CAPELLO Episcopus Antverpiensis, donans in numerata pecunia summam centum & undecim millium florenorum salvo justo, applicandam ad reditus. Fundationem hanc fecit Episcopus pro bono Diœcesis, ut nempe infirmi Pastores &c. propositâ hâc honestâ conditione faciliùs inducerentur ad desistendum à suis beneficiis & sic ubique in diœcesi semper haberentur Pastores &c. qui per se vigorosè functiones pastorales obirent. Et hæc primaria est Per Ambr. Capello Episcopum Antv.

lau-

Anno 1674.

laudatissimaque Episcopi intentio in hac fundatione.

Litteræ fundationis.

Conditiones hujus fundationis ac traditio & acceptatio peccuniarum peractæ sunt privatim inter Episcopum & Provisores die 2. martii anno hoc 1674. : die verò 24. ejusdem mensis firmata fuit hæc fundatio per Actum notarialem, comparentibus coram notario Guill. de Hase Episcopo & Provisoribus, Actum ipsum subsignantibus. Hæc autem omnia ulteriùs firmata sunt per Actum scabinalem die 18. febr. anno 1675. Conditiones illæ, Actus notarialis & Actus scabinalis prelo vulgata sunt anno 1712. de beneplacito Illustrissimi Domini PETRI JOSEPHI Epis. Antv. signato 20. aug.

Conditiones

Hujus fundationis conditiones seu Regulas, quæ etiam referuntur apud Miræum *Dipl. Belg. Tom. II. pag.* 1122. & *Tom. IV. pag.* 495. subjungo.

Regulæ præscriptæ per Episc. fundatorem.

„ 1. IN PRIMIS in dicto Seminario Episcopali Antverpiensi accommodabitur locus commodus ad usum eorum, qui in hoc Collegio erunt assumendi, Presbyteri seculares, pauperes, habentes qualitates juxtà regulas & conditiones fundationis requisitas judicio RR. DD. Provisorum.

„ 2. Admittentur ad hoc Collegium Pastores pauperes, qui in Episcopatu Antverpiensi per annos sedulo deservierunt, & jam senio confecti morbo gravati vel aliâ de causâ impediti in officio suo pastorali ampliùs servire non possunt.

„ 3. Admittendi sibi providebunt de lecto, mensa & sedibus, si media habeant; sin minùs, ex parte fundationis hujus Collegii ipsis providebitur, uti etiam de candelis, igne in communi calefactorio aliisque necessariis.

„ 4. Ad-

 Anno 1574.

„ 4. Admissi pro hac fundatione habeant men-
„ sam separatam à mensa alumnorum Seminarii
„ Episcopatûs ; in eodem tamen refectorio. Pro
„ mensa autem solvetur ex hac fundatione ad
„ ratam ducentorum florenorum annuè pro sin-
„ gulis : quæ summa juxtà temporis exigentiam
„ & caritatem annonæ augeri poterit ex arbitrio
„ RR. DD. Provisorum.

„ 5. Admittentur etiam, in defectum senio-
„ rum pauperum Pastorum, senes Vice-pasto-
„ res vel alii vicarii aut sacerdotes, qui in
„ functionibus pastoralibus vel aliis in hoc Epis-
„ copatu per annos inservierunt & laboraverunt
„ ac judicio RR. DD. Provisorum qualitates
„ habent, ut ad hoc Collegium sint admit-
„ tendi.

„ 6. In defectum autem, quod Pastores,
„ Vice-pastores & alii sacerdotes seculares pau-
„ peres suprà nominati non existerent ad hoc
„ Collegium admittendi aut ad id se non
„ præsentarent : admittentur Bursarii & convic-
„ tores Seminarii Antverpiensis pauperes, qui
„ studia sua expleverint & ad curam animarum
„ per rigorosum examen prævie fuerint reperti
„ idonei : uti etiam illis deficientibus, alii eme-
„ riti theologi, primò hujus civitatis deinde
„ Diœcesis, qui in eodem Collegio, tam diu Nota.
„ remanere poterunt, donec de conditione oc-
„ currente poterit illis provideri, quamque etiam
„ acceptare tenebuntur judicio RR. DD. Provi-
„ sorum, alioquin ex collegio dimittendi.

„ 7. Admittendi in hoc collegio Sacerdotes
„ senio, morbo vel aliâ de causâ non impe-
„ diti, tenebuntur judicio RR. DD. Proviso-
„ rum eorumque mandato in ecclesiis parochia-
„ libus hujus civitatis vel etiam totius diœce-
„ sis excipere confessiones, subservire Pastoribus
„ illosque in divinis officiis juvare, invisere

„ pau-

Anno 1674.

„ pauperes ægrotos, maximè honestos, qui se
„ Eleëmosynariis declarare erubescunt, illisque
„ succurrere spiritualiter & corporaliter.

„ 8. Constituetur famulus vel ancilla judicio
„ RR. DD. Provisorum, qui sacerdotibus,
„ in præfato Collegio admissis, tempore infir-
„ mitatis in lecto sternendo aliisque necessariis
„ inserviat.

„ 9. Dominus Præses Seminarii etiam redditus
„ & bona hujus fundationis & Collegii, judi-
„ cio RR. DD. Provisorum, per se vel alium
„ ab ipsis assumendum administrabit, & singulis
„ annis exactum computum, distinctum &
„ separatum à computu Seminarii alumnorum,
„ coram RR. DD. Provisoribus hujus funda-
„ tionis reddere tenebitur.

„ 10. Quod si initio non occurrant debitè
„ qualificati, qui in Collegio admittantur com-
„ petenti numero, superexcrescentia annuorum
„ proventuum accrescet ipsi fundationi, donec
„ sufficiens sit ad alendos in eodem numero
„ duodecim Sacerdotes: eoque numero semel
„ fundato superexcrescentia applicabitur paupe-
„ ribus senibus, de quibus supra Articulo sep-
„ timo; nisi alia occurrat necessitas vel [illegible]
„ [illegible], qui [illegible] indigens,
„ si convenerit, in hoc Collegio admittan-
„ tur.

„ 11. Si quis [illegible] Ordina-
„ tionibus & Regulis [illegible] RR. DD. Provi-
„ sorum [illegible]. & si gravius [illegible]
„ [illegible]. [illegible] DD. Provi-
„ [illegible] Collegio
„ [illegible]
„ [illegible]

„ 12. Provisores [illegible]
„ [illegible] RR. [illegible] DD.
„ [illegible]

[illegible]

„ *Joannem de Weese* Archipresbyterum, *Carolum Joannem de Fourneau* & *Paulum van Halmale*, omnes ecclesiæ nostræ cathedralis Canonicos graduatos præsentes hìc & fundationem hanc pio zelo acceptantes. Anno 1674.

„ 13. Dum unus ex his quatuor morietur aut „ quacumque ex causâ hinc migrabit aut defungetur, reliqui tres superstites eligent quartum „ ex Canonicis ecclesiæ nostræ cathedralis: qui „ tamen post hac non poterit simul esse Provisor seminarii Episcopalis" (*id est nec Decanus nec Archidiaconus, qui sunt perpetui provisores seminarii Episcopalis.*)

„ 14. Si in præscriptis conditionibus aliquid „ addendum aut immutandum pro meliori bono „ aut regimine hujus fundationis & possessorum „ ejus occurrerit, DD. Provisores à Nobis suprà designati rem sedulo examinabunt, & ipsi „ juxtà mentem nostram ipsis indicatam, in „ omnibus ordinabunt, prout secundum Deum & „ conscientiam maximè judicaverint expedire.

„ Actum Antverpiæ in Palatio episcopali die „ secundâ martii anno Domini MDCLXXIV. „ *signatum.* Fr. AMBROSIUS CAPELLO „ Episcopus Antverpiensis. AUTBERTUS VAN „ DEN EEDE Archidiaconus Antverpiensis Provisor. J. DE WEESE Archipresbyter & Provisor. C. J. DE FOURNEAU Provisor. P. VAN „ HALMALE Provisor.

Subjungitur chirographum DD. Provisorum, in quo testantur se à prædicto Episcopo eodem die ad præscriptam fundationem recepisse summam centum & undecim millium florenorum salvo justo. Recipiunt centum & undecim millia flor.

Dein subjunguntur Conditiones seu Regulæ, confectæ per DD. Provisores, quarto post peractam fundationem die congregatorum, in favorem Illustrissimi fundatoris, quas inde subjungo. Regulæ præscriptæ à Provisoribus.

„ NOS

Anno 1674 „NOS infrascripti Provisores juxtà, mentem „Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Funda„toris, ab eo nobis in ipso Actu fundationis „indicatam, ultrà præscriptas conditiones statui„mus & ordinamus sequentia.

„1. Primò ut singulis diebus fiat sacrum in „sacello domestico Seminarii, pro diuturna „incolumitate Illustrissimi ac Reverendissimi „Fundatoris, & post ejus obitum pro animæ „suæ suorumque parentum & amicorum refri„gerio.

„2. Quod sacrum hebdommadatim fiet per „unum ex præfatis presbyteris per turnum, ei„que reliqui omnes tenebuntur interesse, nisi „legitimè fuerint impediti. Finito sacro legen„tur per celebrantem Psalmi *miserere* & *de* „*profundis* cum Collecta *Deus qui inter*, reli„quis alternatim respondentibus: absentes verò „tenebuntur præfatos psalmos privatim le„gere.

„3. Insuper pridie diei Anniversariæ, quâ „illustrissimum ac Reverendissimum Dominum „fundatorem mori contigerit, cantabunt post „meridiem in præfato sacello officium defunc„torum more Duplici, cum Invitatorio & „tribus nocturnis; ipsâ autem die Anniversariâ „cantabunt ibidem Missam *de Requiem* solem„niter cum Diacono & Subdiacono.

„4. Legent præthereà singulis mensibus pro „anima Illustrissimi ac Reverendissimi Domini „fundatoris semel Officium defunctorum cum „uno nocturno diei correspondente.

„Actum Antverpiæ die sextâ martii anno „Domini 1674. *Et erat signatum*: AUTBERTUS „VAN DEN EEDE Provisor Archidiaconus. J. DE „WEESE Archipresbyter Provisor. C. J. DE „FOURNEAU Provisor. P. VAN HALMALE Pro„visor."

Opulenta

Opulenta hæc fundatio, modo quo in præmissis litteris describitur, non diu stetit. Seminarium Episcopale, quod tunc situm erat è regione Aulæ Episcopalis in angulo plateæ *de Bernaert-straet*, ubi nunc est insignè diversorium sub insignio *S. Antonii*, apparenter amplum satis non erat ad illic parandum locum commodum pro Collegio emeritorum Pastorum & Vice-pastorum : insuper inconveniens mox judicabatur, senes Pastores & Vice-pastores in eadem domo habitare & versari cum junioribus theologiæ studiosis. Hinc satiùs judicârunt Provisores aliam domum coëmere distinctam à Seminario & in eam transferre seu locare Collegium Pastorum. Empta est autem domus ampla non procul à Seminario, viâ *de Schoen-merckt*, cui insigne *Rosa*, in qua nunc Seminarium Episcopale. In ea constitutus est Præses, famuli & ancillæ ac procurata utensilia necessaria. Sed hæc nova constitutio non magis placuit quàm præcedens : non enim lubebat pastoribus senibus, qui sibi hactenùs commodè vixerant, in fine vitæ collegialiter vivere ; unde primarium fundationis intentum, nempè bonum Diœcesis, hactenùs non habebatur, remanentibus senibus in suis beneficiis.

Anno 1674.

Mutationes quas subiit hæc fundatio

Cum autem Provisores fundationis huic malo non subvenirent, post quadraginta fortè annos Pastores diœcesis conspirârunt, & simul cum Episcopo *Petro Josepho* aggressi sunt Provisores in Concilio Brabantiæ, contendentes aliam formam huic fundationi dandam, quæ serviat primario fundationis intento, nempe bono Episcopatûs & commodæ ac lautæ sustentationi Pastorum & Vice-pastorum, qui præ senio &c. functionibus suis impares essent.

Lis desuper.

E Concilio autem Brabantiæ prodiit sententia lata in dicta causâ 18. julii 1716., per quam fundationis

Anno 1674. fundationis ordo omninò inverſus eſt & longè aliam formam accepit. Sententiam illam eodem anno prelo vulgatam Antv. typis Petri Jouret ſubjungo ex impreſſo.

Sententia lata in Conc. Brab. *DEN HOOOGHWEERDIGEN HEERE Biſſchop van Antwerpen, mitſgaders de Heeren PASTOORS* Callebaut *ende* Pletinx *cum ſuis* ſupplianten.

De Heeren PROVISEURS van de Fondatie van wylen den Hoogweerdigen Heere Biſſchop CAPELLO gedaeghde.

GHESIEN het Proces &c. t' HOF voeght de Requeſte civile der Supplianten, ende rejicieerende de gene der Gedaeghde, diſponerende op de concluſien der voornoemde Suppl'anten genomen by Inſcriptis *van den* XXXI. *meert* 1714.

t' HOF ordonneert aen den Heere Cononick ende Proviſeur Ertborn (qui erat præſes collegii paſtorum) *ſig met ſyne Domeſtiquen te retireren uyt den huyſe* de Rooſe *tuſſchen dit ende Baemis toekomende.*

Ende aen de Ghedaeghde *by proviſie te procederen tot verhueringhe van het voorſchreven huys.*

Mits-gaeders promptelyck te procederen tot publiecke verkoopinge van alle de meubelen van den ſelven huyſe toe-behoorende aen de voorſchreve Fondatie.

Verklaerende dat de penningen voorts-te-komen van de voorſchreve verhueringhe ende van alle de andere revenuen van de ſelve Fondatie ſullen ontfangen worden by den Preſident *van het* Seminarie Epiſcopael *van Antwerpen.*

Ende dat de ghene ſullen voorts-komen van de boven-ghemelde verkoopinghe ſullen geſtelt worden in handen der Gedaeghde *onder quittantie by hun geſaementlyck daer over te verlyden.*

Ordon-

Ordonneerende tot dien aen de meer-ghemelde Ghedaeghde *binnen vyfthien daegen te formeren ende aen de* Supplianten *over te geven pertinenten* Staet van alle de goederen, renten &c. *tegenwoordighlijck aen de voorschreve Fondatie competerende.* Anno 1674.

Eensamentlijck binnen den tijt van een maent te doen doen allen de open-staende Rekeninge.

Ende de selve gedaen zynde accordeert aen de Supplianten *daer toe ende tot alle de voorgaende Acces ende inspectie, om &c.*

Mitsgaeders aen twee ghecommitteerde *van de* Pastoors *van het Diæcese van Antwerpen van twee tot twee jaeren* gelyck Acces *ende* inspectie *van de* rekeninghen, *die van tyde tot tyde gedaen sullen worden.*

Waer mede de voordere justenuen ende conclusien ten Processe gedaen ende genomen, mitsgaders het Debat by vonnisse van den XI. *november lest-leden tot den Processe gevoegt, comen te cesseren* cum expensis *tot laste der* gedaeghde *in eygen en priveen naeme* & pœnis *der gerejicieerde Requeste civiel. Actum* 18. *julii* 1716.

Ita per hanc sententiam fundatio hæc novam formam accepit; & statutum est, ut cessante Collegio Pastoribus ac Vice-pastoribus &c., qui beneficia sua ob impotentiam derelinquerent, lautè de proventibus fundationis provideretur ipsique sibi, ut solebant, manerent sine ulla subjectione. Sic Fundatio ista perseverat hodieque. Induit novam formam.

Cum autem Fundatio jam aliam formam induisset & gaudentes fundatione sibi viverent, Provisores curârunt diu post hæc imprimi in foliolo conditiones concernentes participantes, eas modificantes pro moderno statu. „ Nè verò, inquiunt, quis hujus suæ obligationis „ ignorantiam prætexat, RR. DD. Provisores Modificantur conditiones.

Anno 1674. „ has conditiones & obligationes imprimi curâ„ runt, mandantes ut cuilibet ad hanc fun„ dationem admisso unum exemplar tradatur, „ volentes præterea ut imposterum nulli solvatur, „ nisi in apocha sua declaret se juxtà mentem „ illustrissimi Domini Fundatoris satisfecisse suis „ obligationibus ; quæ sunt

„ 1. Singulis diebus legere psalmos *Miserere* „ & *de Profundis* cum collecta *Deus, qui* „ *inter*.

„ 2. Pridie diei anniversariæ illustrissimi Do„ mini Fundatoris privatim devotè recitare offi„ cium defunctorum cum invitatorio & novem „ lectionibus : ipsâ autem die anniversariâ cele„ brare Missam de Requiem.

„ 3. Singulis mensibus semel legere Officium „ defunctorum cum uno Nocturno diei corres„ pondente pro anima Illustrissimi Domini funda„ toris. De cæterò commendatur omnibus, ut „ in precibus suis & Sacrificiis meminerint bene„ factoris sui, prout titulo gratitudinis se teneri „ nemo ignorat.

„ Ita resolutum Antverpiæ 13. martii 1745. „ *& erat signatum.* J. H. DAMIENS senior Pro„ visor, G. A. J. DE BEZERRA Provisor, „ A. BRIERS Archip. Provisor, H. VAN HAL„ MALE Provisor."

Paupertas requisita in admittendis ad hanc fundationem. Nuper agitari cœpit quæstio de paupertate requisita in illis pastoribus &c., qui vellent frui hâc fundatione, num nempè requireretur rigorosa paupertas, num solùm respectiva. Aliqui Provisores requirentes rigorosam paupertatem incipiebant exigere à se offerentibus exhibitionem statûs eorum quæ possidebant ; quod tamen ipsis Provisoribus in fundatione non injungitur : & exhibitionem istam exigebant tam operosè, ac si primaria intentio Fundatoris

fuisset

fuisset subvenire paupertati, & non utilitati Diœcesis. Anno 1674.

Alii Provisores reputantes primarium intentum Fundatoris fuisse bonum Diœcesis, tantùm requirebant paupertatem respectivam, sic ut Pastores desistentes non haberent sufficientiâ ad honestè & commodè secundùm pristinum statum vivendi. Hinc nec inquiri volebant in statum se offerentium, tamquam onus illis onerosum & sibi à Fundatore non impositum; & satis judicabant, si Pastor desistens peteret subsistentiam ex fundatione, quam scit pro pauperibus factam. Interim quæstio hæc necdum decisa est.

Confraternitas comitantium venerabile ad infirmos.

Anno hoc instituta est in cathedrali CONFRATERNITAS inter honestiores cives, qui pietate ducti comitantur VENERABILE, præferentes ardentes faces, dum singulis quindenis defertur communio ad infirmos, qui propter impedimentum corporale ecclesiam adire non valent. Dico institutam confraternitatem, cum potiùs diceretur duas illic eodem tempore institutas esse: parochia enim cathedralis divisa est inter duos Plebanos, quorum alter habet partem meridionalem, alter septentrionalem. Parochiani autem utriusque partis singuli inter se erexerunt similem confraternitatem & quæque confraternitas comitatur dum suus Plebanus defert communionem. Confraternitates istæ huc usque in summo vigore perseverant & dum hæc scribo anno 1773. simul celebrant solemnissimo modo per octo dies jubilæum centesimi anni ab institutione, indies solemne sacrum in choro cathedralis ad horam undecimam & indies concio post meridiem dein solemnes laudes. Primâ die, quæ erat festum Ascensionis Domini, missam cantavit Illustrissimus noster HENRICUS GABRIEL & post meridiem concionem ad populum dixit magnifi-

Anno 1674. cus ac eximius Dominus *Jacobus Thomas Wellens* Antverpiensis Lovanii S. T. D. Regens ac professor ordinarius ; præses collegii Hollandici ac pro tempore Rector.

Pia hæc institutio ita placuit, ut brevi similes confraternitates institutæ sint in singulis subalternis parochiis in hâc civitate, quæ omnes hucusque in summo splendore perseverant.

Abb. S. Mich acquirit Dominia de Santvliet & Berendrecht.

Le Roy *Not. March. S. R. J. pag.* 384. notat Abbatiam S. Michaëlis hoc anno obtinuisse à Rege Dominia de *Santvliet* & *Beirendrecht* titulo emptionis sub Abbate *Macario Simeomo*: exhibetque partem litterarum transscriptionis ; quam inde hic subjungo.

Vendons, cedons & transportons par ces presentes au dit Prelat, ses successeurs & Abbaye la ditte haulte, moyenne & basse justice de nostre Ville & paroiche & Sries de Santvliet & Berendrecht &c. comme aussy certain cens, que nous y avons, portant annuellement la somme de soixante - quattre livres dix sols du pris susdit &c. pour la somme de dixhuict mille livres du pris de quarante gros &c. & par dessus ce seront tenuz de payer annuellement à nostre prouffit trois chappons à perpetuité pour memoire & recognoissance, que le dites haute, moyenne & basse justices viennent de nous &c.

Daniel Bellemans Præmonstratensis

Daniel Bellemans Antverpiæ natus anno 1641. religiosus Præmonstratensis in Abbatia Grimbergensi dein Pastor in Horssen inter Mosam & Wahalum ibidem obiit 21. febr. 1674. ætatis 32. Fecit & vulgavit pias & elegantes cantilenas vernaculè communiter notas sub titulis *Het Cyterken van Jesus* &c. *Den lieffelijcken Paradys-vogel* &c. Vide D. Paquot *Mem. Litt. tom. IX. pag.* 64.

1675. Beatificatio Martyrum Gorcomiensium

Anno 1675. 24. novembris Clemens PP. X. novemdecim Martyres vulgo *Gorcomienses*, laqueo ibidem

ibidem necatos anno 1572., inscripsit Catalogo Beatorum. Hanc Beatificationem Antverpiæ celebrârunt solemniter Minoritæ, Prædicatores & Abbatia S. Michaëlis, ex quorum Ordinibus inter eos fuerant. Et Officium de his Martyribus cum Lectionibus II. nocturni & Oratione propriis anno 1678. concessum FF. Minoritis, factum est petente *Petro Josepho* Episcopo, concedente Pontifice, officium Diœcesanum in Episcopatu Antverpiensi sub ritu duplici anno 1714. 3. febr. Ita refert Sollerius *Act. SS. Tom. II. julii pag.* 752.

Anno 1675.

Eorum cultus Antverpiæ.

AMBROSIUS CAPELLO Episcopus Antverpiensis cum per annos XXII. Diœcesim suam summa cum vigilantia administrâsset, obiit 4. octobris anno 1676. ætatis 79. Non tantùm pro emeritis & invalidis Pastoribus ac vice-pastoribus eminentem suprà memoratam fundationem fecit, sed FF. Prædicatoribus summoperè benefecit, apud quos plura nova suis expensis ædificia erexit, & generale pro sui ordinis Religiosis studium theologorum & philosophorum erexit & fundavit ac tandem pauperes civitatis sub cura Eleëmosynariorum hæredes instituit. Sepultus est in choro cathedralis suæ in tomba, quam sibi erexerat ad latus meridionale, in qua legitur hoc ejus Epitaphium.

1676.

Amb. Capello Episc. moritur.

Ejus pia opera.

D. O. M.

Fr. MARIUS AMBROSIUS CAPELLO *ex denominato Iprensi, VII. Episcopus Antverpiæ, ibidem natus anno MDXCVII. & Ord. Prædic professus. A. MDCXIII. Obiit A. MDCLXXVI. IV. Octob.*

Epitaphia erecta.

Eleëmosynarii civitatis huic Episcopo gratitudinis ergò erexerunt magnificum monumentum in eadem Ecclesia suprà mensam, in qua fiunt distributiones pauperibus cum hac inscriptione.

Anno 1676.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO
F. AMBROSIO CAPELLO.
Ordinis fratrum Prædicatorum, VII. Antverpiensium Episcopo, in vita & morte Archieleëmosynario (satis dixi) Eleëmosynarii ex asse heredes pio & grato animo PP. A. MDCLXXVI.

Arnoldus Eyben Hasselensis S. T. L. Canonicus theologalis Antverpiæ eum funebri Oratione, typis vulgatâ, prosecutus est.

Macarius Simeomo Abbas S. Mich.

MACARIUS SIMEOMO Antverpiensis S. T. L. & in Abbatia præmonstratensium S. Michaëlis in hac civitate, in qua professus erat, S. Theol. Professor ac dein anno 1663. ejusdem loci Abbas.

Obiit 12. aprilis 1676. ætatis 60. Fervebant ejus tempore in Belgio controversiæ occasione libri *Cornelii Jansenii* Iprensis Episcopi nuper ab Apostolica sede damnati. Hinc scripsit *Macarius* contra P. *Guilielmum Lands-heere* Societatis Jesu Antverpiæ in domo Professa conferentias ecclesiasticas, vulgò *Collationes*, è cathedra proclamantem, nempe: *Collatio Antverpiensis ad Clariss. virum Petrum Aurelium* Lovanii anno 1647., dein etiam Parisiis. *Novus Prosper contrà novum Collatorem.* ibidem. Ita Foppens *Bibl. Belg. pag.* 837. Verùm D. Paquot *Mem. Litt. tom. IX. pag.* 21. dicit opuscula ista esse Doctoris Fromundi. Censurata autem sunt duo ista opuscula Romæ 25. aprilis anno 1654. Ejus sunt *Theses theologicæ de peccatis & peccatoris per J. C. gratiam justificatione.* 4. Antv. 1647. Papebrochius *Acta SS. Tom. I. junii pag.* 959. *n.* 112. dicit; „MACARIUS SIMEOMO creditur cum adhuc pri„vatus esset, collegisse *Choro* seu *Cœnobiogra„phiam S. Michaelis* eamque SANDERO adop„tandam tradidisse anno MDCLIX.

PETRUS VAN DE PERRE Bruxellensis Canonicus Cathedralis Antverpiensis, in qua fuerat successivè Majerus & Thesaurarius, sigillifer & Officialis ac sede vacante Vicarius generalis, hoc anno 1676. nominatus est ad Episcopatum Audomarensem. Sed cum antequam obtinuisset litteras confirmationis Rex Galliæ civitatem Audomarensem anno 1677. intercepisset, & illi cessa fuisset anno 1678. per tractatum Neomagensem, & consequenter Rex alium Episcopum nominasset, possessionem adire non potuit; unde dein nominatus est ad Episcopatum Namurcensem, consecratus anno 1681. Obiit Namurci 7. septembris 1695. ætat. 75. Anno 1676.

Petrus van de Perre Can. Antv. Episc. Audomarensis.

Eodem fere tempore nominatus est ad Episcopatum Antverpiensem *Autbertus van den Eede* itidem Canonicus Antverpiensis: unde tempore quatuor annorum è Capitulo Cathedrali Antverpiensi tres Episcopi Assumpti sunt, *Henricus van Halmalen* ad sedem Iprensem *Petrus van de Perre* ad Audomarensem dein ad Namurcensem & *Autbertus van den Eede* ad Antverpiensem.

Tres Can. Antv. tempore quatuor annorum Episcopi.

AUTBERTUS VAN DEN EEDE Bruxellis natus anno 1603. Patre *Ludovico* causarum patrono, Matre *Elisabethâ le Mire*, JOANNIS Antverpiensium Episcopi IV. nepos J. U. L. Protonotarius apostolicus, Canonicus graduatus Cathedralis Antverpiensis ibidemque Scholasticus, Thesaurarius, Pœnitentiarius, Librorum Censor, Archidiaconus ac sede vacante Vicarius generalis, nominatus est ad Episcopatum Antverpiensem & die ultimâ octobris 1677. consecratus Bruxellis per *Alphonsum de Berghes* Archiepiscopum Mechliniensem, assistentibus *Francisco de Baillencourt* Brugensi & *Reginaldo Cools* Ruremundensi, dum annum ætatis agebat 74. & Canonicatum possedisset per annos 53. 1677.

Autbertus van den Eede Episc. Antv. VIII.

Anno 1677.

Carthusianorum nova Ecclesia.

Carthusiani nostri jam per annos quinquaginta divina peregerant in primæva sua Capella, & aliquot annos impenderant constructioni tum ædificii, quod est ad plateam, tum novæ & splendidæ ecclesiæ, quæ completa stabat hoc anno 1677. Cum autem novus Episcopus inauguratus esset, instituerunt pro consecratione, quam & hoc ipso anno mense decembri obtinuerunt. Consecrata est itaque Ecclesia, & pristina Capella destructa est, cujus rudera adhuc videntur. Litteras Episcopi super consecratione datas communicatas ex originali subjungo.

Consecratur.

„AUTBERTUS Dei & apostolicæ Sedis „gratia Episcopus Antverpiensis omnibus has „visuris salutem in Domino.

Litteræ Episcopi desuper

„Fidem facimus & attestamur Nos diebus, „ut infrà, in honorem Dei omnipotentis & „gloriosæ virginis Mariæ atque omnium Sanc„torum dedicâsse & consecrâsse ecclesiam no„vam ædificatam in monasterio Carthusiano„rum in hac civitate & in ea quinque Al„taria.

„Ac ipsam quidem Ecclesiam ad nomen & „memoriam S. SOPHIÆ. summum verò Al„tare sanctificavimus & consecravimus ad nomen „& memoriam *S. Crucis*. Secundum Altare „ad cornu Evangelii intrà chorum ad nomen „& memoriam *S. Josephi*. Tertium ad cornu „Epistolæ intrà chorum ad nomen & memo„riam *SS. Joannis Bapt.*, *Rochi* & *Antonii* ere„mitæ. Quartum autem Altare ad cornu evan„gelii ante chorum ad nomen & memoriam „*B. Mariæ Virginis*. Quintum denique ad „cornu Epistolæ ante chorum ad nomen & „memoriam *SS. Brunonis*, *Hugonis* & *Ansel*„*mi*, inclusis in omnibus & singulis Altari„bus præfatis Reliquiis SS. Xpi Martyr. *Vin*-

„*centii*

„ centii & *Constantii* , adhibitis ubique asper- Anno
„ sionibus , benedictionibus , sacris unctioni- 1677.
„ bus , ceremoniis & solemnitatibus juxtà mo-
„ rem & ritum à S. R. E. requisitis ; præ-
„ scriptis & adhiberi solitis.

„ Ac singulis Christi fidelibus hodie unum „ annum & in die anniversarii consecrationis „ hujusmodi die dominicâ propinquiore festo „ S. Bonaventuræ dein celebrandæ , ipsam Eccle- „ siam visitantibus XL. dies de vera Indulgen- „ tia in forma Ecclesiæ consueta concessi- „ mus.

„ Actum Antverpiæ die XII. decembris quoad „ consecrationem ipsius Ecclesiæ & trium prio- „ rum Altarium : die verò XIV. decembris „ quoad consecrationem duorum posteriorum „ Altarium ante Chorum anno Domini mille- „ simo sexcentesimo septuagesimo-septimo. AUT- „ BERTUS EPISCOPUS ANTVERPIENSIS. *De* „ *mandato Reverendissimi Dni Episcopi P. de* „ *Bisthoven scoret.*"

Benefactorũ monumentũ ibidem.

In hac Ecclesia in medio crucis ante summum Altare conspicitur monumentum quorumdam benefactorum cum hac inscriptione.

D. O. M.
Monumentum familiarum *Joannis Hellinx*
& *Ludovici van Colen* Benefactorum.
R. I. P.

Ludovicus van Colen.

Dictus *Ludovicus* Antverpiensis civis & incola post obitum conjugis decessit ad carthusianos Zeelemenses , apud quos tamquam verus carthusianus per septennium vitam duxit arctissimam usque ad mortem , habetque ibidem hoc Epitaphium.

Nob. Vir LUDOVICUS VAN COLEN
Eq. Toparcha de Broechem.
Oelegem & Borcht &c.
Relictâ splendidissimâ familiâ

Viduus

Anno 1677.

Viduus annis septem
In hac Carthusia
Deo vixit.
Obiit 20. martii 1715. ætatis 71.
Et
hoc sui ac divinæ in se misericordiæ
Monumentum
Posteris reliquit.
Cor transmissum ad Carthusiam
Antverpiensem
ubi Conjux
D. MARGARETA HELLINX
ætatis 63. sepulta est
9. decembris 1707.
R. I. P.

Carthusiani ædificârunt hanc ecclesiam sibi, non populo, cui non patet accessus; idque fecerunt juxtà veterem monachalium ecclesiarum modum; ipsi enim hactenùs veterum monachorum morem observant, nec hactenùs admiserunt reformationem. Monachi pristinis temporibus in monasteriis erigebant Oratoria seu capellas usibus suis, in quibus convenirent statutis horis ad laudandum &c. Deum: populus frequentabat ecclesias suas parochiales.

Carthusiani Eccl. ædificârunt sibi non populo.

Sicut quondam omnes Monachi.

Dum autem monachi ceperunt obtinere licentiam aperiendi ecclesias suas populo seu extruendi ecclesias, ad quas per publicas portas populo dabatur accessus, semper eis inhibitum fuit, nè populum retraherent à parochiis suis, imò inter conditiones, quas acceptârunt & subsignârunt, injunctum eis fuit, ut populum monerent obligationis quam habent frequentandi parochias suas. Patet hoc ex omnibus suprà relatis Concordatis, per quæ Capitulum religiosis concessit licentiam erigendi ecclesias, prædicandi & excipiendi confessiones. Urgent illud ipsum Episcopi Belgii usque in hodiernum

Religiosi tenentur monere populū ad frequentandas parochias.

num diem. Episcopus noster religiosis, quos admittit ad concionandum & excipiendas confessiones, id seriò injungit: in litteris enim, quas illis desuper expediri facit, sic loquitur. „Ut juxtà adjunctas instructiones (quas observare „teneberis)... Verbum Dei prædicare, christi-„fidelium... confessiones excipere... possis & „valeas; jurisdictionem... tibi concedimus..." Instructio autem Art. 9. sic sonat: „moneat „populum ut frequenter ad suas parochias, „saltem diebus dominicis & festis majoribus „accedant." Nullus nescit, qualiter religiosi conditiones in prædictis concordatis præscriptas, acceptatas, subsignatas & fide media promissas ac ab Episcopo continuò injunctas observent. Anno 1677.

Huc etiam facit Diploma GODEFRIDI Episcopi Trajectensis, datum anno 1157. occasione erectionis capellæ pro militibus templi, quod refert D. Paquot *Mem. Litt. Tom. XVIII. pag.* 73.

Vix ultrà annum gregem suam rexit Episcopus noster AUTBERTUS; sublatus enim est è vivis sextâ novembris anno 1678. ætatis 75. sepultus in choro cathedralis absque monumento aut Epitaphio. 1678. Obit Episc.

Mortuus est autem morbo tunc Antverpiæ grassante & plura hominum millia, inter quos uterque Plebanus cathedralis, brevi tempore abripiente; morbo pestilenti quidem & maximè contagioso, sed ignoto: unde & quia vix grassabatur extrà Antverpiam vulgò dictus est *morbus Antverpiensis*. Morbus dictus Antverpiensis.

De hoc luctuoso tempore Conr. Janningus S. J. *Act. SS. Tom. II. may* in præliminaribus, in Elogio Daniëlis Cardoni *pag.* 35.: Qui inquit, anno MDCLXXVIII. urbi Antverpiensi incubuerat gravis aër, tantâ contagione

Anno 1678. gione infecerat omnia, ut nulla domus sine ægris, nulla penè sine mortuis fuerit. Deërant qui decumbentibus inservirent, nullo pretio quantumvis magno conducibiles; deërant qui corporibus opem ferrent medici; deërant, quod luctuosissimum, qui moribundis adessent confitentibusque aures præberent, Sacerdotes. Emicuit passim Religiosorum zelus, nec in postremis nostrorum fuit, è quibus, præter alios plures, in hac sola domo Professa duodecim Presbyteri... octodecim non amplius diebus caritatis victimæ occubuerunt. Inter alios vita longiore dignus R. P. DANIEL CARDONUS 12. novembris obiit exacto ætatis suæ anno dumtaxat trigesimo tertio. Ita Janningus. Erat *Cardonus* Antverpiensis, qui assumptus ad Opus Hagiographicum cum plura, quæ ibidem notantur pauco tempore elaborasset, præmaturè abreptus est.

Inde mortui duodecim Jesuitæ.

Daniel Cardonus S. J.

Viginti sex Dominicani.

De hoc eodem morbo agit P. de Jonghe in *Belgio Dominicano pag.* 212., ubi describit Monasterium Prædicatorum Antverpiense, hæc scribens. Anno 1678. Antverpiæ grassatus est morbus quidam contagiosus & ignotus, qui ab ephidemica lue quidem differebat, sed maximum mortalium numerum è vivis rapuit. Ardebant patres nostri zelo animarum & infirmis & agonizantibus promiscuè assistebant, ex quo eundem morbum contraxerunt. Tantus erat in hoc conventu patrum & fratrum decumbentium numerus, ut vix sani superessent ad infirmis serviendum, & 26. ex illis ex hac vita migraverint. Ita *de Jonghe.*

Medietas Minoritarum

Auctor Supplementi *Chor. S. Conv. Antv. FF. Minorum* apud Sanderum *Brab. illust. Tom. III. pag.* 222. refert mortalitatem duravisse per tres menses & medietatem istius monasterii morbo

isto

isto correptos fuisse. Hinc licet judicare, quid morbus iste causaverit inter populares.

Anno 1678.

Cum autem Deus misericorditer flagello huic finem imposuisset, instituit Antverpia solemnem votivam Processionem, quæ per annos quinquaginta annuè duceretur per majorem circulum comitante universo clero & populo, tum in gratiarum actionem, tum ad deprecanda similia flagella.

Inde Processio votiva annua.

Cum hoc luctuosissimo tempore, ut suprà vidimus, deessent, qui decumbentibus deservirent, aliundè plures charitate moti accurrerunt; inter quos SORORES Cellitæ, ab habitu dictæ GRISEÆ. Leeuwis huc advenerunt, quæ illic toto hoc seculo mirè agitatæ hanc occasionem nactæ Antverpiam advenerunt, & cum in tanta necessitate operam suam juxtà institutum præstitissent hic pedem fixum obtinuerunt, admissæque sunt à Senatu, Capitulo & Episcopo, perseverántque in servitio infirmorum juxtà institutum & regulam tertiam S. Francisci, habentque commodum monasterium & capellam viâ *de fint Anne-ſtraet* juxtà portam Kipdorpiam.

Sorores Griseæ admittuntur.

Hoc anno 1678. completum stetit artificiosissimum Altare ex candido marmore in capella B. Mariæ in cathedrali Antverpiensi, delineatio ejus æri incisa vulgata est per Confraternitatem illius Capellæ cum hac subscriptione chronographica: DeCIMA QUInta AUgUstI ALtare posUerUnt. Verùm hoc tempore superior pars Altaris adhuc lignea erat, quæ deìn aliâ formâ perfecta est ex candido marmore. Et deinceps circa an. 1733. deaurata ornamenta, quæ lignea erant, ex ære confecta sunt.

Altare B. M. in cathedrali.

JACOBUS LE ROY S. R. J. liber Baro, Dominus de la Tour &c. Antverpiæ natus est

Jacobus le Roy Historicus.

28. octo-

Anno 1678. 28. octobris 1633. ex antiqua & nobili familia.

Cum in ætate esset, pater misit eum ad præcipuas Europæ academias, & dein in eum indè reversum transtulit omnia officia, quæ obibat in aula Bruxellensi, quæ *Jacobus* tam accuratè adimplevit, ut Gubernator belgii circà annum 1664. eum miserit ad Regem catholicum, cui exponeret statum belgii; quod cum dignè effecisset reversus in belgium inveniens novum Gubernatorem, dimisit omnia officia & in patriam venit ac se totum Litteris dedit, inhabitans domum amplam viâ *de Gast-huys-straet* in angulo viæ *de Harenberg-straet* versùs septentrionem. Scripsit & vulgavit hoc anno 1678. præclarum opus *Notitia Marchionatûs S. R. Imperii* Amst. *fol.* Anno 1683 ibid. *fol.* dedit *Achates Tiberianus sive Gemma Cæsarea &c.* Anno 1685. ibid. *fol. Topographia Gallo-Brabantiæ* &c. Anno 1696. dedit 13. paginis *de vastatione urbis Bruxellarum per ignem.* Dein *Castella & Prætoria nobilium Brabantiæ, Cœnobiaque celebriora ad vivum deliniata æri incisa &c.* Antv. 1696. *fol.* & *l'Erection de tout les terres Seigneurie.. du Brabant &c.* Moreri *Dict. hist.* Paris 1769. Cum autem Jacobus le Roy ingentes summas insumpsisset in ornandis operibus suis tabulis æri incisis, obiit Liræ 7. octobris 1719. ætatis 86.

Petrus Wemmers Carmelita.

Petrus Wemmers Antverpiensis Ordinis FF. Carmelitarum antiquæ observantiæ Religiosus, frater *Jacobi Wemmers*, dequò suprà ad an. 1645., Concionator ac theologus obiit Antverpiæ die 6. may 1678. Ab ipso vulgata sunt: *Discursus prædicabiles* &c. 4. Antv. 1647. Coloniæ 1665. *Mundi Tribulatio* 4. Antv. 1651. Belgicè: *Vita S. Mariæ Magd. de Passis* Antv. 1653. *Chronicon Carmelitarum*, Ibidem 1666. *Via prospe-*

prospera salutis aliaque. Vide D. Paquot. *Mem. litt. XII. pag.* 231. & *seqq.*

Anno 1678.

In Cœnobio Teresianarum Anglarum hujus civitatis obiit hoc anno 1678. 21. junii MARIA MARGARETA AB ANGELIS, ante ingressum in monasterium dicta *Margareta Wake*, nata Antverpiæ & baptizata in parochiali ecclesia S. Walburgis 12. novembris anni 1617. patre *Lyonello Wake* filio equitis Joannis Wake ex veteri & nobili familia angla, matre *Maria Thorny* domicellâ similiter bonæ familiæ Anglæ. Religionis habitum assumpserat 10. junii 1633. & Professionem emiserat 11. junii anni sequentis 1634. Ter fuit electa Priorissa & cum vitam duxisset in perfecta observatia Regulæ & Constitutionum, relinquens eminentia exempla virtutum piè obiit 21. junii 1678. ætatis 61. Triginta octo annis post obitum nempè anno 1716., cum Religiosæ dicti cœnobii dilatarent locum sepulturæ, inventum est corpus hujus piæ religiosæ incorruptum, cum habitus, in quo sepulta erat, omnino corruptus esset. Corpus illud examinatum fuit per tres doctores medicos in præsentia Illustrissimi Domini PETRI JOSEPHI Episcopi Antverpiensis, & omnes judicarunt hanc incorruptionem esse suprà cursum naturæ, Expositum fuit corpus aëri usque ad 10. junii 1618., quando de mandato dicti Illustrissimi inclusum fuit cistæ clausæ duabus seris, quarum claves una in Episcopatu altera in dicto cænobio servantur. Sic refert testimonium *Mariæ Josepha de S. Teresia* Priorissæ ejusdem conventûs datum 23. julii 1748., quod penès me habeo.

Maria Marg. ab Angelis. Teresiana Angla.

Post obitum *Autberti van den Eede* ad Episcopatum Antverpiensem nominatus est JOANNES FERDINANDUS DE BEUGHEM Bruxellensis, ibidem natus è nobili & patricia familia

Joannes Ferdin. de Beughem Episc. Antv.

Anno 1679. ...is patre Joanne matre *Maria Geerts*, S. T. L. in Collegiata D. Gudilae Bruxellis Canonicus ac per plures annos magister fabricae. Dein anno 1673. factus eiusdem Capituli Decanus ac tandem anno aetatis 49. nominatus ad Episcopatum Antverpiensem & consecratus Bruxellis 12. Novembris anno 1679. in palatio Archiepiscopali per *Alphonsum de Bergues* Metropolitanum suum assistentibus *Francisco de Baillencourt* Brugensi & *Reginaldo Cools* Ruraemundensi Episcopis. Dioecesim suam tamquam verus Pastor curavit per annos viginti.

Episcopus hic vir in religionem zelosus, 1680. dum 2. martii anno 1680. vulgat Epistolam pastoralem, concernentem praecipue patrinos in admittendis ad Crismes tam maiores quam minores. Refertur illa in *Collectione Synodorum* vulgata eodem anno typis Plantinianis pag. 497. unde haec subiungo.

Epistola de [illegible] ac [illegible].

„JOANNES FERDINANDUS De Beughem

„ [illegible] Dei gratia Episcopus Antverpiensis

„ [illegible]

„ Cum pastoralis [illegible] . . . [illegible]

„ [illegible] Episcopus [illegible]

„ Dei, [illegible]

„ ac [illegible] . . .

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ Christi [illegible], [illegible] Christi [illegible]

„ [illegible]

„ Quoniam [illegible]

„ [illegible]

„ illos;

„ illos, qui aut non debitè vocati aut non „ convenienter dispositi, aut cæteroqui inidonei „ sacrorum ministeriis imprudenter se ingerunt, „ dum levi aliquando & non præmeditato „ impulsu manum mittentes ad aratrum retrò „ respiciunt, & potiùs cogitant quæ sunt mundi, „ cui renuntiârunt; quàm quæ sunt Domini, „ cujus se norunt glorioso servitio mancipa- „ tos. Anno 1688.

„ Unde fit, ut in talibus, crapulæ sæpe „ & desidiæ deditis, non solùm non glorifice- „ tur Pater noster, qui in cœlis est, sed è „ contrà blasphemetur Verbum Dei, sancta „ Mater Ecclesia (quam virtutum omnium varie- „ tate decet esse circumdatam) degeneres eccle- „ siasticorum mores in vestitu deaurato velut „ adulterinas gemmas cum lacrimis sustinens, „ inimicorum suorum opprobriis exponatur.

„ Hujusmodi autem malis ... (quantum Deo „ adjuvante possumus) præcautum cupientes, „ nonnulla juxtà decreta S. Concilii Tridentini „ ac SS. Canonum in modum ut sequitur sta- „ tuenda censuimus; monentes omnes & singu- „ los ordinandorum, ut iis per omnia sese quam „ diligentissimè conforment, aut aliàs noverint „ certò se posteà fore dimittendos; ne nos „ nimiâ facilitate aut conniventiâ alicui tribuendo „ peccandi materiam peccatis involvamur alienis, „ qui humiliter Deum rogamus à propriis ab- „ solvi.

Sequuntur hic statuta pro Tonsura & singulis Ordinibus tum minoribus tum majoribus, quæ loco citato videri possunt.

Dein sequitur.

„ Et hæc quidem per diœcesim nostram „ specialiter observanda decernimus; Nos ulte- „ riùs referentes ad ea, quæ generatim per „ sacros Canones atque aliàs per Ecclesiam circa

Anno 1686. „ hoc sancita sunt ; ut puta de non ordinandis ullo canonico impedimento irretitis, irregularibus, suspensis, interdictis, excommunicatis, per saltum promotis, cæterisque hujusmodi : quæ omnia & singula habemus pro præsenti nostro Decreto insertis, promittimusque Nos juxtà illa in Ordinationibus faciendis pro parte nostra inviolabiliter processuros, simul etiam invigilaturos, ut vicissim ab ordinandis debitâ sedulitate adimpleantur.

„ Datum Antverpiæ in palatio nostro Episcopali die secundâ martii MDCLXXX. *De mandato perillustris ac reverendissimi Domini præfati.*" J. F. Cossiers Secret.

Origo Apostolinarum. Hoc anno in hac civitate cœpit nova Virginum Congregatio sub titulo *Immaculatæ conceptionis B. Mariæ Virginis*. Virgines illæ, quæ vulgari nomine dicuntur APOSTOLINNEN, simul in eadem domo cohabitantes de labore manuum suarum vivunt ; sic ut nec fundos possidere possint præter domum, quam inhabitant, nec redditus ultrà quàm necessarii sunt ad intertinendam domum & servitia divina in capella domestica : insuper in domo sua instituunt filiolas in pietate & in operibus manuum ad victum sibi comparandum.

Fundatrix. Piam hanc & perutilem congregationem cœpit & fundavit Domicella AGNES BALIQUES natione Hispana, civitate Antverpiensis, filia devota. In hac institutione adhibuit consilium P. *Henrici Gelkarp* minoritæ conventus Antverpiensis, qui natus in Vico *Schendel* post obitum per aliquot annos Parochi munus religionem ingressus, fundatricis director fuit usque ad annum 1685. quo tandem obiit in conventu Antverpiensi relinquens famam pietatis celebrem.

[illegible]

Itaque pia ista Domicella de consilio & assensu Episcopi ad inchoandam hanc Congregationem anno 1680. domum conduxit retrò minoritas, eamque inhabitare cœpit in vigilia Pentecostes, ubi brevì tempore aggregavit filias quindecim. Regulam seu modum vivendi eis præscripsit & uniformem habitum dedit; quem nempè filiæ devotæ gestant. Tunc *P. Geldorp* procuravit Congregationi consensum Senatûs sub nomine *Apostolinarum*. Anno 1680. Prima Damus.

Anno 1682. Domicella quædam nomine *Annekaer* patri Geldorp obtulit ad usum Congregationis domum suam sitam retrò S. Jacobi, ad quam fundatrix cum aggregatis transmigravit eodem anno in festo S. Joannis. In domo ista Congregatio prosperè egit & mirè adaucta est, donec post septem annos dissentio suborta est inter Sorores. Transfertur retro S. Jacobi.

Una Sororum meditabatur & intendebat vitam magis austeram & plures aliæ cum illa. Fundatrix, cum sorores omnes in eo non consentirent, nolens piam illarum intentionem impedire, comparavit aliam domum viâ *de Peerdemerckt* è regione Capucinorum, & ad eam cum sibi adhærentibus transmigravit mense octobris anni 1689. relictis in priori domo illis, qui majorem rigorem amabant. In ista autem nova domo sororum numerus brevì multùm auctus est; subsistitque domus illa usque in hodiernum diem in summa observantia & prosperitate. Quid autem obvenerit domui retrò S. Jacobi à Fundatrice jam derelictæ, non liquet. Dividitur & fundatrix transit ad Peerdemerckt

Anno 1692. Fundatrix secundam domum conduxit viâ *de Veecke-straet*, & in ea cœpit Congregationem 1. octobris mittens illic sorores quatuor, quæ domum dirigerent. Verùm licèt domus hæc initio desideratum successum non Domus secunda fundatur.

Anno 1680. haberet, inde tamen successu temporis ortum habuit splendida illius congregationis domus. Ita notatur in vita Fundatricis prelo excusa.

Duæ hodie domus in hac civitate. Itaque jam tres illius instituti domus habebantur in hac civitate, nempe illa in qua residebat Fundatrix viâ *de Peerde-merckt*, illa quam Fundatrix deseruerat retrò S. Jacobi & quæ jam fundabatur viâ *de Veecke-straet*. Hodie tantùm duæ illius congregationis habentur domus, nempè juxtà Capucinos & altera viâ *de Meyer-straet*, quæ domus obtenta fuit & cœpit anno 1712. agente PETRO JOSEPHO Episcopo nostro, qui totà vità suà domum hanc mirè fovit & progressum ejus cordi habuit. An autem Filiæ devotæ, quæ domum hanc occupârunt, illuc venerint ex Domo retrò S. Jacobi an ex domo viâ *de Veecke-straet*, non liquet. Interim utraque hæc domus prosperè agit & unaquæque continet filias devotas circiter septuaginta & totidem ferè filiolas, quas instituunt.

Bruxellis & Mechliniæ eriguntur domus. Pium hoc institutum contineri non potuit intrà muros Antverpienses. Archiepiscopus Mechliniensis & Episcopus Antverpiensis egerunt tum apud Senatum Bruxellensem tum apud Senatum Mechliniensem ad instituendas in civitatibus illis hujus Congregationis domus. Obtentâ licentiâ Fundatrix anno 1691. conduxit Bruxellis domum, in qua Congregationem cœpit 1. augusti ejusdem anni. Eodem anno Mechliniæ conduxit domum viâ *de Peper-straet*, in qua Congregationem cœpit 22. decembris ejusdem anni. Utraque autem hæc domus tam prosperè egit, ut anno 1696. in unaquaque numerus sororum auctus esset ad 120.; quando Archiepiscopus eis concessit Capellam domesticam & ut Venerabile in eis servaretur. Cum autem hactenùs hæsissent in domibus conductis, Mechliniæ obtinue-

obtinuerunt domum propriam anno 1703. viâ *Onse-lieve-Vrouwe-straet* & Bruxellis propriam obtinuerunt domum anno 1715. viâ *op de Hoey-kaye* Utraque hæc domus hodieque prosperè agit.

Anno 1680

Anno 1698. Fundatrix rogata ab Archiepiscopo Mechliniensi acceptavit vetus & derelictum monasterium, quod fuerat hospitale à monialibus inhabitatum, situm in *Berchem* pago ad dexteram Schaldis ripam primo lapide suprà Aldenardam, & in eo sorores suæ congregationis instituit. (Van Gestel *Hist. Archiep. Mechl. parte II. pag.* 241. erronèe scribit id factum fuisse anno 1686.) Prosperè egit domus hæc, sed cum propter bella illic quietè vivere non possent & continuò Aldenardam fugere cogerentur, tandem anno 1719. consentiente & favente Episcopo Gendensi domus hæc translata est Aldenardam, ubi prosperè agit.

Domus Berchem j ta Aldenardam.

Dein Fundatrix à domicella quadam evocata fuit Aquisgranum ad illic instituendam domum suæ Congregationis. Illuc tendit, sed quid actum sit nescimus. Interim inde rediens declaravit se intendere erigere domum tum Tungris in Leodiensi, tum Lovanii; at Mechliniam adveniens in morbum incidit, unde deducta Antverpiam ad domum suam juxtà Capucinos, illic plena meritis obiit 15. octobris anno 1700. ætatis 59. sepulta apud Minoritas in capella dicta *Regel-capel* sub eodem lapide, sub quo 1685. sepultus erat *P. Henricus Geldorp* ejus quondam adjutor in institutione Congregationis.

Funda obiit 170

Anno 1717., aut ut alii 1721., HENRICUS JOSEPHUS Episcopus Brugensis, qui hujus congregationis pia merita viderat Mechliniæ, inde quasdam advocavit Brugas, eisque illic domum, dictam *de Masergo*, assignavit easque fovit: unde jam sex illius congregationi s habentur domus, duæ

Domus B gis.

Anno 1686. Antverpiæ, una Mechliniæ, una Bruxellis, una Aldenardæ & una Brugis.

Regula approbata. Regulam seu constitutiones, ut suprà dictum est, Congregationi præscripserat fundatrix, sed, cum diffusa esset & indigesta, dein abbreviata est & in meliorem ordinem redacta, ac sic approbata & congregationi præscripta per THOMAM PHILIPPUM Cardinalem Archiepiscopum Mechliniensem decreto dato Mechliniæ 28. febr. 1724. Eandem pro sua diœcesi approbavit CAROLUS Episcopus Antverpiensis 4. septembris 1729., similiter HENRICUS JOSEPHUS Episcopus Brugensis 28. febr. 1736., & JOANNES BAPTISTA Episcopus Gandensis decreto 20. martii 1736. Regula hæc cum dictis approbationibus prelo excusa fuit Mechliniæ apud L. van der Elst anno 1736. simul cum vita Fundatricis, adjectis interpretationibus regulæ. Indè suprà relata desumpta sunt.

Superior superiorum. Cæterùm congregatio hæc præ cæteris virginum congragationibus hoc singulare habet, quod cum unaquæque domus superiorem habeat, quam non nisi *Sororem* vocant filiæ devotæ, habeat superiorem superiorum, quam *Opper-overste* vocant, quæ singulas congregationis domus visitat earumque computus recipit. Domus autem, in qua generalis ista superior residet, visitatur ab aliqua superiore alterius domus ad hoc ab Episcopo loci deputata. Cæterùm congegatio hæc à cæteris Religionibus non differt, nisi penes vota, quæ cum in religionibus sint solemnia, hìc tantùm simplicia. Sorores congregrationem licitè deserunt, sed demitti non possunt, nisi assentiente Episcopo loci.

Macarius Havermans Præmonstratensis. MACARIUS HAVERMANS Antverpiensis religiosus Abbatiæ S. Michaëlis ibidem, per annos aliquot sacræ Theologiæ professor fuit: florente

ætate

ætate raptus est è vivis Antverpiæ 20. febr 1680. annos natus 36. professus 14. Edidit : *Tyrocinium Theologiæ moralis* Antv. 1675. 8. editio II. aucta. *Defensionem Tyrocinii* Coloniæ 1676. 12. *Examen libelli P. Caroli ab Assumptione Carmelitæ disc. de dilatione absolutionis* Coloniæ 1679. 8. *Dissertationem de Auctoritate SS. Patrum* Col. 1677. 8. *Epistolam apologeticam ad summum Pontificem Innocentium XI. contra injustam accusationem Francisci Simonis*, Coloniæ 1678. 8. *Disquisitionem theologicam : An proximus diligi debeat formali interno dilectionis actu* Col. 1678. 8. *Disquisitionem Theologicam : Quinam amor Dei requiratur & sufficiat ad justificationem.* Lov. 1675. 8. vide Foppens *Bibl. Belg. pag.* 837. & *Dict. hist. edit. Paris. anno* 1759. verbo *Havermans.*

Anno 1680.

GODEFRIDUS HENSCHENIUS Venradiæ Gelriæ ducatûs municipio natus anno 1600. , potiorem tamen vitæ suæ partem transegit Antverpiæ scribendis *Actis Sanctorum* eisque connexis. Societatem Jesu ingressus anno 1619. Contraci & aliis in Flandriæ Collegiis litteras humaniores docuit , simulque in litteratura græca excelluit. Anno 1635. *Bollando* ad elaborandum magnum illud opus de *Actis SS.* in socium electus est & reliquum vitæ suæ in eo transegit usque ad annum 1681. quo obiit 11. septembris ætatis 81. Nomen ejus præferunt tomi omnes januarii , februarii , martii , aprilis , may , & quinque priores tomi junii , in quibus plures ab eo Tractatus præliminares , quos vide apud Fop. *Bibl. belg. pag.* 372. & in prolixo ejus elogio , quod legitur ante tomum VII. may.

1681.

Godefric Henscheni S. J. Hagiographus.

MICHAEL BOUDEWYNS Antverpiensis , Lovanii philosophiæ & theologiæ operam dedit , dein non deserens studium theologicum se dedit medicinæ , in qua facultate alibi Doctoris titu-

Michaël dewyns dicus.

Anno 1681. titulum obtinuit. Reversus in patriam Civitati & Nosocomio S. Elizabethæ medicus fuit, Professor Anatomiæ & Chirurgiæ in collegio medicorum, quod illic suo tempore erigebatur, cui præsidebat anno 1666. Obiit 29. octobris 1681. sepultus in S. Michaëlis. Scripsit & vulgavit *Ventilabrum Medico-theologicum* Antv. 1666. 4., opus divisum in duas partes; prima continet 50. quæstiones circà obligationes medicorum, quas tractat juxtà principia Theologiæ & Medicinæ ad normam S. Thomæ Aquinatis. Secunda Quæstio hæc est: *Num liceat Medico petere à Deo, ut sint multi ægroti.* Reliqua quæ vulgavit indicant Foppens *Bibl. Belg. pag.* 890. & D. Paquot *Memoires litt. tom. I. pag.* 30.

[Ur]sulinæ ad[m]ittuntur à [c]ollegio [Sc]abinorum. Religiosæ Ursulinæ, quarum monasterium Ruremundæ combustum erat, huc confugerant & jam à viginti quinque annis, ut suprà vidimus, tentaverant pedem figere in hac civitate, ad illic vivendum juxtà Institutum suum: at opponentibus sese Ludimagistris, quibus institutum illarum damnosum erat, sæpiùs repulsam passæ sunt; ita quidem ut anno 1665. ex parte Senatûs ipsis indictus fuerit discessus. Ad hoc mandatum ægrè quidem decesserunt & Liram tenderunt, ubi hactenùs hæserant: sed illic degentes non cessârunt per amicos agere ad obtinendam admissionem. Hoc autem anno 1681. obtinuerunt consensum Collegii Scabinorum, eâ tamen conditione, ut obtinerent consensum Lati-concilii, id est, Vico-magistrorum & Decanorum, qui constituunt secundum & tertium civitatis membrum. Constat hoc ex registris Ludi-magistrorum.

[.]a Conci-[.]lato. Religiosæ istæ, cum haberent primò necessarium consensum, allaborârunt animosè ad obtinendum juxtà conditionem appositam consensum

sensum Lati-concilii, quem brevì obtinuerunt aut hoc ipso anno aut initio anni sequentis, quando mox Lirâ huc advenientes locum commodum quæsiverunt & invenerunt viâ de *Jesus-straet* aut *Vuyle-straet*, quem hodieque inhabitant. Anno 1681.

Institutum ipsarum cœpit in Brixia Italiæ seu Longobardiæ anno 1537. Intentum instituti primarium erat instructio puellarum. Autrix fuit ANGELA MERICI communiùs dicta ANGELA BRIXIANA, eò quòd illic vixerit & institutum cœperit. Earum Origo & Institutum

Nata erat in burgo *Dezenzano* ad Lacum *Garda* è parentibus mediocris conditionis. Verùm virtutibus illustris cœpit hoc institutum anno 1537., cui indidit nomen *S. Ursulæ*. Mox congregationi adscriptæ sunt filiæ septuaginta quatuor, sed non vixerunt in communitate nisi post obitum fundatricis, quæ obiit 21. martii 1540. ætatis 34. *Beata* nuncupatur hæc *Angela* à pluribus, quâ occasione Bollandistæ inquisiverunt num cultum habeat, & compererunt eam nec beatificatam, nec in ordine quidem cultum habere, ut refertur *Act. SS. Tom. III. martii pag.* 257 *in prætermissis*. Fundatrix

„ omnibus & quibuſcumque aliis . . . tam in
„ ſcriptis , diſſertationibus & libris impoſterùm
„ typis edendis , quàm in publicis diſputationibus
„ ac theſibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ
„ pœnâ , per contrafacientes ipſo facto incur-
„ rendâ , perpetuò ſervandum eſſe decernimus
„ & ordinamus.

„ Præterea libros , theſes ſeu ſcripta quæ-
„ cumque contrà earumdum præſentium for-
„ mam impoſterùm edenda . . . harum ſerie

„ prohi-

„ prohibemus sub pœnis & censuris in Regulis „ Indicis librorum prohibitorum contentis... Anno 1698.

„ Datum Romæ apud sanctam Mariam majo„rem sub annulo piscatoris die xx. novembris „MDCXCVIII., Pontificatûs nostri anno octa„vo. *Subscriptum* J. F. Cardinalis Alba„nus."

Huic inhibitioni supervixit Papebrochius annis sedecim.

Controversiæ isti sese etiam immiscuerat P. MARIUS A S. JACOBO in seculo dictus DEL BARE Carmelita Antverpiæ natus 1643., qui in Ordine docuerat Philosophiam & Theologiam & dein præcipua munia obiverat etiam Provincialatûs, & obiit Mechliniæ 25. febr. 1702. Dederat desuper: *Epistola informatoria ad Societatem Jesu super erroribus Papebrochianis* &c. Leodii 1688. 8. D. Paquot *Mem. Litt. tom. VIII. pag.* 193.

Marius à Jac. Carmelita.

Hoc anno 1698. in Parochiali ecclesia S. Walburgis in Cellula sub gradibus Chori, vulgò *het Kelderken*, sepulta est ANNA DE TORRES filia devota facie versâ ad Sanctuarium. Virgo hæc in vita eminuerat pietate, unde & hactenus famosa est. Vita ejus prelo vulgata habetur. Pro ejus animæ refrigerio, quotannis 13. januarii celebratur in eadem ecclesia solemne anniversarium.

Anna de Torres.

Hoc anno 28. januarii obiit *Cornelius Woons* Antverpiensis Dominicanus, scripsit & vulgavit flandricè *Vitam & miracula B. Pii Papæ V.* Antv. 1672. 12.

1699.

LEONARDUS VAN ROY Antverpiensis S. T. L. Ordinis Eremitarum S. Augustini, obiit in hac civitate 7. octobris 1699. Vulgaverat *Theologiam* vel suam vel, ut fertur, dictatam ab eximio P. *Petro Lamberto le Drou* S. T. Doctore.

Leonardus van Roy Augustinianus.

Anno 1699. Anno eodem 19. may obiit in hac civitate Episcopus noster JOANNES FERDINANDUS DE BEUGHEM ætatis anno 79., cum Diœcesim suam per viginti circiter annos summâ virtute & constantiâ verâque ergà omnes charitate administrâsset. Vulgaverat anno 1694. Programma continens modum præstandi juramentum Formularii Alexandri VII. Sepultus est in Choro Ecclesiæ Cathedralis sub lapide marmoreo cum hâc inscriptione.

Ferdinandus van Beughē Episc. moritur.

D O M.

JOANNES FERDINANDUS DE BEUGHEM NONUS ANTVERPIENSIUM EPISCOPUS GREGI SUO ET OMNIBUS CHARUS, UT VERUS PASTOR CURA DUXIT, CHARITATE JUVIT, OPERE LUXIT, QUI VIVUS DE SE HUMILITER TACUIT, LOQUATUR MORTUUS: CUM DUXI, JUVI, LUXI. Ut lux perpetua ei luceat V. V.

Huic Episcopo Carolus II. Hispaniarum Rex successorem nominavit REGINALDUM COOLS Episcopum Ruremundensem per annos viginti tres, dum annum ætatis circiter agebat 85.

1700. Erat REGINALDUS COOLS natus Antverpiæ circà annum 1615. è parentibus honestis mediocris fortunæ. Post absoluta humaniorum studia primò militiæ nomen dedit & vexillifer factus est: dein relictâ militiâ causidicus factus est Bruxellis, ubi tandem spretis mundanis se dedit Ordini Prædicatorum, in quo professionem emisit 2. febr. 1645. ætatis circiter trigesimo. In Ordine omnia ferè munia obivit. In Hispaniam profectus erectionem Conventûs Ordinis sui Mechliniæ pro fratribus è Buscoducis pulsis obtinuit à Rege Philippo IV., qui ejus operâ usus est ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem, & tandem eum nominavit ad Episcopatum Ruremundensem. Episcopalem consecrationem

Reginaldus Cools x. Antv. Episc.

rationem suscepit Bruxellis 17. januarii 1677. Cum autem diœcesim illam tamquam verus Pastor & pater pauperum gubernasset per annos XXIV. in summa senectute nominatur à Carolo II. Hispaniarum Rege Episcopus Antverpiensis. Possessionem hujus Episcopatûs adivit hic dignissimus Præsul 12. junii anni 1700. ætatis 85. Postridie more solito à Clero & Senatu solemniter è conventu Prædicatorum introductus est in Ecclesiam Cathedralem, unde ad Aulam Episcopalem. Gubernavit Episcopus hic usque ad 10. decembris 1706., quo obiit plenus meritis. Anno 1700

CAROLUS II. Hispaniarum Rex Princeps Belgii austriaci & Marchio noster obiit nulla relicta prole 1. novembris anno hoc 1700. ætatis 39. Carolus Hisp. Rex Marchio obiit.

Degerat Belgium nostrum jam annis centum octoginta - tribus sub Dominio Regum Hispaniarum Principum domus Austriacæ : sed Rex hic ad exclusionem familiæ suæ Domûs Austriacæ per testamentum monarchiam Hispaniarum scripserat Philippo duci Andegavensi nepoti ex Delphino filio Ludovici XIV. galliarum Regis. Interim Domûs Austrica, contendens sibi jus competere ab intestato, misit Carolum Archiducem in possessionem Regni Hispaniarum. Inde Bellum, & tandem armis coactus Hispaniam reliquit Philippo V. : titulum tamen *Regis Hispaniarum* tulit vitâ suâ durante. Belgicas autem Provincias sibi retinuit, unde

CAROLO II. Hispaniarum Regi in dominio Belgicarum provinciarum successit CAROLUS III. Archidux Austriæ, qui dein post obitum fratris natu majoris electus est Romanorum Imperator ejus nominis VI. Imperium & Belgium gurbernavit usque ad annum 1740., quo obiit, quando. Carolus Imp. VI Marchio.


nno 'oo. a Tere- ip. Mar-

Augustissima MARIA TERESIA filia ejus Archidux Austriæ, Regina Hungariæ, Bohemiæ &c. ei successit in Dominio Belgicarum Provinciarum; CORREGENTE conjuge FRANCISCO Lotharingiæ & magno Tusciæ Duce, dein anno 1745. Romanorum Imperatore. Hi fœcundi prolibus atque tropæis simul gloriosè regnârunt usque ad 18. aug. anni 1765., quo obiit *Franciscus* Imperator; quando in CORREGENTEM assumptus est illorum filius JOSEPHUS II. Romanorum Imperator. Regnent hi salvi ac tuti ad Nestorios annos.

Multa dedi,
Multa latent.
Alii, quæ dedi, corrigent,
Quæ me latent, præstabunt illi.

FINIS.





SERIES PRINCIPUM
QUIBUS ANTVERPIA PARUIT.

CONSTANTINUS CLORUS Cæſar dein Imperator veroſimiliter condidit Burgum Antverpienſe circà annum Chriſti — Anno Chriſti. 293.

CONSTANTINUS MAGNUS filius præcedentis libertatem conceſſit chriſtianis exiſtens in Anglia anno 306.

HONORIUS Imperator mandavit deſtrui omnia ad Idololatriam ſervientia anno 398.

Pulſis Romanis hic dominari cœperunt Reges Francorum pagani.

CLODION ab anno circiter 420. Obiit anno 451.

MEROVEUS (Ab hoc Rege prima Regum Francorum ſtirps dicta eſt *Merovingiorum*) obiit anno 457.

CHILDERICUS I. obiit anno 481.

CLODOVEUS I. filius præcedentis. Hic baptizatus eſt per S. Remigium Epiſ. Remenſem anno 496. chriſtianèque deinceps vixit, ſicut & ſucceſſores ejus. Obiit anno 511.

Regnum

Regnum Francorum dividitur inter hujus filios in quatuor Regna, Aurelianense, Parisiense, Metense & Suessionense. Metense fuit origo Regni *Austrasiæ*, Suessionense Regni *Neustriæ*.

Reges Francorum in Neustria.

CLOTARIUS I. filius præcedentis tamquam Rex Suessionensis, dein totius Franciæ. Obiit 561.

Regnum Francorum iterum dividitur inter quatuor hujus filios.

CHILPERICUS I. filius præcedentis, tamquam Rex Suessionensis. Hic etiam regnum suum dilatavit. Obiit 584.

CLOTARIUS II. filius præcedentis, Francorum Rex. Obiit 628.

DAGOBERTUS I. filius præcedentis (sub hoc Rege Antverpiæ prædicavit *S. Amandus* Episcopus.) Obiit 644.

CLODOVEUS II. filius præcedentis (sub hoc Rege Antverpiæ prædicavit *S. Eligius* Episcopus Tornacensis.) Obiit 662.

CLOTARIUS III. filius præcedentis. Obiit 676.

CHILDERICUS II. frater præcedentis obiit 679.

THEODORICUS I. frater præcedentium obiit 693.

CLODOVEUS III. filius præcedentis obiit 698.

CHILDEBERTUS frater præcedentis obiit 711.

DAGOBERTUS II. dictus III. filius præcedentis obiit 715.

CHILPERICUS II. secundùm aliquos filius Childerici II. obiit 720.

THEODORICUS II. dictus IV. filius Dagoberti II. Austrasiæ Regis, aut secundùm alios, extinctis Clodovei II. posteris, descendens à S. Sigeberto Austrasiæ Rege filio Dagoberti I. obiit 737.

Sub

Sub hoc Rege circà annum 726. Princeps Antverpiæ feudatarius erat RAUCHINGUS, qui eo tempore S. Willibrordum excepit, eique Ecclesiam infrà Burgum Antverpiense cum pluribus bonis concessit.

Interregnum per annos 5. aut 6.

CHILDERICUS III. filius Chilperici II. rejectus anno 751.

Finit prima stirps Regum Francorum dicta *Merovingiorum*. Succedit stirps secunda dicta *Carlovingiorum*.

PIPINUS BREVIS ex familia Belgica cismosana filius *Caroli Martelli* descendens ex *Pipino Landensi*. Obiit 768.

CAROLUS MAGNUS, à quo stirps dicta est *Carlovingiorum* filius præcedentis, anno 800. coronatus Imperator occidentis. Obiit 814.

LUDOVICUS PIUS Imperator filius præcedentis obiit 840.

Regnum Francorum dividitur in tres partes, quarum media dicta est Lotharingia.

Sequuntur Reges Lotharingiæ, à quibus cismosana nostra, seu Brabantia, dici perseverârunt *Lotharingia inferior*.

LOTHARIUS Imperator Rex Lotharingiæ, filius præcedentis, resignavit & monachalem vitam duxit, & obiit in Pruniacensi monasterio anno 855.

LOTHA-

LOTHARIUS II. filius præcedentis Lotharingiæ Rex, absque liberis obiit anno. 869.

Finit Lotharingiæ Regnum, quod dividunt duo hujus avunculi, *Ludovicus* Germaniæ Rex & *Carolus Calvus* Franciæ Rex & Imperator. Cismosana autem nostra cesserunt *Carolo*.

CAROLUS CALVUS Imp. & Franciæ Rex, frater Lotharii Imperatoris & avunculus præcedentis obiit 877.

LUDOVICUS BALBUS filius præcedentis Imp. & Francorum Rex obiit 879.

LUDOVICUS III. filius præcedentis Francorum Rex sine liberis obiit 882.

CARLOMANNUS frater præcedentis sine liberis obiit 884.

CAROLUS SIMPLEX frater præcedentium minorennis coronatus anno 893. Obiit 929.

LUDOVICUS TRANSMARINUS filius præcedentis obiit 954.

LOTHARIUS III. filius præcedentis, Francorum Rex, qui fuit penultimus Regum Francorum secundæ stirpis dictæ *Carlovingiorum*. Regiones has cessit OTTONI II. Imperatori & Germaniæ Regi anno 980.

Reges Germaniæ.

OTTO II. Imperator & Germaniæ Rex consanguineus præcedentis obiit 983.

OTTO III. Imperator & Germaniæ Rex, filius præcedentis, obiit 1002.

S. HENRICUS consanguineus præcedentis, Dux Bavariæ, Imperator & Germaniæ Rex. Obiit

Sub

Sub hoc Imperatore primùm post *Rauchingum* innotescunt Comites Antverpienses seu Principes ejus subalterni, qui non diu post hæc dici cœperunt *Marchiones*, adjecto dein *Sacri Romani Imperii.*

GOZILO pater Stephani PP. IX. præerat Comitatui Antverpiensi anno 1008. Obiit 1044.
GOTHILO IGNAVUS filius præcedentis obiit 1054.
FREDERICUS Lotharingiæ inferioris Dux obiit 1064.
GODEFRIDUS MAGNUS Dux & Marchio, frater natu maximus *Gothilonis ignavi.* Obiit 1070.
GODEFRIDUS GIBBOSUS filius præcedentis obiit 1076.
GODEFRIDUS BULLONIUS filius *Eustachii II.* Comitis Boloniensis ex *S. Ida* filia *Godefridi Magni*, Marchio, dein Dux Loth, tandem Rex Jerosolimorum, obiit 1100.
HENRICUS Comes Limburgensis depositus anno 1106.
GODEFRIDUS BARBATUS Dux Loth., Comes Lovan. (sub hoc Duce prædicavit Antverpiæ *S. Norbertus*) obiit 1140.

Tempore hujus Godefridi occasione Schismatis in Imperio Marchionatui Antverpiensi præfuisse fertur WALERAMUS Limburgensis ab anno 1126. ad annum 1137.

GODEFRIDUS V. dictus II. filius superioris, Dux Loth. & Comes Brabantiæ obiit 1142.
GODEFRIDUS VI. dictus III. filius præcedentis Dux Loth. obiit 1186.
HENRICUS III. dictus I. filius præcedentis Dux Loth,

Loth. Hic primus junxit titulum *Ducis Brabantiæ & Marchionis Romani Imperii*. In diplomate relato à Miræo Dipl. Belg. tom. 1. pag. 197. dato 1209. intitulatur *Dux Lotharingiæ & Marchio Antverpiæ*. obiit 1235.

HENRICUS IV dictus II. filius præcedentis Dux Loth. & Brabantiæ obiit 1247.

HENRICUS V. dictus III. filius præcedentis Dux Loth. & Brab. obiit 1260.

ALEYDIS filia præcedentis rexit pro filiis usque 1267.

JOANNES I. filius præcedentis Dux Loth., Brab. & Limb. obiit 1294.

JOANNES II. filius præcedentis Dux Loth., Brab. & Limb. obiit 1312.

JOANNES III. filius præcedentis, intitulatur Dux Loth., Brab. & Limb. *Sacrique Imperii Marchio*. obiit. 1355.

WENCESLAUS & JOANNA filia præcedentis. Obiit ille 1383., illa vero 1406. Cesserat hæc ditiones suas pronepoti anno 1404.

Sub his Ducibus Antverpia cum circumvicinis pagis cessit Comiti Flandriæ in dotem *Margaretæ* conjugis, quæ erat soror *Joannæ*: sic tamen ut titulus MARCHIONATUS maneret penès prædictos Duces. Factum id est an. 1357.

LUDOVICUS Comes Flandriæ Antverpiæ Dominus obiit 1383

PHILIPPUS *Audax* Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Gener præcedentis, Antverpiæ Dominus, obiit 1404.

ANTONIUS BURGUNDUS pronepos *Joannæ* superioris & filius dicti *Philippi Audacis* obiit 1415.

JOANNES IV. filius præcedentis Dux Loth., Brab.


Brab. & Limb. sacrique Imperii Marchio, nec non Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Comes, ac Dominus Frisiæ, obiit 1426.
PHILIPPUS frater præcedentis obiit 1430.
PHILIPPUS BONUS fratruelis præcedentium Dux Burg. Loth., Brab. & Limb. Comes Flandriæ, Arthesiæ, Burg. Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Namurcensis, sacrique Imperii Marchio, Dominus Frisiæ de Salinis & de Mechlinia. Obiit 1467.
CAROLUS AUDAX filius præcedentis obiit 1477.
MAXIMILIANUS Archidux Austriæ, deinde anno 1486. Romanorum Imperator & MARIA BURGUNDICA filia præcedentis. Obiit hæc 1482.
PHILIPPUS PULCHER filius præcedentium sub tutela *Maximiliani* patris. Obiit Rex Castillæ & Legionis anno 1506.
CAROLUS AUSTRIACUS filius præcedentis sub tutela *Maximiliani avi*. Emancipatus anno 1515. anno 1517. Hispaniarum Rex, & anno 1519. Romanorum Imperator ejus nominis V. Obiit in Hispania anno 1558. Cesserat ditiones suas filio, qui sequitur, anno 1555.
PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex ejus nominis II. filius præcedentis obiit 1598.
ALBERTUS Archidux Austriæ, anteà Gubernator Belgii, & ISABELLA filia præcedentis. Obiit illa sine prole anno 1633. Ille verò 1621.
PHILIPPUS V. Hispaniarum Rex ejus nominis IV. *Isabellæ* ex fratre Philippo III. Hispaniarum Rege nepos obiit 1665.
CAROLUS VI. Hispaniarum Rex ejus nominis II. filius præcedentis. Obiit sine liberis. 1700.
CAROLUS VII. Archidux Austriæ descendens ex *Philippo Pulchro* per Ferdinandum I. Imperatorem

peratorem fratrem *Caroli V.* Imp., Hispaniarum Rex ejus nominis III., dein anno 1711. Romanorum Imperator ejus nominis VI. Hungariæ & Bohemiæ Rex &c. obiit 1740.

Augustissima MARIA THERESIA filia præcedentis, Archidux Austriæ, Regina Hungariæ, Bohemiæ &c. dein anno 1745. Romanorum Imperatrix, Coregente conjuge FRANCISCO Lotharingiæ & magno Tusciæ Duce, dein Romanorum Imperatore Hi feliciter rexerunt fœcundi prolibus atque tropæis usque ad annum 1765., quo obiit *Franciscus* Imperator: quando in Coregentem assumptus est illorum filius JOSEPHUS II, Romanorum Imperator. Faxit Deus, ut regnent hi salvi ac tuti ad Nestorios annos.

FINIS.





PIÆ FUNDATIONES

CIVITATIS ANTVERPIENSIS

ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITA

Anno Christi.

293. Constantius Clorus Cæsar, dein Imperator qui fovebat Christianos, verosimiliter condidit Burgum Antverpiensem.

306. Constantinus Magnus Imperator libertatem relinqu Christianis existens in Anglia.

414. Reges Francorum, qui Pagani erant, pulsis Romanis hic dominari cœperunt.

496. Clodoveus, quartus Francorum Rex, Baptizatus est à S. Remigio. Deinceps Antverpia subjecta mansit Principibus successivè christianis & piis per annos centum & quadraginta, antequam eò veniret S. Amandus primus Antverpiensium notus Apostolus.

636. S. Amandus, indeterminatæ sedis Episcopus Antverpiam venit, prædicat, ædificat & consecrat ecclesiam infrà Burgum Antverpiense in honorem SS. Petri & Pauli.

647. S. Amandus fit Episcopus Trajectensis ad Mosam quæ sedes dein translata est Leodium; eam autem reliquit post tres annos.

647. S. Eligius Epis. Tornacensis prædicat identidem Antverpiæ per annos quinque.

670. S. Amandus, post relictam sedem Episcopalem, resumpsit curam Ecclesiæ Antverpiensis, & commendavit eam Abbati de Quortolodra, cujus monachi curarent & deservirent Ecclesiam, quam infrà Burgum ædificaverat.

[1]Hâc verosimiliter occasione pro illis monachis constructa est in Burgo *Cella divi Mauri*, quam monachi Benedictini quondam inhabitârunt.

684. S Amandus moritur, & sepelitur in Abbatia Elnononensi, nunc dicta S. Amandi.

725. Firminus Abbas de Quortolodra Ecclesiam Antverpiensem resignat, & *Rauchingus* Antverpiæ Comes aut Dominus eam cum Cella D. Mauri tradit S. Willibrordo.

S. Willibrordus eodem anno Ecclesiam illam & Cellam transcribit monachis Epternacensibus in districtu Luxemburgensi à se fundatis: qui dein Cellam inhabitârunt & Ecclesiam illam curârunt.

739. S. Willibrordus tertius Antverpiensium notus Apostolus moritur & sepelitur Epternaci.

740. Circà hæc tempora S. Walburgis Antverpiæ commoràsse traditur.

836. Antverpia cum Ecclesia incendio per Nortmannos vastatur.

840. Monachi Epternacenses reædificant ecclesiam in Burgo & consecratur in honorem SS. Amandi & Eligii.

870. Cultus S. Walburgis inchoatur in dicta Ecclesia.

875. Destructo Monasterio Epternacensi & fugatis monachis, illic substituti sunt Canonici seculares.

Cella D. Mauri transit ad dictos Canonicos: Personatus verò Ecclesiæ devolvitur ad Episcopum Cameracensem.

900. Circà hoc tempus putant aliqui exstructam esse Ecclesiam S. Michaëlis. Interim in hac erat, seu ad eam translata est è Burgo Cura pastoralis.

971. Monachi Epternacenses restituuntur in suo monasterio.

Redeunt

Redeunt ad Cellam D. Mauri, sed Personatu aut Cura Ecclesiæ eis non restituitur.

1088. Monachi Epternacenses transscribunt Cellam D Mauri monachis Affligemiensibus. Unde Cella ista deinceps dici cœpit *t' Hof van Affligem.*

1096. Godefridus Bullonius Marchio noster, dein Rex Jerosolimorum, fundat seu lautè dotat Canonicos Antverpienses in Ecclesia S. Michaëlis.

1106. Tankelmus, nunc dictus Tanchelinus, hæresiarcha seducit Antverpienses.

1114. Adfertur è Palestina S. Christi Præputium, & reponitur in Ecclesia S. Michaëlis.

1115. Tanchelinus hæresiarcha trucidatur, & ejus hæresis perseverat.

1117. Episcopus Cameracensis transfert personatum Ecclesiæ Antverpiensis in Capitulum Canonicorum eisque commendat curam Parochiæ Antverpiensis.

1122. Canonici vocant Antverpiam S. Norbertum, recipitur & prædicat contrà errores Tanchelini.

1124. Canonici fundant Abbatiam S. Michaëlis. Cedunt S. Norberto & sociis Ecclesiam cum capell in ejus cemeterio fundatis & quatuor Prabendas.

1124. Canonici Capellam B. Mariæ *op 't Staecksken* auger & sibi aptant, ac ad eam cum reliquis octo Prabendis transmigrant.

1130. Sorores Norbertinæ fundantur in cemeterio S. M chaëlis ad Capellam B. Mariæ Magdalenæ.

1137. Norbertinæ aliò transferuntur, fortè in Zandvlie

1140. Capitulum augmentum capit, ex octo præbend fiunt duodecim Canonicatus.

1204. Extabat Antverpiæ Hospitale, in quo utriusqu sexûs religiosi vacabant morbidis.

1226. Hospitale, indubiè idem de quo suprà, I Mariæ, nunc S. Elizabethæ, in quo fratres sorores curabant morbo infectos, extabat in agr B. Mariæ: & illic ædificat Capellam.

1228. Beggardi cœperunt Antverpiæ texendo vitam di centes.

1231. Hospitale Leprosorum dictum *Ter Zieken*, in qu

Fratres & Sorores curabant Leprosos, extabat in suburbio.

1233. Hospitale B. Mariæ obtinet Sacerdotem proprium. Fortè tunc etiam Hospitale Leprosorum

Fratres & Sorores Hospitalis B. Mariæ, sicut & Fratres & Sorores Hospitalis Leprosorum, assumunt statuta eis præscripta per Episcopum Cameracensem, & dein magis religiosè vivunt.

1238. Hospitale B. Mariæ seu S. Elizabethæ transfertur ad suburbium, in locum; in quo nunc extat.

1240. In Capitulo statuitur secandas Præbendas, sic ut post obitum cujusque substituerentur duo; unde loco duodecim haberentur viginti quatuor Canonici.

Begginagium extabat in suburbio in loco, ubi nunc est porta civitatis, quæ ab ipsis nomen retinet.

1243. FF. Prædicatores, ob grassantem hæresim Waldensium seu pauperum Lugdunensium vocantur & veniunt Antverpiam, habitantque in *Preke-straet*.

1246. Moniales Hospitalis S. Elisabethæ ob dubium petunt & obtinent à Pontifice approbationem sui Ordinis.

Eodem fortè tempore idem petiverunt & obtinuerunt Moniales Leprosarii *Ter Zieken*.

1247. Willelmus Cornelissens seu Cornelii Canonicus Antverpiensis infectus suprà dictâ hæresi seducit Antverpienses.

Episcopus Cameracensis ad eliminandam dictam hæresim tendit Antverpiam, verùm moritur in via Affligemii.

1249. Ecclesia S. Walburgis reædificatur & in ea instituitur Sacerdos secularis, qui dictus est Plebanus.

1253. Episcopus Cameracensis examinat negotium supradicti Willelmi Cornelii, & cum convictus esset de seductione jussit corpus ejus exhumari quarto post obitum anno, quod juridicè combustum est.

1256. FF. Prædicatores transmigrant ad locum, quem nunc occupant.

1272.

1272. In Capitulo, abolitâ Præpositurâ, instituitr Decanatus prima Dignitas.

1274. Hieronimiani, qui putantur Antverpiæ substitissi in loco, ubi nunc degunt Albæ Sorores, si exti terint, aboliti sunt per Concilium Lugdunense.

1279. Moniales Victorinæ, vulgò *Ter Nonnen*, vocata ex *Bieselingen*, Insulâ Bevelandiæ, adveniunt & erigitur eis Monasterium in suburbio, ubi nunc Canalis Herendalensis.

1281. Consecratur earum cemeterium.

Equites Teutonici habent domum in Burgo & obtinent Privilegia.

1290. Cella D. Mauri Monachorum Benedictinorum in Burgo cessat; mansit tamen post hæc domus in dominio Affligemiensium ferè per tria secula.

Beggardi, si non anteà, saltem hoc tempore vivebant in communi, & obtinent varia Privilegia.

1291. Moniales Victorinæ, dictæ *Ter Nonnen*, obtinent Curatum.

1300 Fratres & Sorores Cellitæ ejusdem instituti & congregationis ex Germania adveniun euntes & redeuntes, operam locantes servitio infirmorum & sepulturæ mortuorum.

Extabat hoc tempore in vico *het Klapdorp* Infirmaria (cujus origo hactenùs latet) in quâ Domicellæ curabant infirmas Begginas, quæ extrà clausum Begginagium sparsim habitabant, id est, ut nunc dicimus, Devotarias.

1303. Hospitale S. Juliani pro recipiendis peregrinis fundatur ad portam S. Joannis.

Simile Hospitale pro receptandis peregrinis feminis, dictum *het Vrauwkens-Huys*, fundatum fuit ad portam S. Georgii in loco, quem nunc occupat domus puellarum, sed nescitur quo anno. Cessavit autem anno 1705.

1304. Capellæ S. Georgii & S. Willibrordi in suburbio eriguntur in Parochiales Ecclesias, & inter eas dividitur universum suburbium.

1305. Erigitur Schola *de Papeschool* ad Ecclesiam B. Ma-

riæ. Hæc deinceps multum floruit & in ea docebantur litteræ Latinæ & Græcæ.
1312. Cœnobium Albarum Sororum fundatur in loco, quem hodieque occupant, pro pœnitentibus.
1320. Monasterium Carthusianorum fundatur in vico *het Kiel*
1324. Ecclesia eorum erigitur in honorem S. Catharinæ
Processio Dominica SS. Trinitatis, quæ ducitur in cultum S. Christi Præputii, hoc tempore erat solemnissima
1340. Gerontocomium B. Mariæ viâ *de Kerck-hof-straet* fundatur per Zuydermannum mercatorem Germanum.
1345. Fratres Cellitæ obtinent domum seu Conventum, ubi nunc via *de Vleminx-straet*; dono ejusdem.
Sorores Cellitæ, dictæ nunc nigræ Sorores, obtinent domum seu cœnobium extrà portam Vaccarum, dono ejusdem.
1346. Quidam scribunt Beggardos hoc anno transmigrâsse ad locum, in quo nunc degunt; verùm Beggardorum traditio fert, se locum numquam mutâsse.
1350. Sorores Tertii Ordinis fundantur per suprà dictum Zuydermannum, in loco, in quo hodieque degunt. Erat congregatio Devotariarum, quæ per seculum vixerunt, sicut hodie Apostolinæ & Marollæ.
Falco de Lampage in domo sua dicta *Facons-hof* fundavit Hospitale. Qualitatem illius nescimus. Verùm post obitum ejus diu non stetit.
1366. Gerontocomium *Blauwbroeders* fundatur pro 12. viris senio confectis cum ancilla extrà portam Vaccarum, juxtà domum, quam inhabitabant Sorores Cellitæ.
1368. Extabat hoc anno Capella B. Mariæ ad portam Vaccarum, quæ quando desierit non liquet.
Fundantur horæ canonicæ in S. Georgii.
1375. In Ecclesia B. Mariæ instituitur Confraternitas S. Crucis.
1393. In magno Ecclesiæ schismate. Clerus Antverpiensis mansit neutralis, inito desuper contractu cum Principe & Episcopo Cameracensi.
1398.

1398. Præscribitur ordo & via Processionis, quæ ducitur Dominica infrà Octavam Assumptionis B. Mariæ.

1399. In Ecclesia Matrice subsistebat Confraternitas B Mariæ sub titulo *Salve Regina*, quæ quando cœperit aut desierit nescitur. Substitit tamen diu cum Confraternitate B. M. in eadem Ecclesia sub titulo *Laudum B. M.*

Extabat Ptochotrophium Almerasii, quod, quando fundatum, nescitur.

1400. Ædificatur nova S. Michaëlis Ecclesia.

Gerontocomium B. Annæ viâ *de Corte-nieuw-straet* fundatur, pro undecim mulierculis cum ancilla.

1401. Consecratur ejusdem Gerontocomii Capella.

1405. Matthias van Loebroek fundat Hospitale pro infirmis & peregrinis. Putatur subsitisse in *Facons-pleyn.*

1408. FF. B. Mariæ de monte Carmelo tamquam Terminarii visitant identidem Antverpiam.

1413. Fundatur & Consecratur Capella S. Jacobi, quæ dein fuit origo Ecclesiæ Parochialis & Collegialis sub titulo ejusdem Sancti.

Erigitur in Ecclesia B. Mariæ Confraternitas S. Antonii, quæ hodieque subsistit.

1419. Fundatur Capella & Hospitale Coriariorum viâ *de Huyvetters-straet.*

1422. Cœnobium Facons canonicarum regularium fundatur, & primæ in hac civitate vovent claustrum perpetuum.

1422. Turris B. Mariæ ad septentrionem fundamenta jaciuntur.

1426. Confraternitas Circumcisionis seu S. Præputii erigitur in B. Mariæ; subsistit hodieque inter primores tum Cleri tum Populi.

1430. Turris B. Mariæ ad meridiem fundamenta jaciuntur.

1437. Capella S. Salvatoris cum Capellania fundatur.

1440. Fundatur Eleëmosinaria ad Capellam S. Salvatoris, & ad directionem ejus instituitur ibidem Con-

gregatio Clericorum vitæ communis.
1441. Parochia S. Willibrordi obtinet fontem Baptismalem.
1443. Fundatur Capellania in Capella coriariorum.
1446. FF. Minores de Observantia vocantur Antverpiam & fundantur in loco dicto *Cauwenberg.*
1447. Dimissis Clericis Vitæ communis, ad Capellam S. Salvatoris fundatur Prioratus Cisterciensium per Petrum Pots.
1450. FF. Minores transmigrant ad *Raemvelt*, ubi hodieque perseverant.
1451. Fundatur Capella & Hospitale S. Eligii viâ *de Peerde-merkt.*
1454. Sorores tertii Ordinis vovent Claustrum & manent sub cura Curati S. Georgii.

Ecclesia Parochialis S. Willibrordi reædificatur.

Hospitale pro peregrinantibus ad S. Jacobi, cum Capella, fundatur viâ *de Keyser-straet.*
1456. Cœnobium pro Clarissis construitur & completum stetit 1461., quando fundatrices cum monialibus Trevirensibus introductæ sunt per Abbatem S. Michaëlis & subjectæ sunt Minoritis.
1458. Splendidum & singulare institutum Eleëmosinariorum hoc anno originem cœpit.

Abbas S. Michaëlis decoratur Mithra.
1461. Fratres & Sorores Cellitæ, id est Alexiani & nigræ Sorores, emittunt vota religiosa.
1468. Gerontocomium 7. profusionum sanguinis fundatur.
1471. Gerontocomium Gerardi Baerts fundatur.
1472. Beggardi profitentur tria religionis vota.
1477. Parochia S. Georgii obtinet fontem Baptismalem.

Capella S. Jacobi erigitur in Parochiam cum fonte Baptismali & cæteris parochialibus juribus.

Beggardi obtinent jus sepulturæ pro suis
1479. Parochia S. Walburgis obtinet fontem Baptismalem & sepulturam

Confraternitas sub titulo *Laudum B. Mariæ* erigitur in Ecclesia matrice.

1480.

1480. Albæ Sorores obtinent jus sepulturæ.

1485. Sorores tertii Ordinis obtinent jus sepulturæ.

Festum S. Georgii & Processio Dominicâ infrà Octavam instituitur in memoriam Victoriæ obtentæ per Antverpienses. Festum hoc & Processio abrogata sunt anno 1751.

1488. Lollardi Antverpiæ, quorum nec adventus nec discessus scitur.

Sorores ab *Ellewouts-dyck* Antverpiæ, quæ, quales fuerint, hactenùs nescitur.

1489. Gerontocomium S. Barbaræ fundatur.

1489. Turris & Ecclesia S. Jacobi ædificantur.

1491. Alexiani ædificant Capellam & obtinent jus sepulturæ.

1493. Extabat Hospitale sub titulo S. Joannis juxta portam S. Joannis, quod destructum putatur an. 1502., quando porta ista dejecta fuit.

1494 Carmelitæ admittuntur & fundatur eorum Conventus.

1497. Confraternitas Vener. Sacramenti subsistebat in Ecclesia matrice

1500. FF. Prædicatores reformantur.

1501. Abbatia S. Michaëlis reformatur.

1505. Gerontocomium dictum *Gratiæ* cum Capella fundatur.

Gerontocomium *Joan. Verbiest* fundatur cum Capella.

Gerontocomium 7. dolorum B. M. fundatur cum Capella.

Capella *de Keysers Capelle*, cum Hospitali juncto, fundatur per Panniparos.

Circà hoc tempus etiam fundatum est Gerontocomium 7. Fratrum viâ *de Boeckstede.*

1513. Gerontocomium dictum *Jesus* fundatur, translatum dein sub Turri D. Jacobi.

1514. Augustiniani Congregationis Saxonicæ, dicti de Observantia, admittuntur & ædificatur eorum monasterium.

Confraternitas sub titulo Conceptionis B. M. subsistebat in S. Georgii.

1518.

1518. Gerontocomium *Blauwbroeders* transfertur à porta Vaccarum ad *Bree-straet*.
Hospitale Nicolai van Style fundatur.
Turris B. Mariæ anno nonagesimo-sexto post jacta fundamenta completur.

1522. Augustiniani, quia infecti erant hæresi Lutherana & eam seditiosè prædicabant, expelluntur; & eorum monasterium destruitur de mandato Imperatoris.

1523. Duo Augustiniani Antverpienses comburuntur Bruxellis ob seditiosam prædicationem Lutheranismi.

1525. Annabaptistæ incipiunt divulgare suos errores. Ex illis dein multi capite plexi.

1527. Splendida Crux ferrea erecta est in Mera, utrimque habens crucifixum.

1529. Inchoata pulsorum Augustinianorum ecclesia perficitur, & erigitur in Parochialem sub titulo S. Andreæ.
Instituitur votiva Processio pro morbo sudorifero, ducenda annuè festo die S. Michaëlis. Abrogato dicto festo an. 1751. ducitur jam Dominicâ præcedente.

1532. Domus Inventitiorum & domus pro mente captis fundantur cum Capella S. Rochi.

1533. Ecclesia B. Mariæ incendio devastatur excepto Choro & Turri.

1535. Annabaptistæ invadunt & occupant Curiam. Cives in armis eos pellunt trucidatis 17. & captis multis.

1539. FF. Prædicatores erigunt novum Templum, quod perficitur 1571.

1542. Occasione adventus Martini Rossemii destruuntur in suburbio Begginagium, Carthusia, monasterium Victorinarum, & verosimiliter etiam Ecclesia S. Willibrordi.

1543. Begginæ & Victorinæ admittuntur in civitatem, Carthusiani transmigrant Liram, ubi hodieque degunt.
Ecclesia S Willibrordi reædificatur in alio loco longiùs à mœniis.

1545.

1545. Gerontocomium S. Georgii fundatur.
1546. Crux erecta super odeo in B. Mariæ.
1548. Alexiani transmigrant ad locum, quem nunc incolunt.
1552. Leprosarium in Dambrugge extruitur cum Capella S. Jobo sacra.

Domus *het Maegbden-buys* fundatur in loco, ubi stetit Hospitale pro peregrinis fæminis, quod tunc transferebatur ad angulum é regione sub nomine *het Vrauwkens buys*, quod desiit 1705.
1556. Comitia aurei Velleris celebrantur in Choro B. Mariæ, inde illiç Insignia super sedilia Canonicorum.

Birgittinæ anglæ recipiuntur Antverpiæ, quam diu illic hæserint latet.
1558. Domus Juvenum *het Knecbtjens buys* fundatur.
1559. Episcopatus Antverpiensis erigitur, & unitur ei Abbatia S. Bernardi.
1562. Primi Jesuitæ adveniunt, & existentes Capellani Nationis Hispanicæ, agunt ad obtinendum Collegium.
1563. Philippus Nigri nominatus primus Episcopus moritur ante inaugurationem.

Gerontocomium Alaerts viâ *de Schutters-hof-straet*, fundatur.

Capella Divæ Catharinæ in vico *het Kiel* extruitur & obtinet Sacerdotem subsidiarium, ac fontem Baptismalem pro casu necessitatis.
1563. Confraternitas SS. Nominis Jesu instituitur in Cathedrali.
1565. Gerontocomium *van den Hoecke* fundatur.
1566. In frontispicio novæ Curiæ, loco statuæ B. M., locatur fictitius Brabo.

Generalis Iconomachia. Calvinistæ invadunt omnes Ecclesias, Imagines & cætera ornamenta devastant aut diripiunt.

Calvinistæ & Lutherani dein concedente Orangio prædicant & exstruunt Fana.
1567. Omnes Ecclesiæ restituuntur in pristinum statum & Fana hæreticorum destruuntur.

1569. Pontifex subjicit Beggardos Minoritis, à qua subjectione mediantibus Episcopo, Capitulo & Senatu solvuntur an. 1572.

1570. Franciscus Sonnius primus Episcopus introducitur comitante Duce Albano, Senatu & universo Clero.

1571. Celebrat Episcopus primam Synodum Dioecesanam.

In Cathedrali fundantur sex parvi Canonicatus.

Confraternitas S. Rochi instituitur ibidem.

1574. Novus Chorus S Walburgis consecratur.

Confraternitas SS. Petri & Pauli instituitur in S. Georgii

1575. Erigitur nova Parochia in Castro.

Jesuitæ admittuntur & construunt Ecclesiam in domo Aquensi

Leprosarium *Ter Zieken* refugit in civitatem.

1576. Celebratur secunda Synodus Dioecesana.

Abbatia S. Michaëlis diripitur per Hispanos milites.

1577. Moniales de Biefelingen subjiciuntur nostris Victorinis.

Orangius ab Ordinibus revocatur, & incipit rebellium Dominatio.

1578. Ornamenta & Vasa argentea extrahuntur ex Ecclesiis conservanda in Curia.

Novi erecti Episcopatus declarantur aboliti.

Jesuitæ omnes & 15. Minoritæ turpiter expelluntur.

Calvinistæ & Lutherani obtinentl ibertatem religionis & prædicant.

1579. Omnes ecclesiastici, congregati in Cathedrali ad solemnem Processionem, educuntur & in navibus 14. diebus retenti sunt captivi. Dein pauci admissi.

1580. Multi catholici tum laici, tum ecclesiastici expelluntur.

Cellam D. Mauri divendunt affligemienses.

Monasteria destruuntur & divenduntur.

Crux in Mera dejicitur.

1581.

1581. Prohibetur exercitium Religionis catholicæ, exceptis baptismo & matrimonio, ad quæ ministranda assignantur duæ solùm Capellæ & sex ecclesiastici.

1582. Aperitur Ecclesia S. Michaëlis catholicis præmisso nefario juramento, quod plerique recusant.

S. Norbertus inscribitur catalogo Beatorum.

1583. Inhibetur festis diebus claudere officinas & cessare ab operibus.

Multi catholici expelluntur aut carceri mancipantur.

1584. Dux Parmensis incipit obsidere Antverpiam.

1585. Parmensis post obsidionem unius anni civitatem obtinet & liberat à jugo rebellium, eamque restituit Deo & Regi.

Mox divina officia resumuntur & templa omnia ferventi pietate, majore quàm ante splendore, restituuntur.

Clerus & Religiosi omnes revertuntur.

In gratiarum actionem pro reducta civitate instituitur solemnis Processio, quæ hactenùs annuè ducitur Dominicâ post Octavam Assumptionis B. M.

1586. Brabo deponitur è frontispicio Curiæ, & statua B. Mariæ illic restituitur.

Capucini, qui anno præcedenti advenerant, fundantur & obtinent Monasterium.

1589. Templum Capucinorum consecratur.

1591. Novum Beggardorum Templum consecratur.

1593. Gerontocomium S. Elizabethæ fundatur.

Crux in Mera restituitur.

1594. Gerontocomium *het Hoef-yser* prope *Hessen-huys* fundatur.

1598 Gerontocomium *van Dael* fundatur.

1600. Domus S. Annæ pro duodecim bonæ familiæ feminis fundatur cum Capella, viâ *de Vuyle-straet*.

1601. Leprosis, non inhabitantibus *Ter Zieken*, assignantur duo loca in civitate, nempe *de Lapel-straet* & *Huyvetters-thoren*.

1602. Chorus S. Jacobi ædificatur.

1605. Erigitur Seminarium Episcopale.
Gerontocomium D. V. Lauretanæ viâ *de Langenieuw straet* fundatur, quod cessavit anno 1752.

1606. Scholæ Dominicales instituuntur.

1607. Gerontocomium viâ *de Lepel-straet* pro 18. feminis fundatur.
Jesuitæ obtinent domum Anglicanam, ad quam transferunt Gymnasium.
Augustiniani adveniunt & admittuntur.

1608. Obtinent Augustiniani domum, consecratur Capella & aperiunt Scholas.
Moniales Annuntiatæ admittuntur.

1610. Mœnia sejunguntur ab Abbatia S. Michaëlis.
Celebratur tertia Synodus Diœcesana Antverpiæ.

1612. Teresianæ Hispanæ fundantur.

1613. Gerontocomium S. Martini fundatur.

1614. Leprosi, nuper admissi in civitatem, iterum relegantur in *Dam-brugge*.
Parochia S. Willibrordi reædificatur.
Annuntiatæ exstruunt monasterium.
Jesuitæ exstruunt novum Templum.
FF. Minimi admittuntur & fundantur.
Gerontocomium Verginis viâ *de Bonte-mantel-straet* fundatur.

1615. Augustiniani construunt Templum.
Annuntiatæ construunt Templum.

1616. Collegium S. J. transfertur in domum Anglicanam.
Domus Professa instituitur in priori loco, id est, in domo Aquensi.

1618. Carmelitæ Discalceati admittuntur.

1619. Teresianæ Anglæ fundantur.
Collegium seu Seminarium Hibernorum fundatur.

1620. Mons pietatis erigitur.

1621. Moniales Dominicanæ admittuntur & fundantur.
Canonicæ Regulares ex *Oostmal* refugiunt Antverpiam & hærent in Refugio.
Moniales ex *Luythagen* refugientes admittuntur & pedem figunt.

1624.

1624. Altare in Choro Cathedralis erigitur
1625. Carthusiani Sylvæducenses huc refugiunt, admittuntur & pedem figunt.
Gerontocomium *het Cruysken* viâ *de Venus-straet* fundatur; quod anno 1762. translatum est ad *Steen-berg-straet*.
1626. Moritur ven. Anna à S. Bartholomæo Fundatrix Teresianarum Hispanarum in hac civitate. Jam diu actum est ad Beatificationem ejusdem.
1627. Discalceati construunt Monasterium & Templum.
1628. Gerontocomium S. Michaëlis viâ *de Lange-ridder-straet* fundatur.
1635. Crux metallica in pede marmoreo erigitur in Mera.
1637. Sacellum S. Josephi fundatur apud Facontinas.
1638. Carmelitæ reformantur.
1639. Plebania in Cathedrali dividitur inter duos Plebanos.
Duo parvi Canonicatus eriguntur in Cathedrali, hinc jam sunt octo.
1643. Gerontocomium van Nispen viâ *de Corte-ridder-straet* fundatur.
1644. Norbertinæ ex Oosterhout refugiunt Antverpiam.
Capucinæ adveniunt & fundantur.
1648. Pax sancitur, & sic finitur bellum intestinum, seu turbæ Belgicæ, quæ duraverant 83. annis
Exstruitur nova Ecclesia Parochialis S. Willibrordi.
1649. Capella B. M. in Beerschot erigitur
Unio Abbatiæ S Bernardi ad Episcopatum dissolvitur. Episcopatus dotatur.
1650. Beggardi sese uniunt & subjiciunt congregationi Tertiariorum Italicæ.
1651. Canonicæ Regulares Oostmallenses admittuntur & pedem figunt.
1653. Prioratus S. Salvatoris erigitur in Abbatiam absque Mithra.
1654. Convictus humanistarum per Jesuitas instituitur viâ *S. Jacobs-merkt*, quem cœperant anno 1639. in Collegio suo in domo Anglicana.

1655. Norbertinæ admittuntur & pedem figunt.

1656. Erigitur Capitulum Canonicorum in S Jacobi. Gerontocomium *Lantſchot* fundatur.

1658. Confraternitas S. Rochi erigitur in S. Jacobi.

1659. Parochia S. Laurentii in Marckgraveiye erigitur.

1666. Capella Ven. Sacramenti extruitur in S Andreæ cum principio Chori; qui per ſæculum incompletus ſtetit.

1667. Fundatur in Caſtro Hoſpitale pro infirmis militibus.

1671. Marollæ adveniunt & conventualiter in eadem domo vivunt.

1673. Collegium Paſtorum emeritorum fundatur per Epiſ. Capello., quod ceſſavit anno 1716. : à quo tempore Paſtoribus alio modo ex fundatione providetur.

1674. Confraternitas comitantium Venerabile, dum defertur communio ad infirmos inſtituitur.

1677. Carthuſiani conſtruunt novum Templum; quod hoc anno conſecratur.

1678. Artificioſum Altare Capellæ B. M. in Cathedrali erigitur.

Ad deprecandum morbum, dictum Antverpienſem, inſtituitur ſolemnis Proceſſio ducenda annuè per quinquaginta annos.

Occaſione illius morbi adveniunt & fundantur Sorores griſeæ.

1680 Apoſtolinæ inſtituuntur Antverpiæ, habentque hic duas domus.

1682. Urſulinæ admittuntur & fundantur.

1685. Anniverſarium Reductionis civitatis ſolemniſſimè celebratur.

1698 Anna de Torres Filia devota ſepelitur ſub gradibus Chori S. Walburgis. Pietate ſua hactenus eſt famoſa.

1705 Capitulum D. Jacobi obtinet confirmationem à Pontifice.

1711. Confraternitas S. Liborii inſtituitur in Sacello B. M. viâ *de Keyſerſtraet*.

1716. Reſtauratur Seminarium Epiſcopale, & transfertur ad domum ſub inſignio Roſæ, in qua jam extat.

1718. 18. Julii marmoreum Templum domus Profeſſæ S. J. fulmine

fulmine ictum incendio periit. Anno sequenti restauratum est, eâdem quidem formâ sed non eâdem materiâ.

1723. Cessat Hospitale Coriariorum ; & Capella traditur viciniis.

1734. Novum Altare erigitur in Choro S. Walburgis.

1736. Crux ingens lapidea erigitur in cemeterio B. Mariæ.

1737. Canonicæ regulares fugatæ ex Walewyk admittuntur & aptant sibi cœnobium sub titulo *Nazareth*.

1738. Ecclesia S. Walburgis, quæ minabatur ruinam, ingenti sumptu restauratur, fundamenta turris & majoris partis ecclesiæ renovantur.

1739. Abbas S. Salvatoris decoratur Mithrâ.

1740. Schola pauperum juvencularum, inchoata ab initio seculi per DD. Terlincx, Decreto regio stabilitur.

1745. Novum erectum Odeum in S. Georgii.

1749. Consecratur novum Altare Capellæ Ven. Sacramenti in Cathedrali.

1751. Abrogati sunt 14. Festi dies, manente obligatione ad Missam.

Abrogatæ sunt Processiones, vulgo *Ommegangen*, subalternarum Parochiarum.

1752. In Cathedrali Chorus marmore sternitur.

1753. Instituta Confraternitas S. Joan. Nepomuceni in S. Jacobi.

Reliquiæ S. Joan. Nepomuceni, ex dono MARIÆ TERESIÆ Imperatricis, exaltantur solemniter in Ecclesia S. Walburgis.

1755. Turris S. Andreæ corruit fundamentorum vitio.

1760. In Cathedrali Fons baptismalis renovatur & exornatur.

1763 Novæ Turri S. Andreæ coronis imponitur.

1765 Reædificantur alæ navis Ecclesiæ S. Georgii.

1768. Novus Chorus S. Andreæ completur.

1771. Ulterior abrogatio festorum in populo & obligationis ad missam festis nuper abrogatis ac translatio jejuniorum quarumdam vigiliarum ad ferias quartas & sextas in Adventu Domini.

Hæc & plura pietatis munificentiâ.

Piam Propatrum munificentiam imitentur posteri.



INDEX.

A

Anna

Bar-

Clausula

D

E

Episcop.

G

Haec

H

Lant-

M

Marcke

O

P

Segers

Ursulinæ

